UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

urn:nbn:de:hbz:466:1-67332

Visual Library

Th. 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE DEFINITORE PROVINCIALI
EX PROVINCIA BAVARICA CARMELITARUM
DISCALCEATORUM, OLIM S. THEOLOGIÆ
AC SS. CANONUM LECTORE
CONTINUATA.

CONTINUATIONIS
TOMUS
TRIGESIMUS NONUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS LXIII.

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674.

Collegi Universitat Paderborn 1750



AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS OFFICINÆ LIBRARIÆ JOSEPHI WOLFF.
MDCCLXXX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BENEVOLE LECTOR.

Controversiam, quæ anno Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto tam Romæ, quam in Belgio circa *Monita salutaria B. V. ad cultores suos indiscretos* agitabatur, jam in fine hujus tomi relatam reperies: Enimvero inde Romanæ Ecclesiæ hostes triumphum canere moliuntur, atque eorum aliqui superstitiosam Catholicorum pietatem publico testimonio comprobari convitiantur, alii vero hanc corruptelam, ac devotionis intemperantiam ab ipsa Ecclesia approbari, eo ex capite calumniati sunt, quod Clemens X. summus Pontifex suo decreto hæc monita damnarit: Attamen hæc immerito & perperam Ecclesiæ ac summo Pontifici imputari, aliunde sat luculenter patet: quali enim cultu Catholici Beatam Virginem venerentur, ex Concilii Triden-

tini decreto discere potuissent, ea autem, quæ in præfatis monitis superstitiosa Catholicis imputantur, ab Ecclesia atque a Clemente Papa, aliisque Pontificibus nunquam fuisse approbata, innumera docent testimonia, idque testatur ipsemet Clemens X. cum enim hæc monita in suo decreto rejecerit, *donec corrigantur* manifeste indicavit, in illis corrigenda esse, ea, quæ vel falso Catholicis imputantur, vel tanquam superstitiosa rejiciuntur, cum tamen dignam debitamque pietatem præseferrent: Hæc ergo Pontifex salva voluit, cetera corrigenda censuit: Ut ergo quivis suum quoque desuper judicium ferre, proprioque oculorum testimonio convinci possit, operæ pretium duximus, primo hæc ipsa monita, prout hoc anno Leodii apud Nicolaum de la Rache prodierunt, fideliter transcribere, huicque tomo inserere, postmodum etiam alia monita prioribus opposita Duacensibus literis eodem anno apud Mariam Serrurier edita adjungere.

MONI-

MONITA SALUTARIA B. V. MARIÆ AD CULTORES SUOS INDISCRETOS.

§. I.

B. Virgo respuit impœnitentium cultum.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS (a).

1. Non *est* pulchra aut *speciosa laus in ore peccatoris* (b): Non est *pulchra dilectio* in corde *subdito peccatis* (c). Frustra me diligunt, qui in peccatis perseverant: qui enim Deo non placent, nec mihi placent.

Ego quos amatores volo, imitatores cupio.

Noli me putare *refugium peccatorum* impœnitentium. Si me amas, fac quod maxime desidero; nimirum, *diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* (d)

2. *Nolite credere omni Spiritui, sed probate Spiritus, si ex Deo sint.* (e)

Ne itaque facile recipiatis omnes & quasvis historiunculas, quæ de meis apparitionibus, aut revelationibus, aut beneficiis & privilegiis promiscue circumferuntur.

(a) Eccl. 24. (b) Ibid. 15. v. 9. (c) Sap. 1. v. 4.
(d) Deut. 6. v. 5. (e) 1. Joan. 4. v. 1.

Ne ſitis ex numero illorum, qui *a veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur.* (f)

Nemo igitur veſtrum confidat, me cultores meos ex inferno ad pœnitentiam revocare, aut propter aridas aliquas devotiunculas in judicio defendere.

§. II.

B. Virgo non patitur ſe amari, niſi Deus ametur ſuper omnia.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS.

1. Non eſt pulchra dilectio mei, absque charitate Dei, qui creavit me. Ne credas te propter aliquem cultum, quem mihi exhibes, ſi charitatem non habeas, prædeſtinatum eſſe (g). *Sola dilectio diſcernit inter Filios Dei, & Filios Diaboli.* Qui prædeſtinantur ad hoc prædeſtinantur ut *conformes fiant imagini Filii Dei* (h). *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis* (i). Qui ergo carnem ſuam non crucifigunt, non ad *Chriſtum*, ac per conſequens nec ad me ſpectant; quamvis multis me proſequantur officiis.

2. Non

(f) 2. Tim. 4. v. 4. In ep. 1. Joan.
(g) S. Aug. tract. 5.
(h) Rom. 8. v. 29.
(i) Gal. 5. v. 24.

2. Non est privilegium ullum peccatori impœnitenti concessum, ut æternum non patiatur incendium, quantumvis me colere præsumpserit (k): *nisi enim pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis*, sive Cultores mei, sive non.

Non est enim auditum a sæculo, ut qui seriam pœnitentiam neglexerit, per me liberatus fuerit. Nec quidquam juvabunt eum formulæ & precatiunculæ, quas recitaverit, aut signa & instrumenta pietatis quæ gestaverit, nec Confraternitates aut Sodalitates, quibus nomen dederit.

Cavete a laqueo diaboli, qui sub prætextu facilis & commodæ pietatis externæ, securitatem peccantibus suadet, ut differant pœnitentiam, & mortificationem carnis negligant; præsumentes de divina misericordia, & mea interceſſione illis non defutura.

Procul a me sit, ut ego hos degeneres meos Cultores in judicio defendam: accusabo ego eos potius ob injuriam mihi illatam, quod me jactent patronam injustæ & impiæ causſæ suæ, & fautricem impœnitentiæ. Nec enim putandum est, quod ego compatiar, aut collachrimer illis, qui a Filio meo damnantur. Voluntas ipsius, voluntas mea est (l). Justam

(l) Luc. 13. (m) Proverb. 1. v. 26.

ipsius sententiam ego approbo, & cum illo *ridebo in interitu ipsorum, & subsannabo* eos, qui innixi fuerint baculo arundineo, putantes, quod pietas externa sufficiat. Merito de illis dicet Judex: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas* (m).

3. Dictum est vobis a Filio meo. (n) *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Cælorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est.* Numquid putatis quod ampiius proderit ei, si dixerit mihi (o), *Domina, Domina?* absit ut ista credatis. Licet enim quis *linguis hominum loquatur aut Angelorum, si charitatem non habuerit, factus est velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Proinde quamvis inter Angelos meas laudes decantares, *si charitatem non habueris, nihil es* (p).

§. III.

B. Virgo nihil sibi vult tribui nisi dependenter a Deo.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS.

1. Non est pulchra dilectio, vel laus quæ Deo non tribuit omnia.

Illi

(m) Jerem. 2. v. 13. (n) Matth. 7. v. 21.
(o) 1. Cor. 1. v. 13. (p) Ibid. v. 2.

Illi *ſoli* debetur omnis *laus*, *honor*, *& gloria* (q). *Ego non quæro gloriam meam* (r); ſed gloriam ejus qui creavit, & redemit me (s).

Laus quæ mihi defertur, ſi non redundet primo & principaliter in Deum, qui dedit mihi omnia quæ habeo, non eſt laus mea, ſed vituperium.

Laus quæ mihi defertur ut Matri, & Ancillæ Domini, ſancta eſt.

Ego enim *ante pedes Agni mitto coronam meam* (t), quamvis ſit pretioſiſſima inter omnes alias, ſciens quod a me nihil ſum. Ego enim *Conſerva veſtra ſum* (u).

Cum itaque me laudas, præcipue Deum meum lauda, & *magnifica*, *qui reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: & fecit mihi magna qui potens eſt* (x).

Si me invocas, ad hoc invoca, ut defectum & imbecillitatem tuam ſuppleam precibus meis ad Deum.

2. Noli cor tuum dividere ut me præter Deum, & non propter Deum ames.

Nolo ego quidquam Deo ſubtrahere, vel cum Deo dividere.

Deus infinitus eſt, & infinite amandus; omnem tuum expoſtulans & abſorbens amorem.

(q) 1. Tim. 1. v. 17. (r) Joan. 8. v. 50.
(s) S. Aug. de vera. Relig. c. 55.
(t) Apoc. 4. v. 10. (u) Ibid. 22. v. 9.
(x) Lucæ 1. v. 48. & 49.

Noli me colere, ac si non sufficeret tibi Deus. Absit a te ista cogitatio.

Si Deum habes, nullo alio indiges, & in Deo habes omnia.

Si me habere posses sine Deo, nihil tibi prodesset, & nihil haberes.

Noli dicere, quod, si me non haberes, desperares. Confide *Christo*, qui neminem desperare finit.

3. Nolite me colere, ac si non daretur aditus ad Deum per *Christum*, sine me.

Unus enim est Deus, unus & mediator Dei & hominum Christus Jesus (y).

Advocatum habetis apud Patrem, Jesum Christum qui interpellat pro vobis (a).

Ipse est *ostium*, ipse est *via*, *veritas & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per ipsum* (b).

Ipsi data est omnis potestas in cœlo & in terra, non mihi (c).

Non est in alio aliquo salus, nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat vos salvos fieri, quam nomen *Jesu Christi* filii mei (d).

Ipse est Alpha & Omega, principium & finis (e). *Omnia & in omnibus Christus* (f).

Noli me colere quasi Deum subalternum (g).

4. Qui

(y) Tim. 2. v. 5.
(b) Rom. 8. v. 34. & cap. 14. v. 6.
(e) Act. 4. v. 12.
(g) Col. 3. v. 11.
(a) 1. Joan. 2. v. 1.
(c) Joan. 10. v. 7.
(d) Marc. 28. v. 18.
(f) Apoc. 1. v. 8.

4. Qui me *Mediatricem* vel *Advocatam* dicunt, non eo ſenſu dicant, quo Filius meus proprie eſt *Mediator* & *Advocatus*.

Ille *novi teſtamenti mediator eſt* (h).

Ille propriis meritis Deum placavit, ille ſolus pacem fecit inter Deum & homines (i).

Ille *Torcular calcavit ſolus, & de gentibus non erat quisquam cum eo* (k).

Nemo itaque mihi hæc tribuat. Ego enim non placui Altiſſimo, niſi in *Chriſto*, & per *Chriſtum*, Salvatorem & Redemptorem meum.

Numquid ego crucifixa ſum pro vobis, aut in nomine meo baptizati eſtis (l)?

5. Si me amas & colis ut patronam tuam apud Deum, bene facis; multum enim valent preces meæ. Cavendum tamen, ne per hyperbolem vel zelum immoderatum mihi quidquam tribuas, quod Deo ſoli debetur, vel *Chriſto*.

Deus enim *Zelotes* eſt, *qui gloriam ſuam alteri non dat*, nec dari ſinit (m). Cave ne quidquam Deo detraxeris, ut me honores, ſicut *Colliridiani* (n).

Ne

(h) Hebr. 9. v. 15. (i) Col. 1. v. 20.
(k) Iſaiæ 63. v. 3. (l) 1. Cor. 1. v. 13.
(m) Exod. 2. v. 5. (n) Iſai. 42. v. 8.

Ne itaque dixeris, me esse *omnipotentem*, ne me vocaveris *Salvatricem*, aut *Corredemptricem*. Absit ut dicas Deum non potuisse aut posse excellentiorem me Creaturam facere. Potentia Dei non exhauritur.

Noli dicere quod a tribunali divino ad meum appellari possit: aut me cum Filio meo divisum habere imperium.

Recedant ab ore vestro omnes istiusmodi laudes, cum glossis, quibus futiliter excusantur.

Nolo ego ista excessiva encomia, vel vanas adulationes.

Simplex sit mea laus & sobria, non ambigua, non excessiva, non hyperbolica.

Noli simplices & rudes in errorem ducere, aut devios ab Ecclesia scandalizare, & in errore confirmare; aut Ecclesiæ infamiam aspergere, ac si me coleret instar Dei. Nec te moveant hyperbolicæ aut anomalæ phrases & locutiones quorundam sanctorum, quæ non sunt promiscue usurpandæ, nec sine prudentia & circumspectione proferendæ, multo minus ampliandæ vel extendendæ.

6. Nolite me in parallelo ponere cum Deo, vel *Christo*.

Procul a vobis sint omnes comparationes finiti ad infinitum.

Ego sum *Stella matutina*, sed cum *Sole Justitiæ* nullatenus comparanda.

Ego

Ego *Templum Dei*, ego *Thronus*, ego *Domus*. Sed major est templo, *qui habitat in eo* (o). Major est throno, qui sedet super eum: Major est domo, *qui fabricavit illam* (p).

Omnis Creatura, quantumcumque excellens, Deo comparata nihil est. Quid ergo comparas nihilum ad Majestatem infinitam.

7. Noli dicere quod *Christus* sit Judex severus: Ego vero Mater misericordiæ. Quod sibi reservarit *Justitiam*, mihi commiserit *Misericordiam*. Deus ens simplicissimum est, & indivisibile.

Ego non habeo misericordiam nisi ab illo, & juxta ejus beneplacitum.

8. Ille est fons omnis misericordiæ & gratiæ, qui non potest exhauriri.

Ille recipit peccatores, & manducat cum illis (q).

Ille venit quærere & salvum facere, quod perierat.

Ille tibi in hac vita non est Judex severus, *non enim venit ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum* (r).

Ille invitat *omnes qui laborant & onerati sunt, ut illos reficiat* (s).

Ille

(o) Matth. 23. v. 17. & seq. (p) Hebr. 3. v. 3.
(q) Lucæ 15. v. 2. Cap. 19. v. 10. (r) Joan. 3. v 17.
(s) Matth. 11. v. 28.

Ille frater tuus factus est. *Ille cum esset in forma Dei, exinanivit semetipsum formam servi accipiens* (t): nimirum e summo fastigio ad infimam crucis ignominiam se dimisit.

Exaltatus est a terra, ut omnia traheret ad se (u), nec esset qui præ verecundia se absconderet ab humilitate & benignitate ejus, aut accedere detrectaret.

Accedite itaque cum fiducia ad thronum gratiæ (x), nec quidquam vos ab illo deterreat. Si trepidatis, ducam vos ad illum, & pro vobis orabo: sed nolo ut in me hæreatis.

9. Nolite me tenerius aut sensibilius amare, quam Deum.

Nolite plus fiduciæ in me collocare, quam in Deo.

Nolite plus temporis aut precum mihi quam Deo impendere: absint ista a meis Cultoribus.

Deus sit vobis *omnia in omnibus.*

Quidquid amando vel orando potestis, præcipue Deo impendite, ad quem amandum super omnia creati estis.

Ego non sum finis; sed medium precum vestrarum, & amoris vestri; cui medio non nimium est inhærendum, sed ad Deum properandum.

§. IV.

(t) Phil. 2. v. 7. (u) Joan. 12. v. 13.
(x) Hebr. 4. v. 16.

§. IV.

B. Virgo a se cultum latriæ amovet ipsumque detestatur.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS.

Pulchra dilectio filiorum est, non *mancipiorum.* Non ergo te dixeris meum *Mancipium.* Soli Conditori Deo, & Redemptori Christo homines mancipantur. An nescitis, quia potestas dominica jus vitæ & necis habet in mancipia, omnem illis tollens libertatem & proprietatem? Hoc soli Deo competit.

Pretio empti estis (y), Sanguinis Filii Dei, *nolite fieri servi hominum* (z). *Liberi estis, qua libertate Christus vos liberavit* (a).

Si ergo revera non estis mea mancipia, quorsum servilibus titulis & signis hoc ostentatis? Inanibus & aulicis submissionibus mundus gaudet, non Ego.

Me & Sanctos oportet colere cultu *Dulicæ, sive dilectionis & Societatis* (b). Solum Deum vero cultu *latriæ, quæ est quædam divinitati proprie debita servitus.*

Attende ne *dulia* tua degeneret in adulterinam *Latriam*, & impingas in *Præceptum divinum:*

Domi-

(y) Instit. Justin. de his qui sui vel alien. jur. 8. in potestate. (z) 1. Cor. 7. (a) Gal. v. ult. (b) S. Aug. contra Faust. lib. 20. cap. 21.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies (c).

§. V.

B. Virgo ſtatuarum ſuarum ornamenta damnat, ubi pauperum cura, & Euchariſtiæ cultus negligitur.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS.

Pulchra dilectio, bene ordinata eſt.

Ne itaque putetis me recte diligi, ſi ſtatuæ meæ pretioſis veſtibus & monilibus fulgeant, *Chriſtus* vero in pauperibus egeat, aut fame vel frigore pereat.

Pro eo enim quod Eccleſias non ornavit, nemo unquam accuſatus fuit: pro eo autem quod pauperum non ſit miſertus, gehennæ & ignis inextinguibilis minæ ſunt intentatæ (d).

O vanitas vanitatum! Sed non vanior quam inſanior. Fulget Eccleſia in parietibus (& Imaginibus meis) *& eget in pauperibus. Suos lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſerit* (e).

Hæc dico, non quod vetare velim talium vaſorum (& ornamentorum) *oblationem; ſed quia dignum putem ante omnia benignitati & miſericordiæ eſſe incumbendum* (f).

Quod

(c) Matth. 4. v. 10. (d) S. Chryſ. hom. 1. in Matth. (e) Bernard. Apol. ad Guil. Abbat. (f) S. Chryſ. ubi ſupra.

Quod ſi quid igitur in Eccleſiæ decorem, ubi neceſſe eſt, conferre velitis, laudo. Sed cupio ut prius curetis veſtire *Chriſtum* in pauperibus: deinde eundem decenter ornare ſatagite in tremendis Miſteriis ſacri *Corporis* ejus, quod in Eccleſia aſſervatur.

Illuc ante omnia venerationem, & oblationes veſtras deferte.

Curam potius habete de *Chriſto*, qui eſt *ſplendor Gloriæ*, & viva *Imago Dei inviſibilis* (g); quam de mortua imagine Creaturæ (h). An putatis mihi placere quod ſplendeant luminaribus Imagines meæ, dum juxta illas ſqualent receptacula *Corporis* filii mei? Cavete etiam, ne in iſtis ornamentis, & donariis veſtris, magis *inveniatur voluntas veſtra*, quam honor Dei, & amor mei (i).

§. VI.

B. Virgo carpit eos, qui imaginibus etiam, quas Deus miraculis cohoneſtavit, & piis locis ad ſuperſtitionem abutuntur.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS.

Non eſt pulchra dilectio Creaturæ irrationalis. Nolite ſicut gentes ponere fiduciam in ſtatuis vel imaginibus meis, quam-

(g) Hebr. 1. (h) Col. 1. v. 15. (i) Iſa. 58. v. 3.

quamvis miraculoſæ ſint (k); *ſimiles fiant illis omnes qui confidunt in eis* (l).

Nolite exiſtimare me fuſcam aut nigram; aut quidquam momenti in colore ſitum eſſe.

Ne arbitremini me aliam eſſe hic, aliam in Monte Serrato, aliam in Monte-Acuto: Eadem ſum ſemper. Nolite contendere pro hac vel illa figura, pro hoc vel illo loco. Solus Deus novit, cur in uno loco ſigna plura fiant, quam in alio. Quæ vero fiunt, Deo potius tribuenda, quam mihi. Ille enim eſt, *qui facit mirabilia magna ſolus* (m).

Illi itaque gratia eſt habenda, *non enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus* (n).

Ille glorificatus eſt, *qui talem poteſtatem dedit hominibus* (o).

§. VII.

B. Virgo prohibet ſe ad invidiam honorari.

EGO MATER PULCHRÆ DILECTIONIS.

Non eſt pulchra dilectio quæ eſt contentioſa (p). *Nolite contendere verbis & invicem mordere* circa meas dotes & prærogativas (q): *ad nihil enim illud utile eſt, niſi*

(k) Concil. Trident. Seſſ. 25. c. 2. (l) Pſalm. 113. v. 16. (m) Pſalm. 125. v. 4.
(n) 1. Cor. 3. v. 6. (o) Matth. 9. v. 8.
(p) 2. Tim. 2. v. 14. (q) Gal. 5. v. 15.

nisi ad subversionem audientium (r). Ut quid enim præsumitis decernere, quod Deus non revelavit, & Ecclesia non definivit. *Recte tractate verbum veritatis, profana autem & vaniloquia devitate* (s).

Beatus ille qui cum Apostolo se nihil *judicat scire, quam Jesum Christum & hunc crucifixum* (t). Quique familiarem habuerit ejusdem formulam (u): *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor & Gloria.* Amen.

VOX CULTORIS MARIANI AD B. V.

Sancta Maria Mater Dei invoco te, & rogo, ut tuis precibus suppleas erga omnipotentem Deum, quidquid mea non potest imbecillitas, & ut a dilecto Filio tuo mihi gratiam impetres, ut Deum Patrem, fontem & datorem omnis boni, & Jesum Christum Filium ejus, Mediatorem nostrum cognoscam, amem, eique toto corde serviam. Hoc tuum unicum esse desiderium scio, quæ non quæris quidquam aliud, quam ut in omnibus glorificetur Deus per Christum Dominum nostrum. Amen.

(r) 2. Tim. 2. v. 14. (s) Ibid. v. 15.
(t) 1. Cor. 2. v. 2. (u) 1. Tim. 1. v. 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

JESU CHRISTI MONITA MAXIME SALUTARIA, DE CULTU DILECTISSIMÆ MATRI MARIÆ DEBITE EXHIBENDO.

CHRISTUS.

Fili, Ecce Mater tua. Joan. 18.

1. *Mater pulchræ dilectionis:* Eccli. 24. accipe eam in tuam, quam tibi in cruce moriens donavi, illam dilige (a), *in cujus manibus repoſita eſt ſalus tua.* Illam invoca, & (b) *pervenies ad regnum meum* (c). *Quibus enim auxiliata fuerit, erit refrigerium pacis, & a quibus averterit vultum ſuum, non erit eis ſpes ad ſalutem.*

PECCATOR.

An ergo *pulchra*, aut *ſpecioſa laus in ore peccatoris?* an *pulchra dilectio* in corde *ſubdito peccatis?*

CHRISTUS.

Quin immo, ut *ſpecioſa* ſit *laus* tua, ut *pulchra dilectio*, accede ad *Matrem pulchræ dilectionis*, o peccator: illam ora, quæ eſt (d) *ſingu-*

(a) Bonav. in Cant. Domina audivi. (b) Idem. Pſalm. 86. (c) Idem Pſalm. 91.
(d) Carth. l. 2. de laud. V. Art. 23.

ſingulare perditorum refugium (e), *peccatorum refugium atque diverſorium*, ipſaque (f) *civitas omnibus confugientibus ad illam.* Ad hanc advola, ut reperias (g) tuæ *reconciliationis officinam.*

Nec timeas, licet tibi videaris impœnitens (h): *eſt* enim *ſpes deſperantium* (i), *in qua inveniunt*, non ſolum *captivus redemptionem*, *æger curationem*, *triſtis conſolationem*, *juſtus gratiam*, ſed & *peccator veniam.* Accurrens igitur cum fiducia, dic confidenter cum Pſalte Regio (k): *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.*

2. Et, ſi dubites, Fili, an *Spiritus* hic *ex Deo ſit*, audi dilectum meum Bernardum (l): *ſic eſt voluntas Dei, qui totum nos habere voluit per Mariam.* Audi Germanum: (m) *Nemo eſt, qui ſalvus fiat, o ſanctiſſima, niſi per te: nemo eſt, qui liberetur a malis, niſi per te*: Audi & quid olim revelaverim Filiæ meæ Birgittæ (n): *Quod niſi preces Matris meæ intervenirent, non eſſet ſpes miſericordiæ.* Neque hoc mireris: quoniam (o) *accedit ante aureum humanæ reconciliationis altare, non ſolum rogans, ſed imperans; Domi-*

(e) Ephrem. ſer. de laud. V. (f) Damaſcen. or. 2. de dormit. (g) Andreas Cret. or. 3. de dorm. (h) Ephrem. ſupra. (i) Bern. ſerm. in ſig. mag. (k) Pſalm. 86. (l) De aquæducto. (m) Hom. de nona. (n) Lib. 6. rev. cap. 26. (o) Damian. ſer. 1. de Nativ. V.

na, non ancilla: Et *quomodo potentiæ ejus obviare poterit poteſtas illa, quæ de ejus carne carnis ſuſcepit originem?* ſi igitur ego (p) *a Patre meo exauditus ſum pro mea reverentia*, ratione filiationis: an non & Maria exaudienda eſt pro ſua reverentia, ratione maternitatis? his itaque crede, Fili, nec ideo eris ex numero illorum, qui *a veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur:* ſed potius eorum, qui (q) *viam veritatis elegerunt, & judicia mea non ſunt obliti.*

CHRISTUS.

Fili, Ecce Mater tua.

3. *Mater pulchræ dilectionis* (a). *Illam honora, & invenies vitam, & ſalutem perpetuam* (b). *Beati* enim, *qui devote ei famulantur:* illam dilige (c), *quæ diligentes ſe diligit.*

PECCATOR.

An pulchra dilectio Matris absque charitate Dei, qui creavit illam?

CHRISTUS.

Sicut (d) *una eſt Mariæ & Chriſti caro, ita unus Spiritus, una charitas:* Si igitur per affe-

(p) Hebr. 5. (q) Pſalm. 118.
(a) Bonav. Pſal. 48. (b) Idem Pſal. 118.
(c) Idiot. in prol. contempl. de B. V. M.
(d) Arnold. Carnot. de laud. V.

affectum accedis ad Matrem, per eundem accedis ad Filium: si glorificas Matrem, glorificas & Filium, quia (e) *Filii gloria cum matre non tam communis est quam eadem:* cum (f) *individua sit utriusque gloria, & commune commercium:* (g) *matrisque honor & gloria, laus & gratiarum actio redemptoris.* Matrem itaque dilige, & diliges Filium: Matrem cole, & coles Filium: (h) *nulli enim dubium, quin totum ad gloriam laudis Dei pertineat, quidquid digne Genitrici suæ impensum fuerit, ac solemniter attributum.*

PECCATOR.

4. At, quid juvabit me cultorem esse Matris, si pœnitentiam prius non egero? dixisti enim: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* An auditum a sæculo, ut qui seriam pœnitentiam neglexerit, per Matrem tuam liberatus fuerit? An quidquam juvare poterunt formulæ, & precatiunculæ, quas recitavero; aut signa & instrumenta pietatis quæ gestavero; aut confraternitates Sodalitatesve, quibus nomen dedero? Numquid, si me prius ad te non convertero, exprobrabis mihi, quod olim per Prophetam: *Me dereliquerunt fon-*

(e) Idem. (f) Idem. (g) Ildefons. l. de Virginit. S. M. c. 12. ser. 3. de ass.

(h) Sophron. ser. de ass. B. M. apud Hieron. tom. 4. alias 9.

tem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas?

CHRISTUS.,

Plurimum enimvero juvabit te eſſe cultorem Matris meæ: illa enim (i) *gratiarum theſauraria* (k) *omnisque ſanctitatis ſanctiſſimus theſaurus*, (l) *ac laborantium propitiatorium*, (m) *non ſolum ſupplicantes exaudit: ſed ut ex ſua clementia conſuevit, etiam ſupplicare volentium preces prævenit:* ita ut (n) *velocior ſit nonnumquam ſalus memorato Nomine ejus, quam invocato Nomine meo.*

Si quæras; (o) *quare propitior ſalus in recordatione ejus, quam Filii ſui ſæpe percipitur:* Reſpondebit tibi amantiſſimus noſter Anſelmus: illum audi: (p) *Filius ejus Dominus eſt, & judex omnium, diſcernens merita ſingulorum. Dum igitur ipſe a quovis ſuo nomine invocatus non ſtatim exaudit, profecto id juſte facit. Invocato autem nomine Matris, etſi merita invocantis non merentur ut exaudiatur; merita tamen Matris intercedunt ut exaudiatur.*

Ad illam igitur feſtina, quæ (q) *hanc in oculis meis gratiam invenit, ut animas a meſſo-*

(*i*) Idic. ſupra. (*k*) Andr. Cret. ſupra.
(*l*) Ephrem. ſup. feſti vilitat. (*m*) Conc. Baſileæ in inſtit.
(*n*) Anſel. de exc. V. cap. 6.
(*o*) Idem. (*p*) Idem. (*q*) Bonav. in ſpec. cap. 5.

m ſſoribus, hoc eſt, *Doctoribus & Rectoribus tanquam incorrigibiles relictas, colligere ad miſericordiam & veniam poſſit.*

Feſtina, (r) *injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subjice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis ejus.* Illius cultui te totum devove.

5. Nec te pudeat mancipium eſſe tantæ Matris (s) *cui Filius res omnes conditas in ſervitutem addixit.* (t) *Summus honor, ſumma gloria, & ſumma utilitas eſt ſervire Mariæ, & de ejus eſſe familia: etenim ei ſervire regnare eſt . . . . . & ejus agi frœnis ſumma libertas . . . . . Gens & regnum quod non ſervierit illi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur: ſolitudine inquam; quia deſtitutæ tantæ Matris auxilio, deſtituuntur auxilio Filii, & totius curiæ cœleſtis.*

(u) *Obſecra* igitur *illam, ut te in ſervum perpetuum ſuſcipiat:* (x) *ſervus* quippe *Mariæ ſi ceciderit, non collidetur; quia domina miſericorditer ſupponit manum ſuam.* Illam (y) *in Dominam, Patronam, & Advocatam elige, firmiterque ſtatue, ac propone, te numquam illam derelicturum, neque contra illam aliquid unquam dicturum aut facturum, neque permiſ-*

 ſurum,

(r) Eccleſ. 6. (s) Damaſc. or. 2. de aſſ.
(t) Richard. a S. Laur. de laud. V. part. 1. rat. 16. & 19. (u) Orat. Sod. B. M. V.
(x) Idem ibid. (y) Eccleſ. 6.

ſurum, ut a tuis ſubditis aliquid contra ejus honorem unquam agatur: hoc fac & vives. (z) *Ne acedieris vinculis ejus, ſubjice humerum tuum, & porta illam:* ne detrectes ſervare leges, quas tibi præſcribunt (a) Sodalitia in ejus honorem pie admodum, utiliterque erecta, ac inſtituta, & a me per Vicarios meos approbata, tamquam ſecuriſſima ad ſalutem media.

Si peccatorum funibus te circumplexum ſentias, carnisque ſtimulis angaris; cinge lumbos tuos ſacro Franciſci *Cingulo*, piisque ejus monitis & legibus obtempera, ac ſingularem erga Matrem meam affectum, devotionemque imitare.

Si mundi vanitatibus trahi te cernas; ad florigerum illum hortum manu Virginis plantatum te confer, ibique multis refertum myſteriis collige *Roſarium*, cujus ſpiritualis ſuaveolentia non ſolum mihi Matrique gratiſſima eſt, ſed & tibi contra mundi hujus fœtores utiliſſima.

Si denique illum times, qui *tamquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret*, fuge cito

(z) Confrat. S. Trin. inſt. An. 1196. ab Innoc. III. aliisque 46. ſucceſſor. approbata. Confrat. S. Franc. inſt. An. 1587. a Xiſto V. & Clem. VIII. aliisque ſucceſſor: approb. Confrat. S. Roſarii inſtit. a S. Domin. a Pio V. aliisque ſucceſſ. approb. Confrat. Zonæ S. Aug.

cito ad montem, ibique *ſcutum ſume inexpugnabile SACRUM SCAPULARE*, quod a Patre conceſſum eſt Matri in *ſignum ſalutis* eorum, qui illud conſtanter, & ex pio, ac ſincero in Dei Matrem affectu geſtaverint. Hæc quippe, quæ (a) *diligit diligentes ſe, immo ſibi ſervientibus ſervit*, ſui amatores hoc inſignitos charactere non poteſt non redamare, non poteſt reclamando deſerere, adeoque nec poteſt inceſſanter pro iis non orare, donec ea gratiæ ſubſidia ipſis obtinuerit, quibus vel per conſtantem mandatorum obſervationem, vel per ſincerum ac perfectum de peccatis dolorem, æternam ſalutem conſequantur: ideoque recte dictum: (b) *in quo quis moriens æternum non patietur incendium.*

CHRI-

Aug. An. 1430. ab Eugen. IV. aliisque ſucceſſ. confirm. Confrater. S. Scapularis, inſtit. Anno 1251. a S. Simone Stoch, & ab Innoc. IV. aliisque 28. ſucceſſ. & S. D. N. Clemente X. approb. Sodal. B. V. inſt. ap. PP. Soc. Jeſu An. 1584. a Gregor. XIII. aliisque ſucceſſ. approb. Sodalit. SS. OO. Duaci Crecia in coll. Aquic. An. 1572. & a Clem. VIII. aliisque ſucceſſ. approb.

(a) Idiot. ſup.

(b) B. V. M. Simoni Stock.

CHRISTUS.

Fili, Ecce Mater tua.

6. *Mater pulchræ dilectionis:* (a) *Illam honora, & impetrabit tibi ſalutem & pacem:* Illam lauda, illam glorifica, (b) *in cujus manibus repoſita eſt ſalus tua.*

PECCATOR.

Numquid tibi ſoli, o Chriſte, debetur omnis laus, honor & gloria? numquid Mater tua conſerva noſtra eſt? numquid ancilla tua?

CHRISTUS.

Noli vocare conſervam tuam, quæ cum adhuc in ejus laterem utero, Spiritus ſancti illuminante gratia a cognata ſua Eliſabeth Mater Dei proclamata fuit. Neque ancillam ut dixeris, cujus (c) *humilitatem ita reſpexit* Omnipotens, *ut Dei Patris Verbum carne ſua indutum utero geſtaverit: dumque ſe ancillam confeſſa eſſet, mater facta fuerit ſui plasmatoris*, ideoque & (d) *omnium Domina.*

Matrem itaque invoca, cui *magna fecit qui potens eſt:* Matrem invoca (e), *in cujus manu ſalus tua:* Matrem invoca, *quæ poſt Filium*

(a) Bonav. Pſal. 83. Domina audiv.
(b) Id. in cant.
(c) Aug. ſupr. magnif.
(d) Bern. ſup.
(e) Idiot. ſupra.

Filium Domina eſt univerſæ terræ. Matrem invoca, *cujus miſericordia ſæpe liberavit, quos juſtitia Filii damnare potuit.* Matrem invoca, (f) *quæ omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univerſi.* Matrem, inquam, invoca, ut gratiam invenias apud Patrem & Filium. Nam (g) *ſicut omnis ab ea averſus, & deſpectus, neceſſe eſt, ut intereat: ita omnis ad eam converſus & reſpectus, impoſſibile eſt, ut pereat.*

PECCATOR.

7. Da veniam Chriſte: numquid mihi ſufficit Deus? an ſi Deum habeo, aliquo alio indigeo? numquid in Deo habeo omnia?

CHRISTUS.

Recte; unus tibi ſufficit Deus: at Deum non invenies, niſi per Mariam, quæ eſt *Templum totius Trinitatis* (h). *Quod igitur Deo offerre vis, Mariæ manibus trade, ſi non vis ſuſtinere repulſam,* (i) *ex quo enim dictum eſt ei, Dominus tecum, inſeparabiliter perſeveravit promiſſum & donum:* (k) *ſicque illam Deus*

(f) Bern. ſupr. (g) Anſel. in alloq. cæleſt. n. 27. edit. Lugd. An. 1630. & ex eo Bonav. tom. 6. l. 1, Pharetræ cap. 5.

(h) Bern. ſer. de nativ. V. (i) Arnold. de laudib. Mariæ. (k) Anſelm. c. 12. de excell. V.

Deus exaltavit, ut omnia ſecum poſſibilia ipſi eſſe donaverit, evaſeritque illa (l) *benedictionis fons, ac bonorum omnium ſcaturigo.* Et quemadmodum (m) *facultas illi deeſſe non poteſt, ſic nec voluntas:* ideoque (n) *peccatorem materno affectu amplectitur, fovet nec deſerit, quousque horrendo judici miſerum reconciliet.* (o) *Inventa igitur Maria invenitur omne bonum.*

PECCATOR.

8. Numquid *unus Mediator Dei & hominum?*

CHRISTUS.

Sed (p) *opus eſt mediatore ad mediatorem, qui licet ſit miſericors; habet tamen judiciariam poteſtatem: nec alter vobis utilior quam Maria.* Sum quidem *mediator & advocatus apud Patrem:* ſed (q) *ipſa eſt advocata apud Filium, ſicut Filius apud Patrem: imo apud Patrem & Filium procurat negotia & petitiones veſtras. Sicut enim eſt omnium Regina, ſic & omnium Patrona & Advocata, & cura illi eſt de omnibus;* (r) *& tamquam mater miſericordiæ, & efficaciter ſalutis tuæ negotia pertractat.*

Ad

(l) Damaſc. or. 2. de aſſ. (m) Bern. ſer. 1. de aſſ. (n) Idem ap. Bonav. in ſpec. c. 5. (o) Idiot. ſup. (p) Bern. in ſign. mag. (q) Idiot. ſup. (r) Bern. ſer. 1. de aſſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(s) *Ad Patrem verebaris accedere; ſolo auditu territus ad ſolia fugiebas: Jeſum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem talis Filius obtineat? exaudietur utique pro ſua reverentia. Sed forſan in ipſo Majeſtatem vereare divinam: quia licet factus ſit homo, manſerit tamen Deus. Advocatam habere vis & ad ipſum? ad Mariam recurre .... exaudietur & ipſa pro ſua reverentia: exaudiet utique Matrem Filius & exaudiet Filium Pater.*

9. (t) *An criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, judicii horrore perterritus, barathro incipis abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo?* Ad Mariam recurre: quæ eſt (u) *Dei & hominum Mediatrix optima, ac totius terrarum orbis conciliatrix efficaciſſima:* imo & * *ſpes unica peccatorum, in qua tuorum eſt expectatio præmiorum.*

(x) An *intelligis te in hujus ſæculi profluvio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quam per terram ambulare? ne avertas oculos a fulgore hujus Sideris. ſi non vis obrui procellis.*

(y) An *venti tentationum inſurgunt? an ſcopulos tribulationum incurris? Reſpice ſtellam, voca Mariam.*

An

(s) Idem de aquæ ductu. (t) Idem hom. 2. ſup. miſſ. (u) Ephrem. de laud. V.
(*) Aug. ſer. 2. de domin. annuuc.
(x) Bern. ſup. (y) Idem.

An times pericula? (z) *In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca;* (a) *nam in omni periculo potes obtinere ſalutem ab ea. Mille clypei* (*id eſt remedia contra pericula*) *pendent ex ea.*

An virtus ardua? (b) *In omni opere virtutis potes eam habere in adjutoriam, & ideo dicit ipſa* Eccleſ. 24. *In me ſpes vitæ & virtutis* (c). *Spem itaque illius habens, ſervaberis; defenſionem ejus poſſidens, non timebis:* imo *& perſequeris inimicos tuos, & in fugam vertes, habens ut thoracem protectionem & auxilium ejus.*

10. Ego *oſtium, via, veritas & vita.* Sed hæc eſt Mater, quæ (d) *Paradiſi porta efficitur, ſcala cæli conſtituitur.* Hæc eſt Mater, (e) *in qua eſt omnis gratia viæ & veritatis; omnis ſpes vitæ & virtutis.* In Matre itaque reperies viam, per quam pervenias ad Patrem.

Si mihi a Patre data eſt omnis poteſtas in cælo & in terra: hæc eſt *Regina cælorum*, hæc *Domina Angelorum*, quæ poteſt etiam dicere: poſt Filium (f) *data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*, quæ licet non ſit abſoluta & independens, ut mea; ſed ſubordinata, ac dependens a Patre, *cujus eſt Filia;*

(z) Idem. (a) S. Thom. opuſc. 8.
(b) Idem. (c) Damaſc. in annunc. degenit.
(d) Aug. ſer. 2. de aſſ. (e) Eccl. 24.
(f) Damian. ſer. 44. qui eſt 1. in nat. B. V.

Filia; a Filio *cujus est Mater*; a Spiritu S. *cujus est sponsa;* a SS. Trinitate, *cujus est templum:* tanta tamen est, ut (g) *in petitione habeat vires insuperabiles, & robur inexpugnabile, ne immensam ejus clementiam superet multitudo peccatorum: nihil ejus resistat potentiæ: omnia ejus obediant imperio; omnia ejus potestati serviant.* Adeo ut: (h) *Si fingas B. Virginem aliquid postulare, totamque cælestem curiam illi resistere; potentior esset majorisque efficaciæ & valoris apud Deum Virginis, quam reliquorum omnium oratio.* Neque id mirum videbitur consideranti, (i) *infinitum Dei servorum, ac Matris esse discrimen*, justumque esse, ut (k) *quæ meruit pro liberandis proferre pretium, possit plus omnibus liberatis impendere suffragium.*

Hæc itaque est Mater, ad quam omnes confugere debent: quippe (l) *quæ adjuvat tam bonos quam malos: bonos in gratia conservando, unde canitur:* Maria Mater Gratiæ: *malos ad misericordiam reducendo, ideo dicitur* Mater Misericordiæ: *adjuvat etiam in morte, ab insidiis diaboli protegendo; ideo dicitur:* Tu nos ab hoste protege

(g) Gregor. Nicom. or. de oblat. Dei p.
(h) Suar. tom. 2. in 3. p. d. 23. 8. 2.
(i) Damascen. or. 1. de dorm.
(k) Aug. ser. 2. de ass. B. V.
(l) Idiota sup.

tege: *adjuvat quoque poſt mortem animas ſuſcipiendo; ideo dicitur:* Et hora mortis ſuſcipe. *Ne* (m) *tamen aliquis eorum nimis inſolens autumet, magis more indiſcrete laudantium ſtatui, quam rem ſicut eſt, conſiderari, eam jure materno cælo terræque cum filio ſuo præſidentem conſideret.* Ideo iterum iterumque.

Fili, Ecce Mater tua.

11. *Mater pulchræ dilectionis, timoris, agnitionis & ſanctæ ſpei.*

Si verearis peccator accedere ad Deum (a) *qui ignis conſumens eſt, ne* (b) *ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereas a facie Dei;* (c) *ad Mariam accedere ne trepides: nihil auſterum in ea, nihil terribile: tota ſuavis eſt, omnibus offerens lac & lanam . . . . . quæ ad eam pertinent, plena omnia pietatis & gratiæ: plena ſunt manſuetudinis, & miſericordiæ.*

Si me timeas, quia *Judex* ſum, & non ſolum *miſericors*, ſed *& juſtus Dominus;* accede ad *Matrem pulchræ dilectionis & timoris:* accede ad Patronam, quæ ſolum novit miſereri, ideoque innumeris velut alis miſericordiæ circumdata advolat ut

(m) Anſelm. de excel. V. cap. 9.
(a) Hebr. 12. (b) Pſalm. 67.
(c) Bern. ſer. in ſign. mag.

ut opituletur. Accede ad glorioſam illam genitricem, cui a (d) *bonitate mea conceſſum eſt propter Incarnati Verbi reverentiam, ut quicumque etiam peccator ad eam cum devota Veneratione recurrit, nullo modo decipiatur a dæmone infernali: hæc enim eſt a me electa, parata & poſita tamquam eſca dulciſſima ad capiendos homines, & præcipue animas peccatorum.*

Accede confidenter: (e) *ſecurum* enim *acceſſum jam habes ad Deum, ubi* non ſolum *mediatorem cauſſæ tuæ Filium habes ante Patrem;* ſed *& ante Filium Matrem. Chriſtus Patri oſtendit latus & vulnera, Maria Filio pectus & ubera:* Ideoque *nec poteſt ullo modo eſſe repulſa, ubi concurrunt & orant omni lingua diſertius hæc clementiæ monumenta, & charitatis inſignia.*

13. Si adhuc hæſites; audi & quid ipſa Mater mea ex ore meo dixerit filiæ meæ Birgittæ: (f) *Ego ſum Regina Cœli, Ego Mater Miſericordiæ . . . . ego aditus peccatorum ad Deum . . . . Nullus eſt adeo maledictus, qui quamdiu vivit, careat miſericordia mea . . . . nullus eſt ita alienatus a Deo, niſi omnino fuerit maledictus* (damna-

 tus)

(d) Revel. S. Cathar. Sen. apud Cor. a Lap in Eccl. 24.

(e) Arnold. Carnot. de laudib. S. M.

(f Lib. 6. revel. cap. 10.

tus) *qui ſi me invocaverit, non revertatur ad Deum, & habeat miſericordiam.*

Enim vero: Quid negabitur Matri, quæ (g) Mariæ Ægyptiacæ non ſolum templi Hieroſolymitani ingreſſum, a quo ob fœdiſſima libidinis flagitia divinitus arcebatur; ſed & gratiam impetravit: qua ad meliorem vitam converſa, omnibusque illuſtre pœnitentiæ ſpeculum relinquens, ad cæleſtem gloriam pervenit? (h) *Quid negabitur Matri, cui negatum non eſt, Theophilum de ipſis perditionis faucibus revocare? infelicem animulam, totum illud quod in illa factum eſt, proprio charactere denegantem, de luto ſæcis & miſeriæ ſublevare? Nil illi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis relevare.*

Accede ergo cum fiducia ad Matrem miſericordiæ, ut ſecure pervenias ad thronum gratiæ & gloriæ.

14. Nec eſt quod timeas, ne plus fiduciæ in Matre, quam in Filio colloces: aut plus temporis aut precum Matri, quam Deo impendas: (i) *Quidquid* enim *in laudibus Matris profertur, ad Filium pertinet,* (k) *Ut* igitur *ſis devotus ſervus Filii, ſervi-*

(g) In Synodo Nicen. Actor. 4.
(h) Damian. ſer. 1. de nat. B. V.
(i) Bern. hom. 4. ſup. miſ.
(k) Hildef. de virginit. B. M. cap. 12.

ſervitutem fideliter appete Genitricis: ſic nempe refertur ad Dominum, quod ſervit ancillæ: ſic redundat ad Filium, quod impenditur Matri: ſic alternat in nutrito, quod adhibetur in nutrice: ſic tranſit honor in Regem, qui defertur in famulatum Reginæ.

An neſcis quid olim fecerit, ſuisque præceperit dilectiſſimus meus Matrisque Filius Dominicus? numquid totus erat in ſalutatione Angelica? illum imitare. Nec ideo deſinam tibi eſſe *omnia in omnibus.* Sum *alpha & omega, principium & finis:* ſed ad finem non pervenies ſine medio. Medium inter te & me eſt Maria. Ut igitur me invenias, quære Mariam: ut Filium colas, ac diligas, (l) *totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc venerare;* quia *ſic eſt voluntas ejus, qui totum te habere voluit per Mariam:* adeo ut (m) *nihil a throno Dei divini muneris defluat, quod per Mariæ manus non pertranſierit.*

Fili, Ecce Mater tua.

15. *Mater pulchræ dilectionis*, quæ non ſolum filiorum eſt, ſed etiam eorum qui ſe ejus mancipia & ſervos eſſe

(l) Bern. de aquæ ductu in nat. V.

(m) Richard. a S. Vict. ap. Colv. in Calend.

pronunciant; non inſtar mundi hujus aulicorum, ſed Cœlitum more, ſanctorumque PP. Auguſtini (n), Iſiodori, Athanaſii, Epiphanii, Chryſoſtomi, Damaſceni, Bernardi, Anſelmi, Hieronymi, Ruperti, Chryſologi, aliorumque, qui, licet dominium regnumque Mariæ ſic faſſi fuerint, ut illud non aliquibus cancellis circumdandum putaverint, ſed potius ad omnes usque creaturas etiam minimas extendendum ſenſerint, non ideo deſierunt eſſe *liberi, qua libertate illos liberavi*, ſed potius (o) *ſervire huic Reginæ regnare, & ejus agi frænis, ſummam libertatem eſſe judicarunt.* Nec ideo inanes fuerunt & aulicæ eorum ſubmiſſiones; cum per illas gratiam Matris, & gloriam Filii promeriti ſint.

Erras, erras fili, ſi quempiam etiam ſanctiſſimum in parallelo ponas cum Matre, quæ (p) *uno excepto Deo rebus omnibus excelſior eſt*, (q) *cunctisque ſuperior exiſtit.*

An

(n) Apud Salazar. in Prov. c. 18. v. 16.

(o) Rich. a S. Laur. ſup.

(p) Andr. cret. or. 3. in dorm. S. M.

(q) Epiph. in ſer. de laud. V.

An neſcis, Mariam (r) *ſupergreſſam eſſe in natura, in gratia, in gloria univerſas Filias, id eſt, univerſas animas & univerſas intelligentias angelicas?*

An neſcis (s) *Montem eſſe Mariam, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ſuæ dignitate tranſcendit? An non mons ſublimis Maria, quæ ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes angelorum choros usque ad ſolium Deitatis evexit?* An non *altitudo Mariæ ſuper omnes ſanctos refulſit?*

(t) *Quid dices pauper ingenio? cum de Matre quidquid dixeris minor laus eſt, quam ipſius dignitas meretur. Si cælum eam voces, altior eſt. Si Matrem gentium dicas, præcedit. Si formam Dei appelles, digna exiſtit. Si dominam angelorum vocites, per omnia eſſe probatur.*

Quid? ſi (u) *Deus ſua potentia parando cuncta, Pater eſt ac Dominus omnium: nonne Beata Dei genitrix ſuis meritis cuncta reparando, Mater eſt ac Domina rerum? Deus eſt Dominus omnium ſingula in ſua natura,*

(r) Bonav. in ſpec. lect. 13.
(s) Gregor. in 1. Reg. cap. 1.
(t) Auguſt. tom. 10. ſer. 35. de ſanct.
(u) Anſelm. de excel. V. cap. 11.

propria jussione constituendo &c. Maria est Domina rerum omnium singula congenitæ dignitati per eam, quam meruit gratiam restituendo.

An non (x) *oportebat Dei Matrem ea quæ Filii erant possidere, atque ab omnibus rebus conditis, ut Dei Matrem & ancillam adorari?*

Igitur (y) *Sicut ex ea natum Dei Filium solem æternum adoras, ut Deum verum: sic & eam honora atque venerare, ut veri Dei genitricem. Et quamvis natura non eadem sit quod ille Sol: nihilominus tanta est, ut eam honoret ipse Sol honore, quo decet filios honorare parentes suos: qui enim dixit, honora patrem tuum & matrem, non dubium, quin & ipse honoret, & ab omnibus amicis suis suam velit honorari Matrem:* ideo namque (z) *omnem gratiam Matri & honorem impertit.*

Vis nosse, quantæ sit dignitatis maternitas Dei? Audi Doctorem Angelicum: (a) *Dicendum quod . . . . B. Virgo ex*

(x) Damascen. Orat. 2. de assert.

(y) Rupert. in cont. cap. 5. lib. 6.

(z) Hippol. orat. de sanctif.

(a) 1. p. q. 25. a. 6. ad 4.

ex hoc quod eſt Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius ea: ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo. Audi & Doctorem Seraphicum? (b) *Ipſa eſt* (Deipara) *qua majorem Deus facere non poſſet: majorem mundum poſſet facere Deus: majorem Matrem quam Matrem Dei non poſſet facere Deus.*

Ex his diſce, Matrem meam, & Sanctos ſervos meos (c) *cum infinitum inter illos ſit diſcrimen*) non æquali; ſed hos duliæ, illam (d) hyperduliæ cultu colere, quæ longe eminentioris quam illa eſt ordinis, licet ad latriam non pertingat, nec pertingere poſſit.

CHRISTUS.

Fili, Ecce Mater tua.

16. *Mater pulchræ dilectionis,* (a) *ſuavis & decora ſicut Jeruſalem, terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* (b) *Suavis*

(b) Lect. 10. in ſpec.
(c) Damaſcen. Or. 1. de dormit.
(d) S. Thom. 3. p. q. 25. a. 5. O. & TT. omnes.
(a) Cant. 6.
(b) Rupert. in cant. 6.

vis & decora . . . quod ex visitatione ejus discunt animæ plurimæ cœlestem ducere conversationem. Terribilis dæmonibus, hæreticis & impiis sicut castrorum acies ordinata, in qua summa est omnium concordia, ac proinde nullus in ea per discordiam aditus datur hosti.

(c) *Cessent* igitur *indocti, vesanique hæreticorum sermones, iniqua eorum labia obturentur*, qui (d) *invocationem Mariæ idololatricam, & tetrum errorem esse* clamant; catholicos falso accusant (e) *quod honorem divinum in Mariam transferant*, sicque (f) *Deo eripiant quod suum est*; immo & (g) *ipsam Deum constituant*, ac (h) *invocent, quasi ego non essem propitiator, sed tantum horrendus judex & ultor*, (i) *colentes pro creatore creaturam, meque relicto vero Mediatore, ad Matrem Virginem convertantur, ab hac postulantes, quod petendum erat a Filio.*

Cessent

(c) German. ser. de dorm. B. V.

(d) Nicol. Selneccet. apud Canis. de V. M. lib. 5. cap. 16.

(e) Heerbrand. ap. Canis. ibid.

(f) Calvin. in cap. 2. Joan. ap. Can. lib. 5. cap. 11.

(g) Luther. ap. Canis. ibid.

(h) Melanchton. ap. Canis. ibid.

(i) Bullinger & Brentius ap. Canis. 18. aliique.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ceſſent inquam *indocti illi veſanique hæreticorum ſermones*: Sileant hypocritæ malis artibus & fraudibus omnia miſcentes: *iniqua obturentur labia* indiſcretorum zelatorum honoris mei & gloriæ, qui ut cultum Matris meæ penitus e mundo tollant, ejus ſplendorem, potentiam, dignitatem ac clementiam obſuſcare conantur, quaſi hæc æterni Solis ſplendorem diminuere poſſent. *Obturentur & iniqua labia eorum*, qui ſacrum *Scapulare* alis Icari, *Chordam* S. Franciſci laqueo Judæ: immo & ipſam Matrem meam cuilibet vulgari fœminæ publicis in concionibus per ſummum contemptum aſſimilando, Imagines, Roſaria, Litanias aliasque precationum formulas, & externa in Deiparam pietatis officia, exitioſa aut inutilia eſſe affirmant.

Tu vero (k) *Audi Fili, & accipe conſilium intellectus, & ne abjicias conſilium meum:* (l) *Confortare in Domino, & in potentia virtutis ejus: indue te armaturam Dei, ut poſſis ſtare adverſus inſidias diaboli*, & aſſeclarum ejus: *ſta in veritate & indue loricam juſtitiæ: in omnibus ſume ſcutum fidei, galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, in quo poſſis omnia tela nequiſſimi ignea*

(k) Eccleſ. 65.
(l) Epheſ. 6.

ignea extinguere, ac Deiparæ, Cœlorum Reginæ gloriam, honoremque tueri. Sta firmiter in hac *caſtrorum acie ordinata*, ut (m) *bello petitus eam hoſtibus opponas, immiſſionemque per angelos malos evertas.*

Nulla inordinatio, nulla diſcordia reperitur inter veros Mariæ clientes, qui ſub ejus vexillis in Sodalitiis, & Confraternitatibus militantes, prompte obediunt Evangelio: non contendunt verbis, nec invicem mordent circa dotes & prærogativas Matris meæ: multo minus præſumunt decernere, quod Deus non revelavit, & Eccleſia non definivit. Tales quippe non reperiuntur in hac *acie* bene *ordinata*, (n) *non diſſipata per invidiam, ſed conſtipata per charitatem*: in qua omnes ſancte ſtatuerunt Deo & Eccleſiæ in omnibus parere: adeo ut unusquisque quod mihi & Matri gratum eſt, exequi ſtudeat. His cura eſt de tremendis Myſteriis, ut debito cultu adorentur: illis, de captivis ut redimantur: his, de pauperibus ne fame aut frigore pereant: illis, de rudioribus ac infirmis in fide, ut catechiſentur: omnibus, ut *Regi Sæculo-*

(m) German. ſupra.

(n) Hugo a S. Vict. ex Miſcellan. 2. l. 2.

culorum immortali, inviſibili, ſoli Deo ſit honor & gloria (divina & latriæ) *in ſæcula ſæculorum.* Amen.

CULTORIS MARIANI AD DEIPARAM,

ORATIO.

O MARIA Mater DEI, potentiſſima cœli terræque Regina: Ecce JESUS dilectiſſimus Filius tuus te mihi in Matrem dedit. Per admirabilem igitur amorem, quo illum dilexiſti, te obteſtor, ſuſcipe me in filium. Miſerere mei, O MATER Miſericordiæ, & magnam miſeriam indigniſſimi peccatoris ſublevet magna, atque ingens miſeratio piiſſimæ Matris. Largire O Mater Gratiæ, ut illis annumerer, quos tamquam filios amas, foves ac protegis. Accipe, quæſo, animam tui amantem, & ſerva in te ſperantem, O ſpes unica peccatorum, in

qua

qua noſtrorum eſt expectatio præmiorum. Fac ut amore amoris ejus moriar, qui amore amoris mei dignatus eſt in ligno crucis mori: ut tandem te cum Patre, cujus es Filia; cum Filio, cujus es Mater; cum Spiritu ſancto, cujus es Sponſa; cum omnibus Sanctis, quorum es Regina, videre & glorificare merear in perpetuum.

Amen.

CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CCV.

§. 1. *Prædicantium oppositio adversus Brandeburgici Electoris decreta.* Pag. 1.

§. 2. *Aliud dissidium Batavorum circa novam Liturgiam.* 5

§. 3. *Propositiones quædam a Regio Senatu proscriptæ.* 7

§. 4. *Parisiensis Theologicæ Facultatis querelæ adversus hoc Parlamenti decretum.* 10

§. 5. *Decretum Parlamenti circa Facultatis declarationem.* 17

§. 6. *Motus ob Thesin Claramonti defensam.* 23

§. 7. *Collationes inter Theologos Catholicos & Portu-Regienses.* 25

§. 8.

§. 8. *Quinque articuli a Janseniſtis Epiſcopo oblati, atque ad Papam transmiſſi.* 27
§. 9. *Aliæ Seſſiones habitæ.* 35
§. 10. *Janseniſtarum epiſtola ad Papam.* 37
§. 11. *Alexandri VII. Pontificis epiſtola ad Franciæ Epiſcopos.* 40
§. 12. *Janseniſtarum declaratio circa deciſionem juris & facti.* 43
§. 13. *Comitia Ratisbonæ habita.* 54
§. 14. *Turcarum invaſio in Hungariam.* 55
§. 15. *Catholici ex Anglia, Scotia & Hybernia excedere juſſi.* 58
§. 16. *Morinus hæreticus Pariſiis ad rogum damnatus.* 62
§. 17. *Joannes Carolus de Medices Cardinalis mortuus.* 64
§. 18. *Nicolai de Comitibus Cardinalis obitus.* 64
§. 19. *Tornacenſis Synodi Diœceſanæ decreta, & Monaſterienſis Epiſcopi epiſtola Paſtoralis.* 66
§. 20. *Diverſæ Alexandri Papæ Conſtitutiones.* 66
§. 21. *Petrus de Arbues Canonicus Cæſar-Auguſtanus ab Alexandro VII. Beatorum Albo inſcriptus.* 67
§. 22. *Variæ SS. Congregationum deciſiones.* 68
§. 23. *Principum ac Illuſtrium obitus.* 69
§. 24. *Scriptorum religione Catholicorum fata & opera.* 70
§. 25. *Quorumdam Scriptorum Acatholicorum obitus & lucubrationes.* 72
§. 26. *Duo Janseniſtarum libri Regio edicto ad rogum damnati.* 73
§. 27. *Archiepiſcopi Pariſienſis declaratio circa hanc ſubſcriptionem.* 76

§. 28.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 28. *Vernantii liber de auctoritate Pontificis a Parisiensi Facultate Theologica perstrictus.* 79

§. 29. *Ejusdem Facultatis censura in librum Amadæi Guimenii.* 89

§. 30. *Propositiones ex Amadæi libro excerptæ, ac censuris notatæ.* 95

§. 31. *Alexandri VII. Pontificis indignatio contra utramque Facultatis censuram.* 99

§. 32. *Ejusdem Pontificis Bulla contra utramque Facultatis censuram.* 103

§. 33. *Parlamenti decretum contra hanc Pontificis Bullam.* 105

§. 34. *Moniales Portu-Regienses e suo monasterio ejectæ.* 110

§. 35. *Cæsarei & Hungarici exercitus victoriæ contra Turcas.* 113

§. 36. *Turcarum clades ad S. Gothardum.* 116

§. 37. *Erfordiensis tumultus contra Moguntinum Archiepiscopum.* 118

§. 38. *Julii Saccheti Cardinalis obitus.* 126

§. 39. *Christiani Megapolitani Ducis matrimonium a Papa dissolutum.* 128

§. 40. *Duodecim Cardinales ab Alexandro VII. inaugurati.* 130

§. 41. *Principum atque Illustrium obitus.* 132

§. 42. *Diversæ Alexandri VII. Constitutiones.* 132

§. 43. *Sacrarum Congregationum Decisiones.* 134

§. 44. *Synodi Monasterienſis, Tornacenſis & Cameracenſis decreta.* 136
§. 45. *Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.* 137
§. 46. *Proteſtantium Scriptorum libri & deceſſus.* 140
§. 47. *Juramenti formula ab Alexandro VII. Pontifice præſcripta.* 141
§. 48. *Franciæ Regis decretum de exequenda hac Pontificis Conſtitutione.* 145
§. 49. *Hoc idem decretum Regis juſſu ad Parlamenti acta relatum.* 149
§. 50. *Quatuor Franciæ Epiſcoporum oppoſitio contra formulæ ſubſcriptionem.* 151
§. 51. *Quædam laxiores doctrinæ ab Alexandro VII. Papa proſcriptæ.* 153
§. 52. *Propoſitiones ab Alexandro VII. Papa damnatæ.* 155
§. 53. *Cenſura Facultatis Theologicæ Pictavienſis contra Probabilitatem.* 163
§. 54. *Sacræ Facultatis Theologicæ Pariſienſis cenſura contra propoſitiones de Purgatorio.* 168
§. 55. *P. Dominicus Ottomannus Pariſiis perbenigne exceptus.* 170
§. 56. *Edicta adverſus Hugonottas in Galliis.* 171
§. 57. *Monaſterienſis Epiſcopi bellum contra Batavos.* 174
§. 58. *Pax Cæſarem inter & Turcas Poſonii firmata.* 178

§. 59.

§. 59. *Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, & Sigismundi Auſtriæ Archiducis Oenipontani necnon Mantuæ Ducis obitus.* 183

§. 60. *Baccius Aldobrandinus Cardinalis mortuus.* 186

§. 61. *Balthaſaris Sandoval Cardinalis extrema.* 187

§. 62. *Quædam Sacrarum Congregationum deciſiones.* 188

§. 63. *Synodi Monaſterienſis & Tornacenſis decreta.* 189

§. 64. *Non nulli Scriptores Catholici hoc anno defuncti.* 190

§. 65. *Acerbiſſima Catholicorum vexatio apud Sinenſes.* 194

§. 66. *Catholici & Jeſuitæ ab Hollandis vexati.* 196

§. 67. *Hiſtoria Sabathæi Sevi falſi Meſſiæ.* 199

§. 68. *Cenſura Facultatis Theologicæ Pariſienſis in Hiſtoriam Univerſitatis Pariſinæ.* 206

§. 69. *Balaſſus rebellis ob Hungariæ vaſtationes caſtigatus.* 209

§. 70. *Venetæ claſſis Præfectus plurium Turcicarum navium præda potitus.* 212

§. 71. *Salubria Franciæ Regis edicta.* 215

§. 72. *Principum obitus.* 217

§. 73. *Jacobi Corradi Ferrarienſis Cardinalis vita & deceſſus.* 220

§. 74. *Marcus Antonius Franciottus Cardinalis mortuus.* 221

§. 75. *Carolus Medices Cardinalis vita functus.* 222

§. 76. *Hieronymi Columnæ Cardinalis extrema.* 223

§. 77. *Aſcanii Philomarini Cardinalis fata.* 225

§. 78. *Ludovici Mareſii Sermo in defenſionem cenſuræ a Facultate Pariſienſi contra Vernantium & Guimenium pronuntiatæ.* 226

§. 79. *B. Franciſcus Saleſius ab Alexandro VII. Sanctorum faſtis adſcriptus.* 231

§. 80. *Aliæ ejusdem Pontificis Conſtitutiones.* 233

§. 81. *Quædam deciſiones S. Congregationum Romanarum.* 234

§. 82. *Epiſtola Paſtoralis Epiſcopi Monaſterienſis ad Clerum.* 235

§. 83. *Catholici in Tranſylvania oppreſſi.* 236

§. 84. *Alexandri VII. Pontificis decretum circa attritionem intra Sacramentum Pœnitentiæ.* 238

§. 85. *Novem Præſules ad dijudicandam quatuor reclamantium Epiſcoporum cauſſam a Papa delegati.* 241

§. 86. *Octo Cardinales ab Alexandro VII. Papa inaugurati.* 243

§. 87. *Alexandri VII. ſummi Pontificis obitus.* 244

§. 88.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 88. *Ejusdem Pontificis gesta in Pontificatu.* 245
§. 89. *Julius Rospiliosus Cardinalis in Papam electus, & Clemens IX. appellatus.* 249
§. 90. *Hujus Pontificis gesta ante Pontificatum.* 253
§. 91. *Acta in caussa quatuor Gallorum Præsulum.* 255
§. 92. *Novendecim Franciæ Episcoporum literæ ad Papam & Galliarum Regem in favorem quatuor Episcoporum contumacium.* 256
§. 93. *Monasterienſium Canonicorum dissidia circa Coadjutoris electionem.* 262
§. 94. *Gallica versio Novi Testamenti Montensis prohibita.* 266
§. 95. *Franciæ Regis edictum pro reformandis Regularibus.* 270
§. 96. *Quorumdam Theologorum effugia pro eludenda formulæ subscriptione.* 274
§. 97. *Candia a Turcis arctius cincta.* 277
§. 98. *Sfortia Pallavicinus Cardinalis mortuus.* 280
§. 99. *Volumnii Bandinelli Cardinalis obitus.* 282
§. 100. *Stephani Durantii Cardinalis decessus.* 283
§. 101. *Odoardus Vecchiarellus Cardinalis mortuus.* 284
§. 102. *Ernesti Adalberti de Harrach Cardinalis decessus.* 284
§. 103. *Tres Cardinales a Clemente IX. Papa renuntiati.* 285

§. 104. *Ejusdem Pontificis Conſtitutiones.* 286
§. 105. *Synodi Monaſterienſis Decreta.* 288
§. 106. *Scriptorum religione Catholicorum obitus.* 289
§. 107. *Acatholicorum Scriptorum mors & opera.* 291
§. 108. *Clementis Papæ IX. Conſtitutio adverſus Gallicam verſionem Ritualis Romani.* 292
§. 109. *Quatuor Franciæ Epiſcoporum literæ encyclicæ ad omnes Galliarum Præſules.* 296
§. 110. *Plurium molimina pro componendo hoc negotio.* 298
§. 111. *Pontificii Nuntii epiſtola ad Clementem IX. Papam.* 301
§. 112. *Quatuor Epiſcoporum contumacium epiſtola ad Papam.* 304
§. 113. *Horum declarationes in ſuis Synodis ad Clerum factæ.* 308
§. 114. *Clementis IX. Epiſtola ad Ludovicum Franciæ Regem.* 312
§. 115. *Pontifex per Laudunenſem Epiſcopum de ſincera horum quatuor Præſulum ſubjectione male edoctus.* 315
§. 116. *Summus Pontifex de horum Præſulum ſinceritate dubius.* 318
§. 117. *Clementis IX. Pontificis epiſtola ad hos quatuor Epiſcopos.* 324
§. 118. *Monetæ in hujus pacis memoriam Pariſiis cuſæ.* 331

§. 119.

§. 119. *Portus Regii Moniales pariter reconciliatæ.* 333

§. 120. *Infamis Pyramis contra Corsos Romæ diruta.* 337

§. 121. *Facultatis Cadomensis censura contra quemdam librum.* 337

§. 122. *Propositiones a Facultate Cadomensi ex hoc libro decerptæ, ac censuris notatæ.* 341

§. 123. *Laurentii Cornelii victoria de classe Turcarum.* 355

§. 124. *Ordo Nobilium Matronarum Viennæ institutus.* 359

§. 125. *Varia Lusitanorum fata.* 361

§. 126. *Ultronea Casimiri Poloniæ Regis abdicatio.* 364

§. 127. *Holandorum molitiones contra Comitem de Bentheim ad fidem Catholicam reversum.* 367

§. 128. *Henricus de La Tour Vice-Comes Turrenius Franciæ Mareschallus Romanam fidem professus.* 370

§. 129. *Joannis Baptistæ Pallottæ Cardinalis obitus.* 373

§. 130. *Hieronymi Farnesii Cardinalis decessus.* 374

§. 131. *Guidobaldus de Thun Cardinalis mortuus.* 376

§. 132. *Pauli Æmilii Rondinii Cardinalis decessus.* 377

§. 133. *Rosa Limana de S. Maria a Clemente IX. Pontifice Beatis adscripta.* 377

§. 134. *Aliæ ejusdem Pontificis Constitutiones.* 378

§. 135. *Diversæ S. Congregationum decisiones.* 380

§. 136. *Synodi Monasterienſis Decreta.* 382

§. 137. *Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.* 383

§. 138. *Acatholicorum Scriptorum mors & opera.* 385

§. 139. *Senonenſis Archiepiſcopi oppoſitio contra Provinenſis Collegii Rectores.* 386

§. 140. *Jeſuitæ ab eodem Senonenſi Archiepiſcopo Sacris reſtituti.* 389

§. 141. *Apaminenſis Epiſcopi controverſia contra eosdem.* 394

§. 142. *Ludovici XIV. Galliarum Regis edicta contra Hugonottas.* 401

§. 143. *Colloquium in Anglia inter Epiſcopales & Presbyterianos.* 406

§. 144. *Juramentum a Scotiæ Parlamento cunctis Incolis impoſitum.* 408

§. 145. *Inteſtini tumultus in Hiſpania.* 414

§. 146. *Judæi Vienna atque Auſtria proſcripti.* 417

§. 147. *Continuata Cretenſis Urbis obſidio.* 421

§. 148. *Candia Turcis dedita.* 426

§. 149.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 149. *Beatus Petrus de Alcantara & B. Maria Magdalena de Pazzis a Clemente IX. Sanctorum Abbo adscripti.* 429

§. 150. *Ludovici de Vandome Cardinalis obitus.* 431

§. 151. *Joannis Stephani Donghii Cardinalis extrema.* 431

§. 152. *Novem Cardinales a Clemente IX. inaugurati.* 433

§. 153. *Quædam ejusdem summi Pontificis Constitutiones.* 433

§. 154. *Clementis IX. Pontificis Maximi obitus.* 435

§. 155. *Hujus Papæ gesta in Pontificatu.* 437

§. 156. *Diœcesanæ Synodi Monasterienſis decreta.* 441

§. 157. *Quædam SS. Congregationum decisiones.* 442

§. 158. *Scriptorum Catholicorum opera & obitus.* 443

§. 159. *Acatholicorum Scriptorum lucubrationes, & decessus.* 446

LIBER CCVI.

§. 1. *Æmilius Altierius Cardinalis in Papam electus, & Clemens X. appellatus.* 449
§. 2. *Hujus Pontificis gesta ante Pontificatum.* 452
§. 3. *Prima Hungaricæ conspirationis semina contra Leopoldum I. Cæsarem.* 454
§. 4. *Apertum conjuratorum bellum contra Cæsarem.* 456
§. 5. *Conjuratio detecta.* 462
§. 6. *Reliqui ex Conjuratis capti.* 463
§. 7. *Moti in Hungaros belli causſæ a Cæsare manifestatæ.* 466
§. 8. *Rebelles a Cæsareo milite profligati.* 469
§. 9. *Judicii acta in reos instructa.* 471
§. 10. *Petri Comitis Serinii defensio.* 473
§. 11. *Nadastius Comes per proprias literas convictus.* 496
§. 12. *Mortis sententia in reos proposita.* 506
§. 13. *Mortis Sententia in Nadastium, cæterosque reos Proceres promulgata.* 507
§. 14. *Nadastii Crimina.* 509
§. 15. *Accusationum capita adversus Serinium probata.* 511
§. 16. *Frangipanii Comitis delicta.* 514
§. 17. *Crimina Tattenbachii in Judicio comprobata.* 515
§. 18. *Supplicium in reos decretum.* 516

§. 19.

§. 19. *Rei nobilitatis gradu dejecti.* 517
§. 20. *Nadaſtii Comitis Supplicium.* 518
§. 21. *Serinius & Francipanius Neoſtadii capite plexi.* 522
§. 22. *Tattenbachius Comes Græcii eodem ſupplicio multatus.* 527
§. 23. *Gravis contentio Archiepiſcopum & Electorem inter & Colonienſem Magiſtratum.* 528
§. 24. *Prima Meſſanenſis rebellionis ſemina.* 531
§. 25. *Impia dogmata Benedicti Spinoſæ.* 537
§. 26. *Quidam libellus contra Jeſuitas a Pariſienſi Senatu rogo addictus.* 540
§. 27. *Pariſienſis Senatus decretum contra Clementis X. Conſtitutionem de Regularium privilegiis.* 541
§. 28. *Scipionis Elcci Cardinalis obitus.* 542
§. 29. *Franciſci Nerlii Cardinalis deceſſus.* 543
§. 30. *Bernardus Guſtavus Fuldenſis Abbas Purpura decoratus.* 544
§. 31. *Clementis X. Papæ Conſtitutiones.* 545
§. 32. *Diverſæ S. Congregationum deciſiones.* 547
§. 33. *Principum atque illuſtrium obitus.* 548
§. 34. *Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & deceſſus.* 550
§. 35. *Proteſtantium Scriptorum opera & obitus.* 554
§. 36. *Expoſitio doctrinæ Catholicæ a Benigno Boſſuetio edita.* 555

§. 37.

§. 37. *Hujus libri fata.* 557
§. 38. *Primæ editionis variationes a Proteſtantibus confictæ.* 560
§. 39. *Boſſuetii liber communi approbatione & applauſu exceptus.* 565
§. 40. *Controverſia inter Tornacenſem Epiſcopum & Regulares.* 569
§. 41. *Opiniones Carteſii a Sorbona exulare juſſæ.* 573
§. 42. *Controverſia de Auctore libri de imitatione Chriſti.* 574
§. 43. *Continuatio hujus controverſiæ.* 583
§. 44. *Archiepiſcopi Pariſienſis judicium in hac cauſſa.* 584
§. 45. *Patris Quesneli reflexiones morales.* 588
§. 46. *Quædam Clementis X. Conſtitutiones.* 592
§. 47. *Diverſæ S. Congregationum Romanarum deciſiones.* 593
§. 48. *Catholici ex Anglia proſcripti.* 594
§. 49. *Eboracenſis Dux, ejusque conjux ad fidem Catholicam reverſi.* 599
§. 50. *Contentio inter Janſeniſtas & Calviniſtas in Galliis.* 604
§. 51. *Leves ſimultates Papam inter & Franciæ Regem.* 605
§. 52. *Quinque Beati a Clemente X. Papa Sanctorum Albo adſcripti.* 607

§. 53. *Vitaliani Vicecomitis Cardinalis obitus.* 608
§. 54. *Synodi Monaſterienſis Decreta.* 609
§. 55. *Scriptorum Eccleſiaſticorum opera & deceſſus.* 610
§. 56. *Heterodoxorum Scriptorum lucubrationes & mors.* 613
§. 57. *Synodus Hieroſolymitana contra Calviniſtas de conſenſu Eccleſiæ Orientalis gloriantes celebrata.* 615
§. 58. *Quidam Præſules a Clemente X. Papa ad Purpuram evecti.* 620
§. 59. *Raynaldi Eſtenſis Cardinalis obitus* 623
§. 60. *Proteſtantium Hungarorum ſeditio contra Cæſarem & Catholicos.* 624
§. 61. *Detecta Prædicantium perfidia ac rebellio in Hungaria.* 627
§. 62. *Gemina Epiſtola conſpirationis index.* 629
§. 63. *Perfidi Prædicantes in jus vocati.* 633
§. 64. *Prædicantes de criminibus convicti, ac promerita, pœna affecti.* 635
§. 65. *Ferociores Prædicantes ob contumaciam exilio mulctati.* 640
§. 66. *Poſonienſis Proteſtantium tumultus.* 642
§. 67. *Carolus II. Angliæ Rex clam Catholicis favens.* 643
§. 68. *Bellum ab Angliæ Rege Batavis denuntiabam.* 647

§. 69.

§. 69. *Pius V. Pontifex Maximus a Clemente X Beatorum Albo insertus.* 649
§. 70. *Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.* 650
§. 71. *Variæ SS. Congregationum Decisiones.* 652
§. 72. *Synodi Monasterienſis Decreta.* 653
§. 73. *Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.* 656
§. 74. *Lucubrationes & decessus quorumdam Scriptorum Heterodoxorum.* 659
§. 75. *Ludovici Regis Franciæ declaratio circa jus Regalium.* 660
§. 76. *Guilielmi Principis Fürstenbergii raptus.* 661
§. 77. *Extrema Anglorum aversio in Catholicos.* 664
§. 78. *Protestantium Anglorum machinationes contra Eboracenſis Ducis matrimonium.* 669
§. 79. *Franciæ Regis Legatio ad Clementem X. Papam.* 674
§. 80. *Moscoviæ Legatus Romam adventans.* 676
§. 81. *Prospera Religionis Catholicæ incrementa in Sinarum Regno.* 678
§. 82. *Principum atque illustrium obitus.* 680
§. 83. *Cardinales a Clemente X. inaugurati.* 683
§. 84. *Tornacenſis Synodi Diœcesanæ decreta.* 683
§. 85. *Nonnullæ Clementis X. Constitutiones.* 684

§. 86.

§. 86. *Diversæ S. Congregationum Romanarum decisiones.* 686
§. 87. *Obitus quorumdam Scriptorum suis lucubrationibus insignium.* 687
§. 88. *Scriptores Acatholici hoc anno denati.* 689
§. 89. *Libri P. Ægidii Estrix Jesuitæ a S. Congregatione proscripti.* 692
§. 90. *Alia propositio a Parisiensi Facultate Theologica proscripta.* 693
§. 91. *Quædam monita a S. Congregatione S. Officii Romæ prohibita.* 694
§. 92. *Jansenistarum motus adversus hanc S. Officii censuram.* 696
§. 93. *Ritus Sinenses novo Congregationis decreto prohibiti.* 702
§. 94. *Quædam summi Pontificis Constitutiones.* 704
§. 95. *Carolus II. Angliæ Rex a Protestantibus indigne habitus ac vexatus.* 705
§. 96. *Joannes Bona Cardinalis fatis functus.* 709
§. 97. *Marcelli Sancta-Crucii Cardinalis obitus.* 712
§. 98. *Octavii Aquavivæ Cardinalis extrema.* 713
§. 99. *Quædam sacrarum Congregationum decisiones.* 714

§. 100.

§. 100. *Roberti Arnaldi d'Andillii obitus & opera.* 716

§. 101. *Wenceslaus Eusebius Lokovicius Princeps relegatus.* 719

§. 102. *Quorumdam Scriptorum Catholicorum mors & lucubrationes.* 724

§. 103. *Petri Musæi obitus, opera, ac infelix ejus labor in uniendis Calvinistis.* 731

§. 104. *Alii Scriptores Heterodoxi hoc anno defuncti, eorumque opera.* 742

§. 105. *Synodi Monasterienſis decreta.* 744



Cretensis Insula a Turcis expugnata.

Klauber Sc. Aug.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCV.

ALEXANDER VII. PONTIF. MAX.
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

§. I.

Prædicantium oppositio adversus Brandeburgici Electoris decreta.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Fervebant inter Brandeburgicos Prædicantes diuturnæ altercationes, ex opinionum varietate exortæ, *Tuld. Hist. decen. l. 3.*

Sæc. XVII. A. C. 1663. ortæ, propter quas mutuo sese convitiis ore & calamo non sine maxima ceterorum offensione proscindebant: ut ergo Fridericus Guilielmus Elector, qui neminem ob Religionis disparitatem vel odio habere vel colere solebat, horum petulantiæ frænum injiceret, pro suprema, quam sibi sectæ suæ Architecti attribuerant, auctoritate Coloniæ ad Spreeam varias leges, seu ut ipse vocabat, *consilia & mandata tam temporali, quam æternæ suorum saluti consecrata* præscripsit, ac primo quidem jussit, ut alienæ sectæ addictos tolerarent, eoquod omnes in fidei fundamento, seu in fiducia in merita Christi conspirent. II. Amice inter se de controversiis disputarent, nec se invicem, nec Viros de Ecclesia bene, multumque meritos convitiis, injuriisque impeterent, minus vero eos odiose *sectæ Inventorum, aut Interpretum* agnomine provocarent. III. Abstinerent a consectationum usu, vi quarum absurda & impia deducere solent. IV. A privatorum doctrina non arguerent ad universam Ecclesiam, nec ex privati Interpretis scripturistici opinione, Ecclesiæ dogma formarent. V. Dissidium ex diversis Scripturarum explicationibus, earum potissimum, quæ apud præcipuos controversistas non tanguntur, non excitarent, harum vero con-

controverſiarum merita probe diſcute- Sæc. XVII.
rent, ut non modo intelligant, an hæc vel A. C. 1663.
illa ſententia probabilitatem attingat, ſed & determinent, an ad ſalutem neceſſaria, clareque in S. literis contineatur, vel non, proin adiophora a neceſſariis diſtinguant: eo ex capite voluit, ut liberum ſit, in Baptismo exorcismum adhibere vel non. VI. Concionum materiam deſumerent ex puro Dei Verbo, in Prophetarum & Apoſtolorum codicibus fundato, in quatuor receptis Conciliis Oecumenicis *& variata Auguſtana Confeſſione ejusque apologia* repetito (*). VII. Poſt prandium die-

(*) Aſt fidei articuli in Auguſtana Confeſſione ejusque apologia explicati vel iisdem verbis, ſine ulla adjectione, ſubtractione & permutatione & in eodem unoque ſenſu alterius non capaci, in S. literis continentur vel non! ſi primum, (quod tamen falſum eſt) tunc ſuperflua eſt hæc Confeſſio &c. ſi ſecundum, tunc præter Sacram Scripturam hominum ſeu Prædicantium ita S. textum interpretantium verbis credunt, & ſic verba hominum cum Dei Verbo pro objecto fidei, & ejus explicationem in Confeſſione A. factam tanquam fidei ſuæ regulam amplectuntur: illam vero infallibili demonſtratione ex S. literis neceſſario & clare, quin allegati textus alium ſenſum

Sæc. XVII. A.C 1663. bus Dominicis Lutheri Catechismum explicarent. VIII. Ordinandi examinarentur, & sui progressus in doctrina Christiana & controversiis periculum facerent, an principia fidei a Theologiæ dogmatibus distinguere norint. Verum hæc Principis mandata displicuere Prædicantibus, præcipue Wittenbergensibus, qui adversus ea calamum acuentes, ab aliis Prædicantibus, eorumque, ut vocant, consistoriis consilia, & oppositionis socios undique conquirebant, nec defuere, qui cum illis conspirarent, quocirca Elector suis subditis, ne Wittenbergensem Academiam frequentarent, interdixit, cunctosque inde evocavit, simulque duos Prædicantes, qui hisce mandatis subscribere renuerunt, a cathedris removit: Berolinenses vero Prædicantes, inviti licet, nomen suum apposuere, quos tamen Norimbergenses reprehendebant, eosque hortabantur, ut Electori parerent, eoquod cuivis Ecclesiæ liberum esset, hunc vel illum ritum cum Ministerii & Ecclesiæ consensu immutare, donec unanimis totius Ecclesiæ consensus obtineri posset.

§. II.

sensum habere possint, deductam esse ostendere deberent, quod tamen nunquam evicere, nec unquam evincent.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. II.

Aliud dissidium Batavorum circa novam Liturgiam.

Ineunte hujus sæculi anno sexagesimo tertio Batavi ob fanaticum sectæ studium graviter inter se collidebantur; cum enim Hollandiæ & Frisiæ Prædicantes abolita veteri liturgia novam cuderent, sequentesque preces e suggestu pro Magistratus incolumitate recitari præciperent: *Oramus te, supremum Numen pro iis, quos nobis præficere voluisti Hollandiæ ac Frisiæ Statibus, velut qui legitimus noster & supremus Magistratus sunt . . . . item pro Magistratu, & Regentibus hujus loci &c.* mox comperta hac novitate ceteræ Batavorum Provinciæ in Hollandos & Frisones insurrexerunt, editisque scriptis huic liturgiæ contradixere, eoquod ejusmodi precum examen ac judicium sibi solis arrogassent, cum tamen id non ad unam alteramve Provinciam, sed ad omnes, Synodosque spectaret; ac insuper novo, insolito, ac temerario ausu arctiorem, quam inter se ante duodecim annos Hagæ Comitis pacti fuissent, unionem violassent: Verum res inter querelas hæsit; animosius autem eodem anno Batavi invidiam, odiumque suum in *Tuld. l. c. lib. 10.*

Sæc. XVII. A. C. 1663. Catholicos exerebant; cum enim Falckeniſſa olim Oirſchottani Monaſterii Abbatiſſa ante quinquennium demortua, ſicut in vita, ita & poſt obitum miraculis inclareſceret, ejusque corpus a corruptione immune eſſet, proin ad ejus ſepulcrum Catholici magno numero confluerent, hinc Batavi edito Ordinum decreto præceperunt, ut hujus Sanctimonialis corpus exhumaretur, atque e ſepulcro ſuo ad Sylvaducenſem Eccleſiam translatum honeſto loco conderetur: Inſuper hi non modo mortuis quietem, ſed & vivis Catholicis invidebant ſuis in terris honores; quippe hoc etiam anno Selandi poſtulabant, ut communi Ordinum fœderatorum decreto omnes Catholici ad militiæ officia inhabiles declararentur; Friſones quoque cunctos Sacerdotes Catholicos ex ſua Provincia expellebant, ſuisque ſubditis ſevere inhibuere, ne ſuos filios ſtudiorum cauſſa ad Catholicorum terras Scholasque mitterent: magis adhuc ſeverum edictum adverſus Catholicos quarto poſt anno promulgarunt Gröningenſes, apud quos hucusque Catholicis occulto Religionis ſuæ exercitio frui conceſſum erat; cum autem Jeſuitæ ibidem degentes annue libellos typis evulgaſſent, quibus cunctos a ſe a ſecta ad veram fi-

dem

dem converſos, nimis exacte enumeraverant, inde exacerbati Gröningenſes præceperunt, ut Sacerdotes, & Religioſæ Virgines intra ſpatium viginti quatuor horarum e Provincia excederent, nec ullibi reciperentur, & ſi quæ adhuc tolerentur, non plures tamen, quam duæ in una domo eſſent: de cetero autem Sacramentorum, ſcholarum, & rituum Romanorum uſus Catholicis omnino eſſet interdictus, ac bis per annum eorum domus viſitarentur, transgreſſores vero gravi pecuniarum mulcta inter pauperes, reorum delatores, & mandati executores dividenda plecterentur. Hæc absdubio ſuaſit Calviniana charitas, tolerantiæ ſpiritus, & conſcientiæ libertas. Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. III.

Propoſitiones quædam a Regio Senatu proſcriptæ.

Magna animorum contentione hoc anno Pariſiis exagitabatur doctrina de Pontificis & Conciliorum auctoritate; cum enim Gabriel Druetus Villanovanus Brito ac Theologiæ Baccalaureus die decima nona Januarii publicam diſputationem habere decreviſſet, atque inter alias Theſes de Romano Pontifice & Conciliis has tres propoſi- *Ex act. Parlam. Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 88.*

Sæc. XVII. A. C. 1663.

tiones defendendas ſuſcepiſſet. I. *Chriſtus Sanctum Petrum, ejusque Succeſſores ſumma ſupra Eccleſiam auctoritate donavit.* II. *Romani Antiſtites privilegia quibusdam Eccleſiis ſicut Eccleſiæ Gallicanæ impertiti ſunt.* III. *Concilia Generalia ad extirpandas hæreſes, ſchismata, & alia tollenda incommoda admodum ſunt utilia, non tamen abſolute neceſſaria:* mox eadem die Regii Miniſtri ob haſce doctrinas graviter commoti, totum negotium Parlamento decidendum commiſere: Hoc vero die vigeſima ſecunda Januarii hanc deſuper ſententiam pronuntiavit: „Poſtquam hac die Curia de negotio diſputationem concer„nente deliberaſſet, compertumque „haberet, quod tres Theſes, pluresque aliæ propoſitiones ibidem con„tinerentur auctoritati Eccleſiæ, an„tiquæ doctrinæ, quæ omni tem„pore recepta, & conſervata eſt in „regno hoc, ſanctis Canonibus, decre„tis Conciliorum generalium, & gal„licanæ Eccleſiæ libertatibus contra„riæ, ac eo tendentes, ut pontificia „ultra Conciliorum generalium pote„ſtatem, & limites, qui ſemper ſan„ctiſſime conſervati ſunt in Eccleſia Gal„licana, extollatur, poſtquam etiam „audiviſſet Syndicum Facultatis Theo„logicæ, & Vincentium Meurſium Do„ctorem

„ctorem dictæ Facultatis in Collegio Sæc. XVII.
„Navarreno, qui præfatæ disputationi A.C. 1663.
„præses destinatus erat, necnon præ-
„fatum Druetum respondentem, cita-
„tos ex sententia decima nona hujus
„mensis die, auditis quoque regiis,
„eorumque Conclusionibus; curia in-
„hibuit, ac inhibet, & vetat, ne di-
„ctus Druetus disputationem eam su-
„stineat; decrevit, & decernit, ut ea
„supprimatur, cum omnibus, quæ si-
„miles propositiones continere reperien-
„tur: Interdicit etiam omnibus Bacca-
„laureis, Licentiatis & Doctoribus,
„aliisque universis, ne quis scribere,
„sustinere, & disputare, docere, vel
„explicare audeat, directe vel indi-
„recte, in publicis scholis, vel ullo alio
„loco, similes propositiones aliasque
„Doctrinæ antiquæ Ecclesiæ, sanctis Ca-
„nonibus, Decretis conciliorum gene-
„ralium, Ecclesiæ Gallicanæ libertati-
„bus, atque antiquis Facultatis Theo-
„logicæ Parisiensis Decretis contrarias,
„cum interminatione, debito modo
„animadvertendi in delinquentes: inter-
„dicit etiam Syndico dictæ Facultatis,
„ac qui præsidebant Doctoribus, ne
„permittant, ut ejusmodi propositiones
„ulli inserantur disputationi. Decernit,
„ut præsens sententia in generali con-
„gregatione dictæ Facultatis Theolo-

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„gicæ, quæ primo quoque die, quem „curia designabit, in Sorbona celebra„bitur, legatur in præsentia duorum „Senatorum dictæ Curiæ, qui ad hunc „finem eo accedent, cum uno e substi„tutis Regii generalis Procuratoris: ad „quam congregationem citabuntur om„nes dictæ Facultatis Doctores, quin „etiam Baccalaurei primæ licentiæ. „Ac inseretur præsens decretum in acta „dictæ Facultatis: tum significabitur „Rectori, Decanis, & Procuratoribus „reliquarum Facultatum, ut ibi quo„que legatur, & in acta referatur, „mittaturque ad alias universitates, nec „minus ad baillivatus & seneschallias, „a quibus ad hanc curiam provocatur, „ut ibi pariter legatur, publicetur, „actisque inseratur cura substitutorum „Regii Procuratoris, qui intra mensem „ejus rei fidem Curiæ facient.„

§. IV.

Parisiensis Theologicæ Facultatis querelæ adversus hoc Parlamenti decretum.

Recueil de Aff. du Clergé t. 1. Argentre l. c. p. 87.

Postquam igitur hæc Parlamenti sententia Facultati Theologicæ Parisiensi fuit intimata, hæc graviter se offensam censuit, eoquod Laici Ecclesiasticis in rebus religionem concernentibus

tibus leges imponere, & Facultatem, cujus tamen pauci admodum Doctores de his propositionibus notitiam habuere, indicta caussa damnare ausi essent, quapropter Facultas jus suum vindicandum rata, audiri, & de Parlamenti mente ab ipso Parlamento edoceri postulavit, hancque in rem die nona Februarii conventum habuit, in quo unanimi suffragio decretum, Theses has quidem supprimendas esse, hanc tamen Senatus sententiam minime ad Facultatis acta referendam, sed septem Doctores ad Parlamentum esse ablegandos, qui ab eo debita cum reverentia peterent, ut Senatus exponere dignetur, ipsius mentem non fuisse, sibi adscribere judicium doctrinale in materia fidei & Ecclesiæ dogmatibus, vel lædere jura Facultatis, aut innuere necessarium esse absolute concilium generale ad extirpanda quælibet schismata & quaslibet hæreses: v. g. *Pelagianam & Jansenianam*, quas constat sufficienter extinctas absque Concilio Generali, quod tantum in aliquibus casibus dici potest absolute necessarium. Quod si vero negotium, hoc pacto non conficiatur apud Senatum, Facultas decrevit, adeundum esse Regem Christianissimum, rogandumque per Illustrissimum Dominum Archiepisco-

Sæc. XVII. A. C. 1663.

pum

Sæc. XVII. A. C. 1663.

pum Auſitanum, ut ſartum tutumque ſervet Facultatis jus, quod habet, ſemperque habuit proferendi judicium doctrinale de rebus ad fidem Theologicam pertinentibus.

Hi ergo Doctores deputati die decima quinta Februarii in publico Facultatis conſeſſu referebant, ſe a Parlamenti Præſide ad diem duodecimam ejusdem Menſis fuiſſe vocatos, cum autem comparerent, ac cur vocati eſſent, interrogarent, Præſidem hæc reſpondiſſe, quod Senatus non eſſet interrogandus per deputatos, niſi ejus „ſeveritatem Facultas vellet experiri, „ipſa vero Facultas, quo minus poſtu„laverit, tanto plus impetratura eſſet a „ſenatu, qui tantum abeſt, ut ſibi ju„mere voluerit munus judicandi doctri„naliter de re Theologica, quin imo, „ſi quod dubium circa fidem occurre„ret, conſuli decerneret, audiretque „prius Facultatem, cujus jura illæſa „atque integra vult ſervari: Ad hæc ipſi repoſuerunt, illos, quos Facultas ad Regem nominatura ſit, absdubio in obeundo ſuo munere, quantum fieri poterit, reverenter acturos, quibus dictis Deputati receſſerunt.

Poſtea formulam, qua ad Regem ablegandi Doctores coram Senatu uterentur, conceperunt his verbis: *Facultas*

cultatis Theologicæ Deputati coram Senatu exponant, quod Facultas debita veneratione decretum die vigesima secunda Januarii emanatum perceperit, & licet in eo quasdam offenderit difficultates, minime tamen credere velit, quod Senatus intenderit, doctrinale judicium ferre, aut propositiones Theologicas censuris notare, nec etiam credere, quod absolute necessarium sit Concilium Generale ad extinquendum quodcunque schisma aut hæresin v. g. Jansenianam, quam sufficienter damnatam existimat, quin ad hoc necessarium sit aliquod Generale Concilium.

Postquam autem Deputati hanc formulam a ceteris Doctoribus approbatam Præsidi exhibuerant, hic ab eis sciscitabatur, cur Parlamenti decretum in tabulas referre recusarint? Deputatis autem causſam, prout in formula continebatur, proferentibus, Præses respondit „quemlibet Regis subditum, „si Senatus aliquid sanxerit, obtempe„rare obstrictum esse; de cetero autem „Senatum, dum propositionem de Con„ciliis propugnari prohibuisset, non in„tendisse, hæresin damnari non posse, „sine convocatione generalis Concilii, „cum ex Patribus constet, *plurimas hæ„reses non modo damnatas sed etiam extin„ctas penitus fuisse absque generalibus Con„ciliis*, tantum ferre curiam non po-

„tuisse.

Sæc. XVII. A. C. 1663. „tuisse propositionem indesinitam, & „generalem, ex qua nullis in casibus „necessaria esse generalia Concilia pos„set quis inferre, hinc senatum Regiam „interposuisse Authoritatem ad prohi„bendas *politice* propositiones, quæ illo „sensu, ad quem extendi possent, con„trariæ forent exteriori Ecclesiæ ad„ministrationi, seu politiæ, quam po„litiæ generalis Regni præcipuam „quamdam portionem esse constaret.„ Postea addidit, admoneo vos, ut hæc Facultati referatis, hocque negotium ultra decimam quintam Mensis Februarii diem non protrahatis. His perceptis Facultas Senatus sententiam ad acta esse referendam censuit: nihilominus non deerant, qui Ludovico Regi suspicionem ingererent, perinde acti Facultas propugnaret, quod Rex in temporalibus aliquem se superiorem præter Deum haberet; retulit etiam die secunda Maji Martinus Grandin Facultatis Syndicus, quod Senatus nuperum decretum ideo ediderit, eoquod Facultas permisisset, ut Pater Laurentius Desplantes Cisterciensis in Collegio Bernardino die quarta Aprilis hanc defenderet Thesin: *summus Pontifex in tota Ecclesia, & in foro tam interno quam externo plenitudinem jurisdictionis obtinet:* Eapropter Facultas decre-

decrevit, adeundum esse Regem, eidemque supplicandum, ut velit Facultati de rebus ad fidem Theologicam spectantibus judicium proferendi, jus sartum servare, & Syndicum aliosque duos Doctores ab officiis suis suspensos restituere. Postea sensum mentemque circa propositiones, quas nonnulli perperam Facultati adscribebant, explicarunt sequentibus hisce sex propositionibus. Sæc. XVII. A. C. 1663.

I. „Non est doctrina Facultatis, quod „summus Pontifex aliquam in temporalia Regis Christianissimi Authoritatem habeat, immo Facultatem semper obstitisse etiam iis, qui indirectam „tantum modo esse illam Authoritatem „voluerunt.„

II. „Esse doctrinam Facultatis ejusdem, quod Rex Christianissimus nullum omnino agnoscat, nec haberet „in temporalibus superiorem præter „Deum, eamque suam esse antiquam „doctrinam, a qua nunquam recessura „esset „

III. „Doctrinam Facultatis esse, quod „subditi fidem, & obedientiam Regi „Christianissimo ita debeant, ut ab iis „nullo prætextu dispensari possint.„

IV. „Doctrinam Facultatis esse, non „probare, nec unquam probasse propositiones ullas Regis Christianissimi „Autho-

SEC. XVII. A. C. 1663.

„Authoritati, aut Germanis Ecclesiæ „Gallicanæ libertatibus, & receptis in Regno Canonibus contrarias, verbi gratia, „quod summus Pontifex possit deponere „Episcopos adversus eosdem Canones.„

V. „Doctrinam Facultatis non esse, „quod summus Pontifex sit supra Concilium Oecumenicum.„

VI. „Non esse doctrinam vel dogma „Facultatis, quod summus Pontifex „nullo accedente Ecclesiæ consensu „sit infallibilis.„

Facta hac declaratione Facultatis Doctores Parisiensem Archiepiscopum rogarunt, ut ea præsente has propositiones Regi exponeret, ac supplicaret, ut eam suo patrocinio & benevolentia foveret, ac tueretur, simulque Syndicum aliosque duos Doctores sua humanitate ac clementia vindicaret: Igitur die octava Maji Archiepiscopus unacum Facultatis Doctoribus Regem supplex adiit, cui etiam Rex perbenigne respondit, „non esse sibi persuasum, sacram Facultatem esse ipsi oppositam, nec doctrinam ullam docere, quæ sit contraria „Regni juribus, ideoque sibi in animo „esse per publicum, cum se occasio offerret, argumentum manifestare, quo „affectu eam prosequeretur; quantum „autem ad postulationem sibi factam circa Syndicum & alios, se mature de iis „cogitaturum.„ §. V.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. V.

Decretum Parlamenti circa Facultatis declarationem.

Diſplicuit Parlamento hæc Facultatis declaratio, vehementerque in illam Dionyſius Talonus Advocatus generalis in Senatu invectus, reprehendit, quod Facultas proſcriptas Theſes in ſuis ſcholis dictari, a ſuo Syndico approbari, necnon pro diſputatione publica proponi permiſiſſet, nunc vero duntaxat profiteatur: *illas non eſſe Facultatis*, cum tamen eas omnino rejicere debuiſſet, tanquam novas, erroneas, authoritati Regiæ, juribus coronæ, libertati Eccleſiæ Gallicanæ, Gerſoni, & antiquæ ſententiæ adverſas: Die igitur trigeſima Maji Decanus unacum ſeptem ſenioribus Facultatis Doctoribus Parlamenti juſſu præfatam declarationem exhibuit, qua præſentibus Regiis Miniſtris perlecta Senatus nomine, Talonus ita perorabat: „Quamquam veritas antiquorum Ca„nonum ſuo ſatis ſubſiſtat pondere, nec „ullis opus habeat ſuffragiis, aut ap„probatoribus, multum tamen ei ac„cedit, ſi univerſi in eandem quaſi „concurrant ſententiam, nec ulla ani„morum appareat diviſio. Neminem

Sec. XVII. A. C. 1663. „latent auſus atque technæ, quas per „triginta jam annos Aulæ Romanæ „adhærentes ad extollendam per falſas „prærogativas Papæ potentiam, & in„troducendas novas Ultramontanorum „opiniones fabricarint. Et eo tandem „res iſta progreſſa eſt, ut poſtquam „falſas iſtas ac periculoſas propoſitio„nes ſecreto ſcriptis ſuis inſinuarint, „haud veriti ſint, theſibus easdem pa„lam inſerere, & ad diſputandum pu„blice proponere. Hanc autem teme„ritatem minime manſiſſe impunitam „conſtat; quippe auguſtum hoc colle„gium unanimiter fervens Zelo pro„pugnandi Authoritatem Regiam, le„ges Regni, libertatem Eccleſiæ Gal„licanæ, & doctrinam antiquam, qui„bus iſtæ de papæ infallibilitate & ſu„pra Concilium ſuperioritate opiniones „e diametro ſunt oppoſitæ, haud in„termiſit mature hos auſus per decre„torum ſeveritatem reprimere, atque „ipſos adeo Authores punire: ita ut „vere dici poſſit, quod monſtra hæc in „ipſa nativitate ſint ſuffocata, iſtique „conatus nullos prorſus nacti ſint ſuc„ceſſus; quin potius ad confirmandam „fortius veritatem, ad detegendam „turpitudinem & ad confuſionem emiſ„ſariorum Aulæ Romanæ quampluri„mum contulerint. Nihilominus Fa„cultas

„cultas Theologica forti Monachorum Sæc. XVII.
„& sæcularium quorumdam Cabala A.C. 1663.
„quasi intricata, & ab iis vel lucri vel
„factionis caussa ceu captivata, vix sese
„iniquis his vinculis extricare potuit,
„ut insisteret vestigiis Gersonum, alio-
„rumque hominum Illustrium, qui omni
„tempore præcipui veritatis defensores
„extiterunt, tandem tamen, postquam
„generoso conatu perpenderat, quid
„Regi, quid publico, quid proprio ho-
„nori debeat, animi sui sensa expo-
„suit, & condemnavit omnes istas no-
„vitates tanquam errores ejusmodi,
„qui Censuram evitare non possint. Et
„sicuti sex istæ propositiones, a Deca-
„no modo prælectæ & explicatæ con-
„tinent condemnationem non solum
„omnium eorum, quæcunque pro sta-
„bilienda Papæ superioritate super tem-
„poralia, afferri possint, sed etiam
„Chimæricæ istius infallibilitatis & ima-
„ginariæ dependentiæ Concilii a Papa;
„ita supervacaneum erit examinare,
„num omnes hæ propositiones con-
„ceptæ sint in terminis affirmativis? si
„quidem certum est, non dari medium
„inter duas propositiones contradicto-
„rias. Quodsi ergo non credit Facul-
„tas, Papam esse infallibilem, sequi-
„tur per necessariam consequentiam,
„quod ea judicet, Papam posse prolabi

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„aut induci in errorem & corrigi etiam „a potestate superiore, quæ non possit „esse alia, quam Concilii & Ecclesiæ „universalis. Præterea omnes in eo „consentiunt, dari quamdam subordi„nationem; hoc igitur concesso Papam „non esse supra Concilium; sequitur „necessario, illum esse infra Concilium, „& subjectum esse decisionibus ejusdem, „ac observationi Canonum, quemad„modum igitur publico sufficienter est „satisfactum hac Facultatis declara„tione; idque eo magis, quod ea omni „careat ambiguitate, nec indigeat ex„plicatione aliunde petita ex ejusdem „Facultatis Doctrina utpote ex cen„sura Sarazanii, ex responsis ad quæ„stiones Regis Caroli IX. atque ex „damnatione errorum Lutheri: ita mihi „videtur, e re esse, ut Articuli isti in „declaratione Facultatis contenti, actis „dictæ curiæ inseri jubeantur, & exem„plaria eorundem descripta a Parla„mento ad omnes Præfecturas, seu „Diœceses, & Academias publicas „transmittantur, quo ibi prælegantur, „publicentur, & in Acta referantur; „ut etiam interdictis publicis prohibea„tur, ne ulla doctrina dictis Articulis „contraria propugnetur: ut insuper „Decretum die 22. Januarii & 4. Apri„lis nuper factum executioni tradatur, „ut

„ut denique iterata interdicta & inhi- Sæc. XVII.
„bitiones fiant, omnibus Baccalau- A. C. 1663.
„reis, Licentiatis, Doctoribus, & aliis
„quibusve, ne propugnent, disputent,
„legant, aut insinuent directe vel in-
„directe in scholis publicis, aut alibi
„ullas propositiones contrarias antiquæ
„Doctrinæ Ecclesiæ, Canonibus Con-
„ciliorum Generalium, Libertatibus
„Ecclesiæ Gallicanæ, & antiquis de-
„cretis Facultatis Theologicæ, sub
„pœna severioris animadversionis. Syn-
„dicis autem Facultatum & Doctoribus,
„qui actibus præsidebunt, severe in-
„terdicatur, ne permittant omnino,
„propositiones ejusmodi ullis thesibus
„inferi sub pœna, quod ipsimet de his
„omnibus nomine proprio respondere
„tenebuntur, & extraordinarie contra
„illos procedetur.„

„Absoluta hac declamatione Par-
„lamentum sequens edidit decretum:
„Regis Curia ordinavit & ordinat, ut
„sæpius nominati Articuli in declara-
„tione præfatæ Facultatis Theologicæ
„contenti, inserantur in acta, & de-
„scripta eorumdem exemplaria ad om-
„nes Præfecturas & Diœceses & uni-
„versitates publicas transmittantur,
„quo illic prælegantur, publicentur &
„ad acta referantur. Prohibuit insuper
„ac prohibet, propugnare ullam Do-

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„ctrinam dictis articulis contrariam, „tollens hoc ipso ſuſpenſiones factas „nuper per Decretum die 14. Aprilis; „præterea inhibuit, ac interdicit om„nibus Baccalaureis, Licentiatis, Do„ctoribus, ac univerſis quibuslibet, ne „propugnent aut diſputent, legant aut „inſinuent directe, vel indirecte, in „ſcholis publicis aut alibi ullas propo„ſitiones contrarias antiquæ Doctrinæ „Eccleſiæ, ſanctis Canonibus, decretis „Conciliorum generalium, & liberta„tibus Eccleſiæ Gallicanæ, ac antiquis „decretis Facultatis Theologicæ, ſub „pœna animadverſionis exemplaris; „Syndicis itidem tam Facultatis modo „nominatæ, quam cæterarum univer„ſitatum, & Doctoribus, qui præſide„bunt actibus publicis, interdicimus, „ne patiantur ejusmodi propoſitiones „inferi ullis theſibus, ſub pœna ut ipſi „de illis proprio nomine reſpondeant, „& procedatur contra illos ſingulari „ſeveritate.„

Inſuper Rex die quarta Auguſti e dictum promulgari juſſit, quo præce ptum, ut hi ſex Facultatis articuli circ ſupremam Regis poteſtatem in omni bus totius Regni Parlamentis, Curiis & Univerſitatibus legerentur, in uſum deducerentur, & ad acta referrentur nullusque contrariam doctrinam docere

pro

propugnare aut ſcripto tradere auderet. Sic denique adhuc uno, eoque ſat largo paſſu Parlamentum in Galliis receſſit ab antiqua doctrina de Pontificis auctoritate, cum hucusque ex Gallis nullus ſententiam, quæ Papam Concilio eſſe ſuperiorem docet, *erroneam aut cenſuris dignam* dicere, præſumpſiſſet. Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. VI.

Motus ob Theſin Claromonti defenſam.

Hoc item anno Claromonti habebatur diſputatio, in qua hæc Theſis fuit propugnata: *Præter accerſitos e ſacris paginis contra Copernicanam arcem canones, excutiuntur e Vaticano fulmina, proferturque ſententia Congregationis Cardinalium inquiſitioni Præfectorum, qui terræ mobilis non tam hypotheſim, quam theſim legitima in Gallilæo Cenſura proſcripſere: Cujus quidem Cenſuræ Authoritas, licet nullo pondere ſit apud audaciores aliquot Mathematicos, quam religioſiores, magni tamen ponderis eſt apud eos, qui non tantum quid Eccleſia præcipiat, verum etiam quo propendeat. obſervant accurate. An hæc porro Cenſura totius Controverſiæ plane decretoria ſit, nihil hic puto neceſſe dicere; ſatis eſt ad rem noſtram, quod illa quale ſit tenendum a nobis iter oſtendat.* *Ex Bibl. Sorb.* n. 1514. *Recueil nouv. des Aff. du Clergé t. 1.*

Sæc. XVII. A. C. 1663. Hanc Theſin ex Pariſienſibus Theologis non pauci notandam cenſuere, ac propterea Facultatis Syndicum Martinum Grandin monuerunt, ut eam ad Facultatem deferret; cum autem id facere renueret. Valerianus de Flavigni Doctor Sorbonicus hanc Theſin denuntiavit, ubi re mature deliberata, reluctante etiam Syndico, ſexaginta Doctorum ſuffragio concluſum eſt, Theſin iſtam examini eſſe ſubjiciendam; nec his contentus Flavignius, etiam in publicis comitiis die ſecunda Julii habitis graviter adverſus Syndicum hancque Theſin expoſtulavit, demonſtrans, quod Theſis iſta *eo potiſſimum vergat, ut clanculum ac ſubdole Inquiſitionem, quæ Gallis ſemper ſummopere diſplicuit, Roma Pariſios advehat, ejusque decreta, acſi eſſent Eccleſiæ fulmina, ſtabiliat*, aliunde vero hujus Theſis Author *dominationem ſpernat, Regiam Majeſtatem blasphemet, Jura Regis Chriſtianiſſimi, ejusque Regni infringat ac violet, auguſtiſſimi Senatus auctoritatem derideat, aut non curet, Trium-Virorum Regiorum, etſi conſultiſſimorum, curam omnem ac ſollicitudinem eludat prorſus ac eliminet, Decretis S. Facultatis inſultet, & Senatus Præſidi injuriam faciat & invidiam procreet.* Verum res in hac expoſtulatione hæſiſſe videtur, cum de nulla

Facul-

Facultatis cenſura conſtet; quamvis Syndicus ſcriptam Flavignii declamationem tanquam libellum infamen & injuriis plenum ad Senatum detuliſſet, a quo decretum obtinuit, quo Facultati hujus Theſis examen fuit inhibitum. Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. VII.

Collationes inter Theologos Catholicos Portu-Regienſes.

Inſuperhabito Regis mandato non pauci præſcriptam juramenti formulam ſignare tergiverſabantur; cum autem inde graviores motus concitari, Ludovicus Franciæ Rex haud temere vereretur, Gilberto Choiſelio Convenarum Epiſcopo negotium dederat, ut cum Portu-Regienſibus Theologis convenire ſatageret: peropportune etiam Miramontius Toloſani Parlamenti Præſes eundem Epiſcopum, qui tum Toloſæ agebat, excitare nitebatur, ut præſentes controverſias, quin formulæ ſubſcriptio exigeretur, ſedandi media excogitare vellet. Annuit Epiſcopus, qui præter Miramontium, etiam Patrem Ferrierium Jeſuitam adeſſe voluit, eisque propoſuit, quod nil magis conſultum cenſeret, quam ſi in privatis colloquiis cum Janſeniſtis inſtitueretur exa-

Abb. du Maſ. Hiſt. des cinq. prop. l. 4. Dupin Hiſt. de l'Eccl. tom. 4.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

examen, quisnam verus ſenſus Janſenii fuerit per Conſtitutiones Pontificias damnatus: ſi autem de eo cum illis convenire non poſſent, tunc communi utriusque partis conſilio ad Sedem Apoſtolicam recurreretur, eo fine ut Papa declararet, an hic ſit verus ſenſus, quem ipſe ejusque Prædeceſſor damnare intendiſſet, huic autem Pontificiæ declarationi poſtmodum utraque pars ſtare teneretur, aut aliud reconciliationis remedium quereretur. Placuit omnibus hoc conſilium, moxque Epiſcopus illud cuidam Janſeniſtarum fautori, Ferrierius autem Patri Annato, qui Regi a confeſſionibus erat, perſcripſit, ac deſuper Regis mentem exploravit. Hic vero mox utrumque Lutetiam accerſiri juſſit, ſimulque Arnaldo, Lalanio, Girardo, Tagniero, & Barcoſio celebrioribus Janſeniſtis eo etiam veniendi copiam fecit: Advenerant autem ex his nonniſi Lalanius & Girardus, qui ceterorum nomine cum P. Ferrierio conferrent: Die igitur vigeſima quinta & ſexta Januarii duo habebantur colloquia, in quibus idem Pater ſcriptotenus Janſenii ſenſum explicabat; cum autem id Janſenii defenſoribus non probaretur, hi Epiſcopo quinque articulos, quos jam antea Girardus & Nicolius circa quin-

Paix du Clement Recueil. 1. p. 29.

quinque propositiones damnatas confecerant, Episcopo porrexerunt, ut inde cognoscere posset, an orthodoxi essent, vel non? Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. VIII.

Quinque articuli a Jansenistis Episcopo oblati, atque ad Papam transmissi.

Postquam igitur Lalanius & Girardus hosce quinque articulos Convenensi Episcopo obtulerant, hic illos Romam ad summum Pontificem transmisit: Erat autem tenor eorum sequens. *Argentre coll. Jud. t. 3. p. 2. fol. 307.*

I. „Cum ex S. Augustini sententia, „quam tota S. Thomæ schola defendit, „gratia efficax voluntatem indeclinabiliter & infallibiliter, citra tamen „necessitatem, vi divinæ motionis flectens, & determinans ad singulos „Christianæ pietatis actus necessaria „sit, nunquam contingit, ut vel oremus, nobisque interpellandi & gemendi inspiret affectum; nec ut Dei „mandata servemus, nisi cum illa faciat, ut in ejus præceptis ambulemus; „nec denique ut inimici tentationes superemus, nisi cum nobis victoriam „largitur. Et tamen cum nonnunquam justi tentationibus succumbant, „& in varia peccata prolabantur, etiam

„dum

Sæc. XVII. A.C. 1663 „dum illa vitare imperfecte ac remiſſ
„volunt atque conantur, manifeſtum
„eſt juſtis iſtis in illo imperfectæ a
„remiſſæ voluntatis ſtatu, vitio licet
„ſuo mandatum violantibus, efficacem
„illam & victricem, qua præſente,
„nunquam vincimur, gratiam non
„adeſſe.„

„De his ergo juſtis, quibus illa ma-
„gna non adeſt gratia, licet parva & im-
„perfecta non deſit, vere utrumque
„dici poteſt, & potuiſſe illos Dei man-
„data ſervare tentationique reſiſtere,
„eosdemque alio ſenſu non potuiſſe;
„potuerunt enim prorſus, quia non ſo-
„lum liberi Arbitrii virtutem & gratiam
„habitualem habuerunt, ſed etiam
„gratiam actualem, quæ ſufficiens
„dici poteſt in Thomiſtarum ſenſu, qui
„gratiæ per ſe efficacis neceſſitatem
„ſupponit.

„At quia abſente gratia efficaci
„nunquam contingit, ut voluntas, ſicut
„oportet, tentationi reſiſtat, conſtans-
„que eſt apud Thomiſtas dogma, gra-
„tiam ſufficientem ab efficaci ſepara-
„tam non complecti omnia ad pie a-
„gendum neceſſaria, ideo uſitatiſſima
„ſcripturis Patribusque locutione &
„Thomiſtis omnibus probata, hoc ſenſu
„dici poteſt, juſtos illos ejusmodi ſuf-
„ficienti gratia inſtructos tentationi,
„cui

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„cui ſuccubuerunt, reſiſtere non po-
„tuiſſe: quia nimirum ejusmodi pote-
„ſtatem non habuerunt, quæ com-
„plecteretur omnia ad agendum neceſ-
„ſaria, cum gratiam efficacem ad a-
„gendum utique neceſſariam non ha-
„buerint.„

„Quare cum dicimus, nos ſine gra-
„tia per ſe efficaci non poſſe agere, id
„hoc uno ſenſu intelligimus, eum, cui
„deeſt gratia illa per ſe efficax, non ha-
„bere omnia, quæ requiruntur ad actu
„agendum.„

II. „Gratia interior duplex eſt, alia
„efficax, quæ ſemper producit illum
„effectum, ad quem impellit voluntа-
„tem; alia inefficax, quæ voluntatem
„excitat ad effectum, quem non pro-
„ducit.„

„Prior gratia ea eſt, quam ſimpli-
„citer proprie & abſolute efficacem
„Thomiſtæ vocant: huic reſiſti quidem
„ſemper poteſt, ut iidem docent; at
„nunquam ita reſiſtitur, ut effectu illo
„privetur, ad quem impellit voluntа-
„tem: quod aliis verbis ſic exprimunt,
„ut reſiſti poſſe dicant in ſenſu diviſo,
„non autem in ſenſu compoſito.

„Secunda autem eſt ea, quam
„tum excitantem tum inefficacem tum
„ſufficientem idem ſignificantibus ver-
„bis vocant; huic vere reſiſtit, ac re-
„nititur

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„nititur voluntas, eamque eo effect
„privat, ad quem excitat, & ad quem
„poteſtatem largitur, ſuperius expl
„cato Thomiſtarum ſenſu ſufficientem
„Poteſt quidem illi voluntas conſen
„tire, nec tamen ſi abſit gratia efficax
„unquam conſentit; non defectu ante
„cedentis poteſtatis, ſed libera ſui ipſius
„in oppoſitum determinatione.„

„Sed quamvis illa gratia per ſe
„ſpectata effectu illo careat, ad quem
„tendit, ad quem voluntatem excitat
„& ad quem per antecedentem Dei vo
„luntatem deſtinatur, adeoque falſum
„ſit hoc ſenſu omnem Chriſti gratiam
„ſemper habere eum effectum, quem
„Deus vult, ſi tamen ſpectetur, ut cum
„abſoluta Dei voluntate conjuncta
„merito hoc ſenſu efficax dici poteſt
„quia ſemper id in corde hominis ope
„ratur, quod Deus abſoluta voluntate
„intendit. Certum eſt enim apud The
„miſtas, auxilium ſufficiens reſpectu
„unius actus ſemper eſſe efficax re
„ſpectu alterius, ad quem efficiendum
„decreto abſolute divinæ voluntatis de
„ſtinatur; adeoque apud illos omnis
„gratia eſt efficax alicujus effectus, e
„jus nimirum, ad quem proxime or
„dinatur, & quem Deus abſoluta volun
„tate intendit juxta illud Iſaiæ: Ver
„bum quod egreditur de ore meo, non
„revel

„revertetur ad me vacuum: sed fa-
„ciet, quæcunque volui.„

III. „Ad merendum & demeren-
„dum in statu naturæ lapsæ non suf-
„ficit libertas a coactione; sed requi-
„ritur libertas a necessitate; quamvis
„enim gratia per se efficax infallibiliter
„& insuperabiliter voluntatem ad a-
„gendum determinet, atque ita nun-
„quam voluntas illi actu dissentiat,
„non tamen inducit necessitatem, quia
„non tollit dissentiendi potestatem. Est
„ergo perpetuo in homine lapso illud,
„quod Thomistæ statuunt, activæ indiffe-
„rentiæ genus, quam proximam dicere
„nihil vetat, dummodo ab hoc verbo
„semoveas illum sensum, ut voluntas
„per efficacem gratiam mota credatur
„nunc consentire, nunc dissentire, sive,
„quod idem est, nunc actualem con-
„sensum, nunc vero actualem dissen-
„sum cum ejusmodi gratia com-
„ponere.„

IV. „Tantum abest, ut Semipela-
„giani ideo hæretici fuerint, quod di-
„cerent gratiæ nos consentire, & dis-
„sentire posse, ut potius certum & mi-
„nime dubium sit cuicunque gratiæ e-
„tiam efficaci resisti posse, id est, cum
„quacunque gratia simul remanere a-
„ctivam, atque ut supradictum est, pro-
„ximam dissentiendi potestatem, licet
„actu,

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„actu, ut etiam ſupradictum eſt, non
„nunquam efficaci gratiæ diſſentiatur.

V. „Gratuitæ prædeſtinationis Do
„ctrina maximam jure merito apud om
„nes ſcholas Catholicas Authoritatem
„obtinet, hujus autem Doctrinæ hæc
„ſumma eſt ab omnibus ejus defenſori
„bus recepta; ſolis electis, ſi ſpectetur
„non antecedens, ſed abſoluta, & ef
„ficax Dei voluntas, ſalutem æternam
„abſoluto Dei Decreto deſtinatam eſſe
„cum ea gratiarum ac beneficiorum
„ſerie, quibus certiſſime liberantur
„quicunque liberantur, quorum bene
„ficiorum utique præcipuum eſt per
„ſeverantiæ donum, quod nemo pro
„prium eſſe prædeſtinatorum inficia
„tur, hinc ſequitur, Chriſtum, cujus
„abſoluta voluntas paternæ ſemper
„conformis exſtitit, hoc decretum nec
„precibus, nec morte ſua ſimplicite
„& abſolute mutare voluiſſe: itaque
„ſolis illis abſolute & efficaciter pro
„mereri voluit ſalutem æternam, &
„perſeverantiæ donum, quos ſibi a Pa
„tre datos, & de manu ſua a nemine
„raptum iri in Evangelio dicit. De
„his capitibus apud omnes gratuitæ
„prædeſtinationis Defenſores convenit
„quibus ea tantum Chriſti mortis om
„nibus impenſæ generalitas excludi
„tur, qua collatæ omnibus hominibus
„aſſe

„asseruntur gratiæ ita sufficientes, ut „præterea efficacem ad volendum seu „operandum non requirant.„ Sæc. XVII. A. C. 1663.

„Sed hac opinione dempta nihil „obstat, imo prorsus veritati consen„taneum est dicere, Christum pro om„nibus omnino hominibus mortuum „esse, ac sanguinem fudisse, tum quia „antecedenti voluntate salutem om„nium voluit, tum quia sufficiens pro „omnibus pretium obtulit.„

„Falsum autem & hæreticum est „dicere, Christum pro salute duntaxat „prædestinatorum mortuum esse, cum „multis reprobis, omnibusque adeo „justificatis gratias, tradita a Thomistis „notione, sufficientes meruerit, quibus „ad salutem pervenire possent, quam„vis nemo iis bene utatur, & in ac„cepta justitia perseveret, nisi uberio„ribus iis & efficacibus auxiliis ad„juvetur.„

His articulis subjectæ erant infra scriptæ declarationes in exemplari subsignato, & apud Illustrissimum Convenarum Episcopum depositio.

„De supradictis articulis hæc de„claramus.

I. „His nostram omnem circa ma„teriam quinque propositionum Doctri„nam contineri.„

Sæc. XVII. A. C. 1663.

II. „Hos articulos a nobis ut ortho„doxos & ab omni hæreseos suspicion„alienos defendi.„

III. „Minime illos Jansenianos sen„sus nomine, vel a summis Pontifici„bus Innocentio X. & Alexandro VII„vel ab Illustrissimis Galliæ Episcopis„intellectos, sed prorsus ab omnibu„tum Pontificiis constitutionibus, tum„Episcoporum in Jansenium decretis„intactos esse.„

„Æquum igitur, ut suum de his Ar„ticulis judicium illi Theologi profe„rant, quibus aliqua forte de nostr„fide suspicio est.„

„Nam si eos ab erroris nota im„munes agnoscant, fateantur etiam„necesse est, nulli circa quinque pro„positionum materiam hæresi obnoxiæ„eorum defensores.„

„Sin ambiguos censeant, nec sati„clare nostram illis sententiam exprimi„exponant dubitationis causas, & per„spicuam ad omnia responsionem ac„cipient „

„Postremo, si aliquid in iis erroris„& hæreseos arguant, ubi distincte no„taverint, in quo potissimum capite„hæresim collocent, omnibus eorum„scrupulis, ac difficultatibus, quan„tum fieri poterit, satisfaciemus: Ha„autem capitali, quia fidem attingit„cor

„controverſia excuſſa ceteræ, ſi quæ „ſuperſunt, ſuſpiciones facile diluentur.„ Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. IX.

Aliæ Seſſiones habitæ.

Die prima Februarii de ſenſu Janſenii circa tertiam propoſitionem agebatur, cum autem a Janſenii Defenſoribus nihil æqui poterat obtineri, deliberatum eſt, qua demum ratione ipſi ſuam erga Conſtitutiones Apoſtolicas ſubmiſſionem ſummo Pontifici teſtari vellent, ubi die quinta ejusdem Menſis P. Ferrierius eis propoſuit, id aliter fieri non poſſe, niſi declararent, ſe quinque propoſitiones *in Janſenii ſenſu* damnare: id vero facere renuentes, Epiſcopo novam declarationem mentis ſuæ obtulerunt, quæ tamen rejecta eſt: cum ergo quinque hæ Seſſiones ſuo caruiſſent ſucceſſu, Epiſcopus Portu-Regienſibus perſuaſit, ut veluti compromitterent in tres Epiſcopos, quorum unus ipſemet eſſet, alter Perefixius poſtea Pariſienſis, & tertius Cæſar Eſtræus Laudunenſis. Hi ergo audita utraque parte conceperunt formulam quinque propoſitionibus damnatis oppoſitam, cui Janſeniſtæ ſubſcriberent, ſequentemque declarationem ſubjungerent: „Quantum ad quinque propoſitiones

Sæc. XVII. A. C. 1663.

„doctrinæ fidei Catholicæ & orthodoxæ
„contrarias, & duabus Pontificum
„Bullis damnatas, illas condemnamus
„rejicimus, & unacum erroribus
„sensibus ibidem damnatis detestamur
„& iisdem censuris perstringimus, qui
„bus perstringendas esse, Pontifices
„censuerunt, cuncta autem, quæ ha
„in re Innocentius X. & Alexander VII
„deciderunt, & definierunt, cum omn
„possibili submissione, sincero & rect
„corde recipimus: & quoniam Ale
„xander VII. Papa expresse dixit,
„declaravit, has quinque propositio
„nes in Jansenii libro contineri, &
„eodem hujus Authoris sensu esse dam
„natas; nos quoque *in hoc etiam, qu*
Sanctitas sua decidit, nos submittentes pr
mittimus, quod nihil iisdem Constitution
bus contrarium dicere aut facere velimu
sed unionem Spiritus in vinculo pacis ta
quoad dogma quam quoad disciplinam co
servare intenti, erga has Constitution
omnem venerationem, submissionem &
verentiam Sacræ Sedis Apostolicæ Majest
& supremæ ejus auctoritati in omnes fid
les debitam semper profitebimur.

Cum autem P. Annatus moneret quod his verbis: *nos submittentes pr*
mittimus quod nihil dicere aut facere ve
mus, Jansenistæ abuti possent, ac dum taxat promittere, quod contra fa
dec

decisionem nihil dicere &c. proin duntaxat obsequiosum silentium servare velint, hinc Episcopi consultum censuerunt, ut omissis ceteris verbis duntaxat ponerentur hæc: *nos sincere omnibus, quæ hac in re Sanctitas sua decidit, nos submittimus.* Veruntamen Portu-Regienses hanc mutationem rejecerunt, ne fateri viderentur, quod sensus Jansenii sit damnatus, & quidem jure: proin hic quoque Episcoporum conatus evanuit. Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. X.

Jansenistarum epistola ad Papam.

Nondum animum despondit Convenensis Episcopus, sed pacis reddendæ desiderio incensus, Portu-Regiensibus suasit, ut literas ad Papam submissione plenas darent, atque in illis, se sincere quinque propositiones damnare profiterentur, sponderentque, si sua Sanctitas plus exigeret, se ad obediendum esse paratos. Annuere hi, rogantes Episcopum, ut suo, ac ceterorum nomine unacum quinque articulis nuper oblatis ad Papam literas transmitteret, eundemque de orthodoxa eorum fide, & erga Sedem Apostolicam observantia certiorem faceret: Hanc in rem die septima Junii Episcopo *Du Pin l. c. p. 335. Argentre l. c. p. 309.*

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Convennenſi ſequens hoc dati mat
dati teſtimonium tradiderunt.

„Nos infra ſcripti Illuſtriſſimum
„Reverendiſſimum D. D. Convenarı
„Epiſcopum tum noſtro, tum eorun
„qui nobiſcum in eadem cauſſa ve
„ſantur nomine, cum ſumma revere
„tia obſecramus, ut pro ea benignitat
„qua ex mandato Chriſtianiſſimi R
„gis componendis diſſidiis inter The
„logos occaſione libri *Janſenii*, Ypren
„olim Epiſcopi obortis, & procuranc
„paci aliquot abhinc menſibus inc
„buit, tam pio operi ultimam, ſi fie
„poteſt, manum adhibere dignetu
„quod non difficulter ab illo perfectu
„iri ſperamus, ſi quemadmodum n
„ſtram coram ipſo fidem ſincera d
„ctrinæ noſtræ circa quinque propo
„tionum materiam expoſitione prob
„vimus, & ab omni erroris ſuſpicio
„purgavimus; ita eum noſtræ en
„ſummum Pontificem, ejusque Co
„ſtitutiones de prædictarum propo
„tionum damnatione editas obſerva
„tiæ teſtem & Internuntium habe
„poſſimus. Quamobrem eundem
„luſtriſſimum Antiſtitem enixe & h
„militer deprecamur, ut noſtro o
„nium nomine ſcriptis ad S. P. Alexa
„drum VII. literis articulos noſtr
„circa quinque propoſitionum mat
„ria

„riam transmittat: teſteturque nos „eosdem articulos ſincere illius judicio „ſubjicere: nunquam nos in moleſtiis „& importunis illis controverſiis, qui„bus tot per annos Eccleſiæ pacem tur„batam dolemus, quasque æterno „plene ſilentio abolendas peroptamus, „aut Authoritati Sedis Apoſtolicæ, „quam devotiſſimo obſequio ſemper „profecuti ſumus, & ad extremum „usque ſpiritum, Deo adjuvante, pro„ſequemur, detractum voluiſſe, aut „executioni editarum ab eadem Sede „Conſtitutionum ullo modo obſiſtere „intendiſſe, imo paratos nos eſſe iis„dem illis conſtitutionibus eam reve„rentiam & obſervantiam, quam Se„dis Apoſtolicæ Majeſtas, & ſumma „ejus Authoritas exigit, impendere. Ac „ſi quid *præterea a nobis exigendum ſum„mo Pontifici viſum fuerit* ad teſtifican„dum, quam ſincere ſancitæ per Apo„ſtolicas conſtitutiones fidei adhærea„mus, & easdem conſtitutiones in„tactas & illibatas ſervare velimus, „illud nos fideliter præſtituros polli„cemur. Quæ quidem ut noſtro no„mine, & eorum, qui nobiſcum in eadem „cauſſa verſantur Illuſtriſſimus Conve„narum Epiſcopus S. D. N. Alexan„dro VII. ſignificare poſſit, præſens in„ſtrumentum propria noſtra manu

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sæc. XVII. A. C. 1663. „ſubſignatum apud ipſum depoſui „mus. „

Quam parum autem promiſſi huju amplitudini operis conſtantia, menti que ſinceritas conſtiterit, in Hiſtori „progreſſu patebit.

§. XI.

Alexandri VII. Pontificis epiſtola a Franciæ Epiſcopos.

Literas igitur ſuas unacum præſati Janſeniſtarum articulis Convene ſis Epiſcopus die decima nona Jun Romam transmiſit, quibus perlect Alexander Papa ad diem vigeſiman primam Menſis ſequentis Cardinalium Congregationem indixit, ut deſupe deliberari poſſet: Cenſuere omnes ad quinque eorum articulos utpote ambigue conceptos nihil eſſe reſponden dum, cum Janſeniſtæ nil aliud quæ rere viderentur, quam ut decipiant & reſponſum eblandiantur, quo prio res Conſtitutiones eludere poſſent, ut jam antea Hodencurtius Redonenſis Epiſcopus in ſua ad Roſpilioſum Car dinalem data epiſtola monuiſſet hæc perſcribens, *Janſeniſtæ novam deciſionem fors expectant, ut primæ effectum eviten & fulmen, quod ipſis Regis juſtitia inten tat, avertant, lex promulgata eſt, cauſſ finita*

finita, ſed non finitæ artes, dolique: Præterea in eadem Congregatione ſanctum, quod Cardinalis Roſpilioſus ad Convenenſem & Laudunenſem Epiſcopos, quorum agendi ratio Romanis minus probabatur, epiſtolam nonniſi verbis humanioribus plenam perſcriberet, quin ipſorum Zelum laboremque commendaret, ipſemet vero Pontifex datis literis Epiſcoporum fervorem extolleret. Igitur Alexander VII. Papa ad eosdem has literas die vigeſima nona Julii transmiſit. Sæc. XVII. A.C. 1663.

„Venerabiles Fratres Salutem & „Apoſtolicam Benedictionem, ut nulli „Veſtrum incompertum eſt, quanta „ſollicitudine Innocentius X. felicis re„cordationis prædeceſſor noſter Janſe„nianam hæreſim radicitus evellere „conatus fuerit: quanta nos ipſi cura, „& inſtantia idem propoſitum indeſi„nenter proſequi non deſtiterimus: ita „nobis probe compertum eſt, atque „perſpectum, quam indefeſſo ſtudio „plerique veſtrum Conſtitutiones Apo„ſtolicas in Janſenii cauſſa editas exe„cutioni mandari procuraverint. Illud „autem non mediocri gaudio animum „noſtrum perfudit; quod ex literis ex „Gallia recens allatis, accepimus *illo„rum indies creſcere numerum, qui recte „ſapiunt*, præfatis conſtitutionibus ſeſe

Sæc. XVII. A. C. 1663

„ultro ſubjicientes; illorum vero de
„creſcere, qui a veritate auditum a
„vertunt, & variis inanium interpre
„tationum argumentis decepti, decre
„tis Apoſtolicis refragantur. Is fui
„egregius ſane laborum veſtrorum fru
„ctus; majoris ſcilicet & potioris par
„tis, ut multi, iique cæterorum no
„mine primarii exemplo veſtro, Con
„ſilio & opera ad ſaniorem doctrinam
„inducti, ea, qua par eſt, ut credi
„mus, animi demiſſione ſeſe paratiſſi
„mos exhibuerint ad illa omnia præ
„ſtanda, quæ ipſis a Sede Apoſtolica
„præſcribentur. Unde jam merito ſpe
„rare poſſumus, juvante Domino,
„brevi fore, ut feliciter cæptum opus
„felicius perficiatis, præſertim ſi ut per
„dictas Conſtitutiones mandatur, in
„dictam executionem ſerio incumben
„tes tandem obtineatis, ut omnes eo
„dem fidei & charitate concordes in
„via Domini ambulent; implorato e
„tiam, ſi opus fuerit, Regis Chriſtia
„niſſimi ſubſidio, cujus in hac præ
„ſertim cauſſa maximus Zelus mirum
„in modum enituit; quod re vera ut
„ſumma laude dignum reputamus, ita
„eidem maximæ gloriæ, & ſingulari
„apud Deum merito verſum iri judica
„mus. Pergite igitur, VENERABI
„LES FRATRES operi ultimam ala
„criter

„criter manum admovere, & procu- Sæc. XVII.
„rare impenſe, ut omnes præfatis con- A. C. 1663.
„ſtitutionibus Apoſtolicis ſe, ut par
„eſt, ſubjiciant; & quinque propoſi-
„tiones ex *Janſenii* libro, cui nomen,
„*Auguſtinus* excerptas, & in ſenſu ab
„eodem Authore intento, prout illas
„per dictas conſtitutiones Sedes Apo-
„ſtolica damnavit, ſincero animo reji-
„ciant, & damnent. Ad quod illa
„omnia remedia, quæ vobis pro exe-
„cutione earumdem Conſtitutionum
„efficaciora, magisque opportuna vi-
„debuntur, adhibere poteritis, Cæ-
„terum eximiam Chariſſimi Filii Noſtri
„REGIS CHRISTIANISSIMI pieta-
„tem a nobis ſæpius probatam & lau-
„datam animo recolentes, plurimum
„de illa nobis pollicemur; nec dubi-
„tamus potiſſimum, ubi opus erit,
„quin is ad frangendam nonnullorum,
„ſi qui remanſerint, contumaciam, vo-
„bis auxiliares manus porrigere, &
„brachium Regium præſtare dignetur.
„Illi denique ac Fraternitatibus veſtris
„benedictionem Apoſtolicam paterno
„animo impartimur. „

§. XII.

Janſeniſtarum declaratio circa deciſionem juris & facti.

Vix

Sæc. XVII. A. C. 1663.

VIX Ludovicus XIV. Galliarum Rex quæ Papa reſcripſit, intellexerat, cum illico Epiſcopum Convenenſem hortaretur, ut huic negotio ultimam manum adhiberet, & Janſeniſtas eo inclinaret, ut, quæ nuper ſummo Pontifici polliciti ſunt, adimplerent, ejuſque mandata exequerentur. Hic ergo nulli pepercit labori, ut Janſeniſtas ad ſaniora reduceret, qui tandem mentis ſuæ declarationem iterum Epiſcopo tradiderunt, quam etiam hic Regi die vigeſima tertia Septembris porrexit. Erat autem hæc tenoris ſequentis. I. „Damnamus ſincere quinque propo„ſitiones ab Innocentio X. & Alexan„dro VII. damnatas. II. Eas nunquam „ſub quocunque prætextu aut inter„pretatione propugnabimus. III. Non „alia nobis eſt ſententia circa has pro„poſitiones, quam quæ continetur in „noſtris quinque articulis ad Papam „transmiſſis, cui ſatisfactum fuiſſe ex „quibusdam nuperæ epiſtolæ Pontifi„ciæ verbis colligimus. IV. Circa de„ciſionem facti ſeu, quod hæ quinque „propoſitiones ex libro Janſenii ſint ex„tractæ, & in hujus Authoris ſenſu „damnatæ, declaramus, quod erga „haſce definitiones omnem veneratio„nem, reverentiam & ſubmiſſionem, „quam Eccleſia in ejusmodi caſibus, „hujus-

Abb. du Maſ. hiſt. des cinq. prop. l. 4.

„hujusque naturæ materiis exigit, Sæc. XVII.
„profitemur & profitebimur, agnoſcen- A. C. 1663.
„tes, quod privatos Theologos non
„deceat, contra ſacræ Sedis deciſiones
„inſurgere, eas oppugnare aut illis re-
„ſiſtere. V. Firmiter etiam ſtatuimus,
„nos nihil unquam acturos, quo hæ
„controverſiæ reſuſcitarentur, dolui-
„mus enim vehementer, quod per tot
„annos Eccleſiæ pax fuerit propterea
„perturbata. Speramus ergo, ſuam
„Majeſtatem de noſtra ſubmiſſione,
„contentam fore, atque agnoſcere,
„quod facta hac obedientiæ noſtræ erga
„Pontificias Conſtitutiones declaratio-
„ne, haud amplius a nobis exigi poſſit.„

Hanc Portu - Regienſium declarationem Rex examinandam tradidit ſanctiori ſuo conſilio, quod tamen cenſuit, illam nec eorum promiſſis nuper Papæ factis, nec literis Apoſtolicis eſſe conformem. Eapropter Rex Præſules tum Pariſiis agentes protinus convocari juſſit, ut Pontificis literas reciperent, & Janſeniſtarum declarationem rurſus examinarent: Igitur quindecim Præſules Præſide Antonio Barbarino Cardinale ac Rhemenſi Archiepiſcopo, re mature deliberata die ſecunda Octobris cenſuerunt, literas encyclicas regia auctoritate firmatas pro exequendis Papæ literis ad omnes Regni Præſules eſſe

Sæc. XVII. A. C. 1663.

esse emittendas, omnesque adigendos ut formulæ sine ulla exceptione aut limitatione subscriberent, rejiciendam autem esse Jansenistarum declarationem, utpote captiosam, effugiis plenam, & eo collimantem, ut Jansenii hæresin sub obedientiæ velo tegerent, postremas Papæ literas ceterasque ejusdem Constitutiones everterent, ac sedulo declinarent, ne quinque propositiones ex libro Jansenii decerptas in sensu hujus Authoris damnare cogerentur. Hæc itaque hi Præsules in suis literis encyclicis ad omnes Regni Episcopos die secunda Octobris explanarunt, eademque die hanc epistolam ad summum Pontificem dederunt.

Beatissime Pater!

„Ubi primum Sanctitatis Vestræ
„Breve datum die vigesima nona Julii
„Anno Domini millesimo sexcentesimo
„tertio in Gallias perlatum est, de his
„quæ in eo continentur, certior factus
„Rex Noster Christianissimus, pro ea
„qua est pietate & in hæresim Janse-
„nianam odio, statim moneri voluit
„illius fautores, ut, qui literis ad San-
„ctitatem Vestram eorum nomine mis-
„sis omne obsequium fuerant polliciti,
„fidem sincere tandem liberarent: hi
„paucis post diebus scripto ad Regem
„Chri-

„Christianissimum misso declararunt, se Sæc. XVII.
„Constitutionibus Apostolicis obtempe- A. C. 1663.
„rare ex animo, neque posse majoris
„observantiæ dare argumentum, sub-
„inde Rex Christianissimus jussit con-
„venire Cardinales, Archiepiscopos,
„& Episcopos, qui tum aderant in
„Aula Regia, coram queis Sanctitatis
„vestræ Breve, ac Jansenistarum illud
„scriptum legeretur, ut eo diligenter
„perpenso, & excusso constaret, an id
„probandæ eorum fidei sufficeret. Iis
„itaque secunda hujus mensis die Lu-
„tetiæ congregatis primum Sanctitatis
„vestræ Breve perlectum, ac summo
„honore susceptum est; quo quidem
„nobis innotuit, quanti apud eam si-
„mus, constititque tantum Sanctitati
„Vestræ debere nos, quantum persol-
„vere difficile sit, tum ob eximiam
„Sanctitatis Vestræ de nobis & nostra
„in hacce caussa agendi ratione existi-
„mationem, tum ob paternam erga
„Ecclesiam Gallicanam charitatem,
„qua Jansenianam hæresim, qua hic
„plurimorum animos veneno suo vel-
„uti dira quædam pestis afflavit, om-
„nino extinquere molitur. Deinde
„vero productum est Jansenistarum il-
„lud scriptum in quinque divisum ar-
„ticulos, cujus tenorem integrum ad
„Sanctitatem vestram mittimus. Quar-
„tum

Sæc. XVII. A. C. 1663. „tum hic duntaxat Articulum refe
„mus, utpote quo præcipuam offe
„ſionis cauſſam contineri nos arbitr
„mur, illi cumulate ſuo tum officio
„tum erga Sanctitatem Veſtram obl
„quio ſe ſatisfacere aſſerunt. An re
„ita ſe habeat, judicet Sanctitas Ve
„ſtra ex his eorum verbis e gallic
„idiomate in latinum ſermonem co
„verſis.„

*Quod ſpectat ad deciſiones facti, qu
continentur in Conſtitutione Alexandri VI
quibus definitum eſt, quinque propoſitio
ex Janſenii libro excerptas eſſe, &
ſenſu ab eodem Authore intento damnat
declaramus, nos eas Definitiones omni cul
obſequio, & obſervantia, quam exigi
fidelibus Eccleſia in ſimilibus cauſſis, &
ejusmodi naturæ rebus, proſequi, & ſe
per eſſe proſecuturos; arbitrati ad privat
Theologos nullatenus pertinere in ſanc
Sedis deciſiones inſurgere, eas oppugna
vel eis reſiſtere.*

„Mirifica noſtrum omnium, quo
„quot aderamus in his verbis repre
„hendendis exſtitit conſenſio. Vi
„ſunt enim ſubdola, ſimulatum du
„taxat obſequium præ ſe ferentia me
„te verſipelli & calida concinnat
„eaque periculoſiora, quod formul
„ideo in conventibus noſtris inſtitut
„ut V. S. Conſtitutioni debita rev
„ren

„rentia magis ac magis ſanciretur, uni- Sæc. XVII.
„formitatem diſſolvant, & evertant. A. C. 1663.
„Iſtud itaque ſcriptum rejiciendum
„cenſuimus tanquam fictum, & nulla-
„tenus catholicum, neceſſumque eſſe
„duximus, ut mentem apertius expo-
„nant, exprimantque luculentius im-
„plicatas animi cogitationes; cum ex
„eorum ſcriptis & ſermonibus liquido
„conſtet, eos in id juxta incumbere,
„ut obſequium ſilentio duntaxat, non
„vero mutata ſententia & doctrina ſi-
„gnificent. His ita Sanctitati Veſtræ
„expoſitis, prout poſtulat noſtra com-
„munis erga eam officii ratio, ſupereſt,
„ut ei confirmemus, nihil quidquam
„in omni vita nobis antiquius, neque
„tam fixum unquam fore, quam ut
„ſedulo curemus, ut conſtitutiones
„Apoſtolicas & Beatitudinis Veſtræ Bre-
„ve recens ad nos datum, omnes ſe-
„rio exequantur; præſertim cum in eo
„toti ſint Janſeniſtæ, ne quinque pro-
„poſitiones *e Cornelii Janſenii* libris ex-
„cerptas, & in ſenſu ab eodem Au-
„thore intento damnatas ſincero animo
„rejiciant & damnent, parati alias ad
„omne obſequium erga ſanctam Sedem
„Apoſtolicam, dummodo illius Autho-
„ris Doctrinam ut Orthodoxam non
„anathematiſent. Porro eorum per-
„tinaciam nos facilius fracturos confidi-
„mus,

Sæc. XVII. A.C 1663.

„mus, quod & Sanctitas Vestra A
„thoritate sua deliberationis nostræ
„quæ tota quanta est, in Apostolic
„fundatur constitutione, executio
„semper præsto sit futura, & Rege
„etiam Christianissimum habemus ej
„rei non modo adjutorem, sed & A
„thorem, & accerrimum defensorem
„cujus sane pietas Sanctitati Vestr
„manifesta, & in nuperrimo ejus Bre
„honorifice testata, ea est, ut in R
„ligionis, & sanctæ Sedis tuendæ s
„dio nunquam pares illi principes h
„bitura sit Ecclesia. Quæ cum ita si
„Beatissime Pater, nihil nobis reliqu
„est, quam ut Benedictionem Apost
„licam supplices flagitemus, & ann
„Beatitudini Vestræ longævos eni
„precemur; ut Petri navis Jansenian
„hæreseos procellis jactata veheme
„tius in portu tandem ejus ductu
„liciter conquiescat. Ita ex animo v
„vent &c. „

Quamprimum Gilbertus Choiseli
Convennensis Episcopus compere
suam declarationem, quam Jansenist
rum nomine Regi porrexerat, *pro capti
artibus plena, & sub verbalis obsequii s
cie hæresin Jansenianam tegente*, ab Ep
scopis fuisse habitam, mox ad Rege
die vigesima prima Januarii anno
quenti dedit literas, in quibus dec
rab

rabat, quod Janſeniſtarum declaratio non ſit *hæretica*, eoquod hi ſummo Pontifici polliciti eſſent, quod a ſuis articulis demere, addere, vel mutare vellent, quicquid ſuæ Sanctitati illis præſcribere libuerit, quod formulæ ſubſcriptionem ideo non promiſiſſent, quia P. Ferrierus dixiſſet, quod huic formulæ non inſiſteretur, & quod ipſemet efficere velit, ut ab hac ſubſcriptione amore pacis deſiſteretur, aliunde vero ne ipſe quidem Pontifex hanc formulam nec ſua Conſtitutione nec ſuis literis ratam habuiſſet: quod autem pro quæſtione facti duntaxat reverentiæ ſubmiſſionem polliciti ſint, ſi in hoc peccarint Janſeniſtæ, ſeipſum quoque omnium criminum, quæ illis imputantur, reum eſſe profitebatur hic Epiſcopus, eoquod certum ſit, dogmata, non facta, eſſe divinitus revelata, & ſi Eccleſia eſt infallibilis circa dogmata, circa facta autem decipi poſſet, hinc quæſtio facti a quæſtione juris omnino ſeparanda ſit, alias Eccleſia eſſet ſimul fallibilis & infallibilis, & quamvis, quicquid a Papa eſt definitum & ab univerſa Eccleſia receptum, ſit ejusdem infallibilitatis, ac ſi eſſet ab Oecumenica Synodo definitum, non tamen omne, quod ita definitum eſt, ſit articulus fidei, quia definitionibus

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sæc. XVII. A. C. 1663. factorum, non item definitionibus do matum contradici poſſit, licet ad co ſervandam Eccleſiæ pacem quilibet tiam illis obſequioſam ſubmiſſione teſtari teneatur, prout fecerunt Jan niſtæ in ſua declaratione.

Hæc Epiſcopus ad amoliendam i vidiam Regi expoſuerat, incaſſum t men; quippe Rex ſuo edicto inſup etiam anno ſequenti formulæ ſubſc ptionem ſine ulla limitatione omni urgebat.

Poſtquam igitur Epiſcoporum P riſienſium literæ, Regisque manda ad omnes Regni Præſules fuerunt tran miſſa, Janſeniſtis nil reliquum era niſi ut editis quamplurimis libellis Po tificem, & præcipue quindecim illu Epiſcopos nuper congregatos injur laceſſerent, eisdem exprobrantes, qu *ſine auctoritate, ſine examine, ſine delib ratione, & cauſſæ cognitione pro exeque dis Conſtitutionibus, quæ hæreſin ſtab liunt, media ſelegerint*, & S. Auguſtin diſcipulos *nec auditos nec vocatos dam narint.* Ita reverenter de Pontifici Conſtitutionibus loquebantur Port Regienſes, qui tamen paulo ante in ſu declaratione profeſſi ſunt, quod *nulla tenus easdem Conſtitutiones violare aut i fringere intendant:* ſimulque *agnoſcunt non pertinere ad Theologos particulare*

ut se elevent contra decisiones S. Ecclesiæ aut eas impugnent vel eis resistant. Nec verebantur, illos Episcopos, quos antea *intrepidos Divinæ, quæ in Episcopis residet, auctoritatis defensores deprædicaverant*, nunc velut *partium studio, & ceterorum timore* excæcatos, atque abreptos traducere: ediderunt quoque die prima Octobris libellum, quo illos Theologos vindicabant, qui ad quinque propositiones in sensu Jansenii sine explicatione damnandas sese minime adstringi censuerunt. Perperam autem Alexandro VII. Pontifici affingebant, perinde acsi per hæc verba: *ad saniorem doctrinam inducti*, eorum professionem fidei approbasset, cum tamen omnino constet, quod summus Pontifex illorum quinque articulos, in quibus eorum professio fidei continebatur, tanquam captiosos & ambiguos nequidem responso dignatus sit, præfata autem Pontificis verba respiciant relationem Franciæ Episcoporum, qui in suis literis Pontifici nuntiaverant, *illorum indies crescere numerum, qui RECTE SAPIUNT, præfatis Constitutionibus se ultro subjicientes*: quomodo autem se ad *saniorem doctrinam reversos* credere poterant, cum se nunquam a sana doctrina recessisse jactitarent.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

§. XIII.

Comitia Ratisbonæ habita.

Jam ante biennium Leopoldus I. Imperator Ratisbonæ comitia indixi in quibus hoc anno die decima ter Januarii deliberari voluit, qua ratio Turcis resisti, & pax domestica co servari, necnon & difficultates ad pr xima comitia rejectæ tolli possent: I sceptatum diu multumque de hac propositionum ordine, tandem die t gesima prima ejusdem Mensis Guid dus Comes de Thun Archiepiscop Salisburgensis & Cæsareus Legat præprimis de conquirendis pecun rum vel militum subsidiis agi volui ubi post crebras altercationes tande plurium suffragio concluſum, Cæs in bellum Turcicum quinque, ut v cant, Mensium exactiones esse impe tiendas. Verum tam pertinax ceter rum, & præcipue illorum, qui Rh nano fœderi nomen dederant, erat c positio, ut Cæsar hoc anno nullam Imperio opem sperare posset, & copi quas Electores ac Principes submi rant, primum Turcis jamjam in hibe na recedentibus, in Hungariam a ventarent. Ita cunctatio, & priva commodi Studium, solito suo viti

be

bene consulta evertit, non sine maximo rei Christianæ damno. Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. XIV.

Turcarum invasio in Hungariam.

Interim insuperhabita pacis negotiatione Mechmet Vizirius Tartaris junctus sedata Ægyptii Bassæ rebellione cum centum suorum millibus Hungariam invasit, ac profligatis prope Baracanum Adami Comitis Forgatsii copiis die decima octava Augusti Neosolium undique cinxit, & tumultuantibus præsidiariis die vigesima sexta Septembris post sex hebdomadarum obsidionem munitissimam hanc urbem deditione cepit: hujus jacturæ culpa ab æmulis rejecta est in Forgatsium, qui custodiæ datus vindicata innocentia paulopost liber dimissus est: Vezirius vero capta hac urbe promotisque castris Nitriam ignave defensam, & Leventium necnon Novigradum decimo nono obsidionis die quinto Novembris præter alias circumvicinas urbes expugnavit; indeque latius sese extendens, prope Freystadium trajecto flumine Cæsareos, quorum Ductor erat Comes Montecuculus, aggressus est, ingentem tamen cladem pertulit: cum autem idem Comes veritus, ne suis

Priorat. Hist. di Leop. p. 2. lib 3. Orthel. Chron. Hung. Tuld. Hist. Hung. l. 1.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

reditus intercluderetur, Posonium usque ad reliquum exercitum secederet. Turcæ Tyrnaviam, Moderam, & Pe singam versus flamma ferroque cunct devastarunt, repressi tamen fusique fu semel atque iterum in Croatiæ & Sty riæ finibus: nihilominus Vezirius Po sonium ad ultroneam deditionem pr missis & minis sollicitavit, spe auter sua frustratus, crebras in Moraviam Silesiam irruptiones fecit, non sin maximo incolarum damno: quipp Turcæ Tartaris juncti prædandi avid tate, omnisque crudelitatis impunita stimulati Olmutzium pene usque incr dibili Tyrannide per devia & avia pe vagantes, in ipsis etiam montium c vernis in fugitivos Christianos invesi gant, senes ferro jugulant, Mulier ac Virgines stupris vitiant, infantes a uberibus avulsos ad parietes allidunt pedibus conculcant, ac in frusta gl diis dissecant, alios semivivos sacc involvunt, illosque in equos injiciunt, adultos vero catennis onustos non mi nus quam duodecim millia, pecorum more in dirissimam servitutem secum abstrahunt, demum tota circum re gione rapinis, cædibus, & incendiis devastata spoliis onusti ad sua castra re versi sunt. Paulopost pinquioris præ dæ spe illecti rursus Posonio in Mora viam

viam irruperunt, ac plusquam viginti utriusque ſexus millia aut morti aut perpetuæ ſervituti deſtinarunt: tertiam autem invaſionem tentantes a ruſticis armatis male mulctati receſſerunt: cladem tamen ſuorum ulturi Sileſiam invaſere, prædasque opimas & aliquot Chriſtianorum millia ſecum raptarunt. Tum vero ipſo bello major ubique erat Turcicæ immanitatis timor: Fugiunt ex Hungaria Viennam Palfii, Regni Palatinus, Cancellarius, Strigonienſis Archiepiſcopus, Nitrienſis Præſul, & magno numero Proceres & Matronæ; nec ipſa urbis amplitudo fugientium numerum capiebat, unde Imperator non modo Jaurinum, ſed & Viennam egregie communiri, ejus ſuburbia, ne hoſti prodeſſe queant, dirui, ac rebus omnibus etiam cibariis quaſi ad proximam obſidionem inſtrui juſſit. Conſcribuntur in omnibus hæreditariis Provinciis milites, ablegantur Oratores ad omnes Chriſtianos Principes, ut prompta validaque ſollicitarent auxilia, quæ tamen ſub variis obtentibus ab Anglis, Hollandis & Danis negata fuere: Pollicebantur Galli pecunias & militum ſuppetias, & Genuenſes, Luccenſes, necnon Etruriæ & Mantuæ Duces ingentem auri vim conferebant: Alexander quoque VII. Papa ſeptin-

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

genta ſcutorum millia Cæſari itera
vicibus ſubmiſerat, eique indulſit,
ex immobilibus Eccleſiaſticorum bo
exactiones petere poſſet, Cardin
Harrachio Pragenſi Archiepiſcopo,
raſſa Apoſtolicæ Sedis Nuntio & Vi
nenſi Epiſcopo conſtitutis, qui collec
pecunias in neceſſarios uſus partire
tur. Præterea Pontifex octo peditu
& duo equitum millia in Styriam tra
mittere, pollicitus eſt. Expectaba
etiam anxie adventus copiarum, qu
Imperii Principes, Ductore Leopol
Guilielmo Badenſi Marchione, ſupp
tias mittere decreverant: Hiſpani ve
& Luſitani, mutui belli expenſis,
xilii impotentiam excuſabant.

§. XV.

Catholici ex Anglia, Scotia & H bernia excedere juſſi.

Thoiras hiſt. d' Angl. l. 23. Salmon Hiſt. Chron. t. 1. pag. 322.

Præter crebras conſpirationes ſecta
rum diverſitas, ac frequentia gr
ves in Anglia tumultus & querelas co
tra Carolum II. Regem concitaba
Presbyteriani enim Prædicantes æg
ferebant, quod Rex in ſua declaratio
Bredæ facta promiſiſſet, quod nullu
ob religionem ſuam moleſtaretur: illu
igitur Catholicis nimium favere, inte
pretabantur, & ſi Presbyterianis indu
gentu

gentior esset, id factum credebant, ut eosdem quoque favores Catholicis impertiri posset: Augebatur eorum suspicio, postquam Rex Clarendonium Comitem Regni Cancellarium Catholicorum æque ac Presbyterianorum hostem haud ultra sua dignabatur gratia, atque exauctorato Nicholaso intimo ejus amico Bennetum postea Arlingtoniæ Comitem Catholicorum Protectorem, qui unacum Bristollio Comite Regem ad fidem Catholicam Fontarabiæ reduxisse credebatur, subrogavit: Pariter a ritu Anglicano alienis offensioni erat, quod Rex Catholicam Lusitani Regis Filiam duxisset, ac die decima octava Februarii coram Parlamento perorans, hæc dixisset: „Mea „declaratione Bredana quorumdam „spei, & aliorum timori limites ponere „decrevi; primævo enim naturæ hor„rore in quempiam ob Religionis dispa„ritatem sævire, ac sanguinem fundere „exhorresco, nec tamen me Papismo „favere credatis: id vero fateri cogor, „quod ex hac religione quamplurimi, „cum Patri meo, mihique integra fi„delitate deservierint, eadem aliorum „a nostra religione alienorum indul„gentia frui, promereantur: Nolo au„tem, ut eis tolerantia indulgeatur, aut „ad Regni regimen habiles declarentur, „imo

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sæc. XVII. A. C. 1663. „imo ut eorum doctrinæ progressus pe
„Regni leges sistatur, desidero: Pe
„suasum vobis est studium meum erg
„Protestantium religionem, sicut d
„erga uniformitatis legem, quam vel
„Regulam nostræ Religionis veneror
„eamque in sua puritate, & integr
„tate absque ulla alterius doctrin
„mixtura observari cupio: Si tame
„Non-Conformistæ quiete vivere deb
„derant, vellem, ut etiam in certi
„occasionibus erga hos indulgens es
„valerem, nec vel ipsimet ultro e
„gno excedere molirentur, nec si i
„eo persistere velint, ullum pacem tu
„bandi obtentum haberent.„ Displi
cuit hic Regis sermo Curiæ inferior
Senatoribus, qui Regem arguebant
quod Catholicos æque ac Non-Con
formistas in Regno tolerari, clam in
tendisset; quocirca eundem accedentes, die undecima Aprilis ei proponebant, quod etsi neminem ob religionem molestari promisisset, huic tamen pollicitationi religiosius insistere non obstringeretur, cum hæc duntaxat sim
„plex esset benevoli sui animi declaratio
„a Parlamenti beneplacito, ejusque
„consilio dependens: de cetero autem
„ejus clementia erga Catholicos ingen
„tem Sacerdotum & Jesuitarum nume
„rum ad Regnum acciverit, ac pro
„pterea

„pterea eum rogarent, quatenus pro- Sæc. XVII.
„mulgato edicto præciperet, ut exce- A. C. 1663.
„ptis iis, qui Reginæ & Oratoribus ab
„obsequio sunt, omnes Catholicos e
„Regnis suis præstituto die excedere
„juberet: Ad hæc reposuit Rex, mea
„clementia ortum traxit ex miti indole
„mea, & gratitudinis lege, quam ego,
„qui tam diuturno tempore in exteris
„regionibus cum Catholicis versabar,
„profiteor propter obsequia, quæ Rex
„Pater meus & ego in maximis nostris
„afflictionibus ab iis recepimus Edi-
„ctum vero, quod petitis, promulgabo,
„illiusque executionem severe urgebo.
„Porro universo Orbi notum est, quanto
„Zelo Religionis stabilitæ augmentum
promovere, & Papismi incrementa,
„tanquam unicum conservandæ pacis
„medium, præpedire intentus sim.„
Igitur Carolus Rex Avi, Patrisque sui fato territus, etsi animo suo Catholicus esset, edictum Londini promulgavit, ut omnes Catholici intra triduum ex Anglia, & intra octiduum ex Scotia & Hibernia excederent: nihilominus tamen adversus Regem, Regiasque partes, necnon contra Ormundum Hiberniæ Pro-Regem Mense Julio conspirabant Independentes, & Anabaptistæ, qui Reipublicæ regimen revocare, variasque urbes in Septentriona-

Sæc. XVII. A. C. 1663

trionali occupare moliebantur, verum detecta conſpiratione Thomas Scotus Eduardus Warrenus, & Jonas Wi coterſus ſeditionis auctores Dublini vincula conjecti Menſe Januario anni quentis extremo mulctati ſunt ſupplici qui tamen omnes ſuo fanatismo in mortui populo perſuadere nitebantur ſe Dei juſſu arma ſumpſiſſe.

§. XVI.

Morinus hæreticus Pariſiis ad rogu damnatus.

Siand. Lex. Pol. Daniel hiſt. de Franc. t. 10.

Eodem tempore, quo Ludovicus XIV. Franciæ Rex, ut Hugnot rum petulantiæ frænum injiceret, de creta adverſus eos innovabat, ac qu tuor eorum Templa ſine Regis bene placito erecta, necnon alia viginti tr in ditione Gebenenſi ſolo æquari, Au toresque novæ ſectæ Illuminatorum carceribus includi juſſerat, pariter a lius hæreticus & Fanaticus, nomine Si meon Morinus patria Albamalenſis di gnas ſuæ malitiæ pœnas dedit. Hi ſine S. Scripturæ lumine articulos fidei ſcrutari auſus, ſeſe Spiritum Sanctum eſſe jactitabat, & jam viginti abhinc annis veſaniæ ſuæ multos ſibi ſocios etiam duos Sacerdotes adſciſcens, anno hujus ſæculi quadrageſimo ſeptimo li bruar

brum, cui titulus: *Cogitationes Morini* edidit, in quo præter Quietismi hæresin, neque per enormia peccata gratiam amitti, inque omnibus sectis quosdam electos, veræque Ecclesiæ membra esse tradidit, hosque errores pertinaciter propugnavit: Simulabat Joannes de Marets, perinde acsi Morini doctrinæ acquiescens, sese illius Magisterio dedere vellet, re tamen ipsa ejus errores detexit: Igitur in judicium vocatus, tunc velut mentis impos nullo alio supplicio, quam publico ludibrio dignus dimittebatur: cum vero sua deliramenta non sine maxima pervicacia palam defenderet, iterum ad quæstionem tractus, & de erroribus convictus Parisiis igni adjudicatus est: Ceterum infelix hic homo totius Orbis reformationem per novum Christi adventum, qui in ejus glorioso corpore apparuisset, futuram mentiebatur, simulque se tertia die resurrecturum promiserat, quocirca ex vulgo innumeri triduo ad ejus cineres vigilias agebant, Morini resurrectionem, frustra tamen, præstolantes. Sæc. XVII. A.C. 1663.

Hanc Catholicorum offensionem reparabat ingens lætitia; eodem enim anno Princeps Christianus Mechelburgi & Schwerini Dux Parisiis in Gallia die vigesima nona Octobris di-

Sæc. XVII. A. C. 1663.

dimissa Conjuge sua, coram Cardinale Antonio Barberino, ejurato Lutheri commento ad fidem Catholicam reversus est.

§. XVII.

Joannes Carolus de Medices Cardinalis mortuus.

Ciacon. in vita Innocentii X.

Ineunte hoc anno die vigesima tertia Januarii Florentiæ decessit Joannes Carolus de Medices Cosmi II. Magni Etruriæ Ducis Filius, quem Innocentius X. ut se Mediceæ Familiæ benevolum exhiberet, absentem ac ceteris priorem Romana Purpura decoravit. Alexander vero VII. ejusdem Successor eundem unacum Friderico de Hessia Cardinale Legatum decrevit, qui Christinæ Suecorum Reginæ Romam properanti obviam procederet: Attigit nonnisi annum ætatis quinquagesimum secundum.

§. XVIII.

Nicolai de Comitibus Cardinalis obitus.

Ciacon. in vita Alexand. VII.

Obiit pariter hoc anno Nicolaus de Comitibus Guidiis a Balneo: Hic cum Philippo Columnensi Principe in Hispaniam profectus, magno in honore

nore a Philippo IV. Rege habebatur, inde vero Romam reversus, sub Gregorio XV. Papa Pontificii exercitus Ductor Vallem Telinam egregie defendit: Regnante autem Urbano VIII. Marchiæ Anconitanæ & Ferrarienſis militiæ Præfecturam per ſeptem annos ſummo cum applauſu ſuſtinuit. Inter hæc uxore ſua orbatus, armis valere juſſis, Clericum induit, nihilominus tamen Papæ juſſu exercitus contra fœderatos Italiæ Principes contracti curam, ac demum pacis Nuntium egit: Paulopoſt Athenarum Archiepiſcopus in Gallias Legatus decernebatur, ubi capto Cardinale Radeſiano immunitatem Eccleſiaſticam contra Aulicos ſtrenue propugnavit, ſibique Cardinalitiam dignitatem promeritus eſt: Eminuit rara pietate & prudentia, ac Senogalienſis Epiſcopus ab Alexandro VII. renuntiatus, ſuos proventus in Eccleſiæ decorem, & pauperum levamen potiſſimam partem impendit, & quamvis dignitatis ſuæ ſplendorem ob inopiam ægre ſuſtinere poſſet, nihilominus pretioſiorem ſuam ſuppellectilem, Palatium, & vineas vendidit, ut hauſtis inde pecuniis Cæſarem contra Turcas juvare valeret: tandem octogenarius die vigeſima tertia Auguſti Romæ mortalitatem exuit, in PP. Capuccinorum Templo ſepultus. Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. XIX.

Tornacenſis Synodi Diœceſanæ decreta, & Monaſterienſis Epiſcopi epiſtola Paſtoralis.

Concil. Germ. tom. 10. Rurſus hoc anno die decima Maji Franciſcus Villani a Gandavo Tornacenſis Epiſcopus ſuam celebravit Synodum, in qua potiſſimum ſtatuta priori Synodi exactius obſervari præcipiens inter alia decrevit, ut Capellani Parochos in Sacramentorum adminiſtratione aliisque functionibus adjuvent nec illis exprobrent, quod eis nullam ſubjectionem & obedientiam præſtare teneantur, ſed ab omni eorum cura exempti ſint. Pariter Chriſtophorus Bernardus de Gallen Monaſterienſis Epiſcopus die ſexta Octobris paſtorale edidit Epiſtolam, in qua ſuum Clerum hortabatur, ut edicta, quibus in aliis Synodis fidelium crimina coercebantur, in uſum deducere ſatageret, *ne divina bonitas hominum peccatis ulterius laceſſita a Turcarum tyrannide eos opprimi & in diriſſimam ſervitutem pertrahi permittatur.*

§. XX.

Diverſæ Alexandri VII. Papæ Conſtitutiones.

Pl

Plures proſtant Conſtitutiones ab Alexandro VII. ſummo Pontifice emanatæ, quarum una die decima tertia ſtatuit, ut Fratres Laici Ord. FF. Diſcalceatorum Redemptionis præter tria vota quartum emittant de non transeundo ad Statum Clericalem vel Sacros Ordines, nullumque jus ſuffragandi in quocunque negotio habeant. Sancivit etiam die trigeſima Maji, ne Fratres Ordinis Prædicatorum ante expletos annos a Tridentino præſcriptos ad S. Ordines aſcendant. Prohibuit quoque die vigeſima Novembris inſcriptiones omnes imaginum SS. Franciſci & Antonii de Padua, in quibus dicitur, quod hoc habitu uſi fuerint, vel quod in hoc vel illo Ordine S. Franciſci ſint veri legitimi & non interrupti Filii ſancti hujus Patris.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Bull. magn. Conſt. Alexand. VII.

§. XXI.

Petrus de Arbues Canonicus Cæſar-Auguſtanus ab Alexandro VII. Beatorum Albo inſcriptus.

Hoc item anno die decima ſeptima Aprilis Alexander VII. Papa Venerabilem Petrum de Arbues Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſar-Auguſtanæ Canonicum & primum apud Arragones Inquiſitorem Beati nomine nuncupandum

Bull. l. c. Conſt. 139.

Sæc. XVII. A. C. 1663

dum declaravit. Hic dum Inquisi ris munus magno Religionis Zelo Regno Arragoniæ exercebat, a Judæ in odium fidei immaniter trucidat est: cum igitur de hujus Viri sanctita virtutibus, Martyrio, cauſſa Martyr prodigio quoque efferveſcentis ac m tiplicati ejus ſanguinis, aliisque mi culis a Deo per eum perpetratis rite legitime conſtitiſſet, Alexander P ad preces Hiſpani Regis, aliorum indulſit, ut hic Dei Servus in poſter conſueto Beatorum honore decor tur, ejusque feſtum die ſui obitus cima ſeptima Septembris coleretur.

§. XXII.

Variæ SS. Congregationum de ciſiones.

Deciſ. S. Cong. Rit.

Cum Urbinatenſes Religioſi cor Epiſcopum, qui reliquias Sa viſitare voluit, quererentur, ſacra tuum Congregatio die decima Ma decidit, quod Epiſcopus reliquias S ctorum cultui antiquitus expoſitas Eccleſiis Regularium viſitare neque eoquod non conſtet fuiſſe unquam ipſo viſitatas aut approbatas juxta dentini diſpoſitionem Seſſ. 25. decl vit quoque eadem Congregatio, q Epiſcopus, niſi habeat ſpeciale pr leg

legium, compellere non poſſit Regulares, ut exhibeant Sacriſtiæ libros, in quibus adnotantur celebrationes Miſſarum ex Legato pio celebrandarum. Inſtantibus autem quibusdam Epiſcopis Dalmatiæ die quarta Auguſti eadem Congregatio reſpondit, quod Paſſio in Miſſis privatis legi debeat a celebrante in cornu Evangelii, licet in Miſſa ſolemni legatur in cornu epiſtolæ, non autem permittendæ ſint duæ proceſſiones de eodem feſto in eodem loco & die, Epiſcopus tamen de jure poſſit cogere Parochos tam ſæculares quam Regulares, ut conferentiis caſuum conſcientiæ interſint.

Sæc. XVII. A. C. 1663.

§. XXIII.

Principum ac Illuſtrium obitus.

Deceſſit hoc anno ex apoplexia Guilielmus Haſſiæ Landgravius die vigeſima quarta Julii anno ætatis ſuæ quinquageſimo quinto, qui Matri ſuæ AmaliæElisabethæ ditionum ſuarum augmentum, ac Regiminis tranquillitatem in acceptis referre cogebatur, quo otio uſus Academiam Marpurgenſem reſtaurabat. Obiit etiam hoc anno Chriſtina Victoris Amadæi conjux & Henrici IV. Filia die vigeſima quarta Decembris, quam vigeſimo poſt die ſequebatur

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Sabaudiæ Ducis Conjux Aurelianen
Ducis Filia die decima quarta
nuarii defuncta: Obiit etiam ex pu
perio improlis ac nonnisi viga
novem annos nata Margareta
lantha Reinutii II. Parmensis Du
Conjux, & Victoris Amadæi Sab
diæ Ducis Filia: Tandem die unde
ma Maji Rothomagi naturæ debit
solvit Henricus Dux Longevillæus N
manniæ Prorex, Princeps ingenii a
& prudentia, quæ individuam co
tem habuit pietatem, vere eximi
qui ita amplissimis honoribus, ac
vitiis valedixit, acsi nullas unquam p
sedisset, & quamvis toga, sagoque
Franciæ incrementum meruisset, c
fecta tamen Monasterienſi pace,
quam primus Orator erat nominat
unacum Condæo & Contio Principi
in carcerem fuit conjectus, nonnisi P
lamenti violentia inde liberatus.

§. XXIV.

Scriptorum religione Catholicor fata & opera.

Dupin Nouv. Bibl. des Auth. Siecl. XVII. pag. 63.

Paucos ex Scriptoribus Catholicis h
anno defunctos offendimus, ex q
bus primus erat Gregorius Valentia
Ord. Cappuccinorum, qui Hymnodi
SS. Patrum, practicam moralem uni
c

cim casuum reservatorum, & suppetias agonizantium posteris reliquit. II. Joannes Merinero Franciscanus, qui commentaria in regulam S. Claræ, tractatum de Conceptione B. V. præter alia elucubravit. III. Tamagna a Matre Dei Ord. Mariæ de Mercede scripsit discursus duos super epistolam B. V. ad Messinenses. IV. Antonius Diana Clericus Regularis Theatinus, qui novem tomos resolutionum moralium, summam resolutionum & plurima alia edidit: obiit Romæ die decima octava Julii anno ætatis septuagesimo septimo. V. Theophilus Rainaudus Jesuita typis vulgavit novendecim tomos præter unum posthumum, in quibus de Christo, ejus attributis, de morali disciplina, virtutibus & vitiis, de Theologia naturali, de Eucharisticis, Marialogicis, Pontificiis, Philologicis, Polemicis, moralibus, & Asceticis sat erudite diserit: ejus tamen tractatus de Martyrio, de Communione pro mortuis, & de confixione librorum, ac de Gustu operis olim a S. Congregatione Indicis fuere prohibiti, emendati vero recudi sunt permissi. Anno autem 1672. die 23. Martii proscriptus etiam est ejus *Apopompæus*, qui in posthumo illius tomo continetur. Edidit quoque *Hagiologium Lugdunense*, atque *exoticum*, & criticam;

Sæc. XVII. A. C. 1663.

Alegamb. Bibl. Script. S. J.

Vid. supra t. 59. l. 198. §. 22. p. 447.

Sæc. XVII. A. C. 1663. ticam, ac Miſcellam Sacram. Plu mum tamen inſignis hic Auctor ſuæ mæ derogavit edita cenſura in ſymb lum Apoſtolicum, quæ eidem a ſcribitur.

§. XXV.

Quorumdam Scriptorum Acatholi rum obitus & lucubrationes.

Freher Theatr. e- rud.

EX Scriptoribus Acatholicis, qui h anno deceſſerunt, memorantur. Georgius Kendall, qui ſcripſit vindic tionem doctrinæ in Eccleſiis recep de prærogativa Chriſti, de præſeven tia Sanctorum, & de impoſſibilitate vorum actuum immanentium in D II. Thomas Baylie edidit tractatum merito Chriſti, de modo converſion & Concionem ad Clerum. III. Edu dus Reynell ſcripſit de periculo lib tinismi, amicitias cæleſtes, beneficiu afflictionis præter alia. IV. Sam Bugge elucubravit Ethicam Chriſti nam & munitam animarum turrim nomine Jeſu. V. Raynoldus Francke berg poſteris reliquit fundamenta ver chronologiæ Scaligerianæ contra Pe vium, Calviſium, & Petitum. VI. Jo nes Beuverus *publici* juris fecit Synop Hiſtoriarum, & methodum nova necnon angarias Turcicas hodier Eccleſiæ Græcæ. VII. Philippus Fri

Ja

lieb prælo ſubjecit Stoecheiologiam, Theologiam, Medullam Theologiæ theticæ, polemicæ & moralis, Angelologiam, obſervationes Biblicas in V. & N. Teſtamentum, Anthropologiam, Eccleſiologiam, viridarium Biblicum, explicationes Evangeliorum, colloquia cum Calviniano, Chriſtologiam & alia nonnulla. Sæc. XVII. A. C. 1664.

§. XXVI.

Duo Janſeniſtarum libri Regio edicto ad rogum damnati.

Præſentem annum hujus ſæculi ſexageſimum quartum Janſenii Fautores ſuis conſiliis pene exitialem experti ſunt; cum enim hi tamdiu, tantaque pervicacia tot utriusque ſupremæ poteſtatis, Eccleſiaſticæ & Regiæ decreta contemnerent, eaque novis indies excogitatis effugiis eluderent, Ludovicus XIV. Galliarum Rex tot turbarum pertæſus, ſeverius remedium invaleſcenti malo opponere ſtatuit; quocirca die quarta Januarii in Secretiori ſuo Conſilio edictum condidit, in quo fuſius retulit: „per quosdam erga religionem & Sta„tum male affectos in præjudicium „Pontificiarum Conſtitutionum quam„plurimos prodiiſſe libellos, atque in„ter eos præcipue *Diarium Santamoræi* *Abb. du Mas Hiſt. des cinq Prop. l. 5. Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 314.*

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„& *Manuale Catholicorum Authore A*
„*tophilo Charitopolitano.* Hos, ut in
„becillium perverſioni præcaveretu
„traditos fuiſſe Prælatis & Doctoribu
„examinandos: ab his vero relatu
„eſſe, quod hæreſin Janſenii palam pr
„pugnent, atque innovent, Inſup
„Janſenium, illiusque Deſenſores mi
„in eis laudari, Catholicos vero D
„ctores injuriis affici, S. Eccleſiæ, Po
„tificum, Cardinalium, Præſulum, D
„ctorum, & Religioſorum ſcripta ac j
„dicia impudenter contemni, ac d
„rideri, ut adeo hi libelli digniſſi
„ſint, qui a carnifice dilacerati publi
„in rogum conjiciantur, eorum ve
„Authores & typographi in carcer
„trudantur, ſi capi poterunt, ſecu
„præfixo tridui termino, eorum bo
„regis ærario addicantur.„

Cum autem Franciæ Epiſcopi pro
animadverterent, quod Janſeniſtæ
ſua pervicacia haud parum ex eo fi
marentur, quod ad Parlamentum vel
ab abuſu paſſim provocantes lubent
audirentur, hinc Regem rogabant, u
ipſum quoque Parlamentum adigere
quatenus regium edictum de ſubſcr
benda formula ad Curiæ acta referret
Annuit prompto animo Præſulum voti
Ludovicus Rex, qui has turbas tan
dem ceſſari peroptans, die vigeſim
nov

nona Aprilis ipſus Parlamenti Curiam ingreſſus eſt, & ſequentem declarationem ſeu regium edictum, cujus ſummam exhibemus, promulgari juſſit: Sæc. XVII. A. C. 1664.

„Quoniam Janſenianæ doctrinæ Se„ctatores ſuis ſcriptis propugnare ad„laborant, damnatas propoſitiones non „eſſe Janſenii, nec in ejus libro conti„neri, & quamvis primo illas tanquam „veritates orthodoxas, ac veluti im„mota S. Auguſtini dogmata defende„rint, poſtea vero illas tanquam pro„poſitiones pro libitu excogitatas nega„rint, ac proin ut novæ ſectæ Authores „dicerentur, novas opiniones ſparſe„rint, cumque ad ſincere retractandos „errores ab Eccleſia unanimi conſenſu „damnatos, nec Eccleſiaſtica nec Po„litica poteſtate pertrahi potuerint, & „eorum declaratio, qua Conſtitutiones „recipere, illisque ſe ſubjicere polliciti „ſint, non fuerit ſincera, ſed ſcriptis „ſuis, quæ oretenus promiſerunt, ne„garint, ſuamque doctrinam eſſe S. Au„guſtini, & D. Thomæ conſonam jacti„tarint, & ad normam hæreticorum „veterum clam ſuas doctrinas tradide„rint, ac legitimas illas ad ſaniora re„deundi vias tanquam violentas per„ſecutiones traduxerint, hinc tam per„tinacem inobedientiam & rebellionem „manifeſtam, & temeritatem haud to„leran-

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„lerandam in foro etiam externo pœ-
„nis contra hæreticos & quietis publicæ
„perturbatores per leges Eccleſiaſticas
„& civiles ſtatutis coercere oportet: ea-
„propter, ut tandem diſſidia, quibus
„ſubditi mei inter ſe colliduntur, tol-
„lantur, præcipimus, ut omnes Ec-
„cleſiaſtici *remota omni appellatione*, for-
„mulæ *pure & abſolute* ſubſcribant, quod
„niſi intra menſem a publicatione hujus
„edicti præſtiterint, eorum beneficia
„aliis conferantur, omnium graduum
„& honorum, imo & profeſſionis Re-
„ligioſæ incapaces, ſuisque officiis pri-
„vati ſint, nec deinceps ad ullum gra-
„dum vel officium promovendi, niſi prius
„*ſincere ac pure* ſubſcripſerint formulæ.
„Severe etiam inhibemus, ne libri con-
„tra Pontificum Bullas, juramenti for-
„mulam, cenſuram Facultatis, & Cleri
„Declarationem impreſſi vendantur, aut
„retineantur, vel deinceps imprimantur. Efficax ſane fuiſſet hoc Regis mandatum, ſi inſuper Parlamentum & Sorbonam intra debitæ ſubjectionis limites continuiſſet, ac doctrinam de fallibilitate Pontificis inde eliminaſſet.

§. XXVII.

Archiepiſcopi Pariſienſis declaratio circa hanc ſubſcriptionem.

Pro-

Promulgato hoc Regis edicto Harduinus Perefixus Parisiensis Archi-Episcopus præceptam subscriptionem urgere constituit; cum vero Jansenii Fautores sub obtentu, quod articulum nonnisi hoc sæculo enatum, seu quæstionem facti *divina fide* credere haud possent, tergiversaturos probe prospiceret, temperamentum, quo simul utrique parti satisfieret, suadentibus Gastone de Chamillart Jesuita, & Martino Grandin Syndico & Doctore Sorbonico excogitavit, in suo edicto die septima Junii declarans, *quod circa Pontificum Constitutiones & formulam, vel malitiosum vel idiotam oporteret esse illum, qui assereret, quod illa, quæ factum concernunt, FIDEI DIVINÆ submissionem deposcant; exigunt enim duntaxat Humanam & Ecclesiasticam fidem, qua suum judicium sincere judicio legitimorum Superiorum subjicere & simpliciter* formulæ subscribere quis tenetur. Hæc explicatio, quantumvis ab eorum sententiæ parum aliena esset, minime satisfecerat Portu-Regiensibus Theologis, qua tamen sua oppositione, postquam ipsimet in sua declaratione circa quæstionem juris & facti *omnem observantiam, & submissionem, quam Ecclesia exigere posset*, promiserant, manifestum fecere, quod ipsorum hæresis non jam sit error in intellectu, sed error seu pravitas

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

vitas in voluntate, qua obedientiam Pontifici pertinaciter denegare ſtatuerunt. Hi ergo inſuperhabito nuperi Regis interdicto hanc Archiepiſcopi declarationem impugnabant pluribus libellis in vulgus ſparſis, & quidem Nicolius & Arnaldus edidere *Apologiam pro Monialibus Portu-Regienſibus*, necnon octodecim Epiſtolas ſub nomine *hæreſis imaginaria*, præter tractatum de *fide humana*, & *refutationem relationis P. Ferrieri*. In his libellis præcipue demonſtrare nitebantur. I. Quod Eccleſia non internam, ſed duntaxat externam ſubmiſſionem ſeu ſilentium obſequioſum circa ejusmodi facta exegerit, ac exigere poſſit, cum circa ea ſit fallibilis. II. Quod ſi plus exigeret, & in hujus internæ ſubmiſſionis ſignum ſubſcriptionem peteret, hæc non ad pacem, ſed ad graviores, motus conduceret, qui etiam exorti eſſent ex eo quod quæſtioni facti internam fidem denegantes pro hæreticis haberentur, cum tamen Janſenium benigne & Catholice interpretari nec hæreſis ſit, nec Catholicus eſſe deſinat, etſi Janſenius aliter ſenſiſſet, id tamen aliquis in ſua opinione deceptus fide divina non crederet, dummodo doctrinam quinque propoſitionum damnatam eſſe hæreticam ſincere & fide divina credat.

Verum

Verum ad hæc reponebant Catholici, quod ad Ecclesiam, non autem ad inferiores pertineat, statuere, quid definiendum sit, hæc vero sæpe, quæ olim decidenda esse non judicavit, postea mutata temporum vicissitudine decideret, sic Concilium V. librum Theodoreti cum epistola Ibæ contra S. Cyrillum, licet id antea non fecerit, tanquam hæreticum damnarit, & huic damnationi fideles, ut subscriberent, sub anathematis pœna adegerit, nec permiserit, ut aliqui duntaxat errores, non autem libros, eorumque Authores damnarent, alias etiam hodie illi, qui Arii, Nestorii &c. scripta eorumque Authores in eorum sensu cum Ecclesia damnare & Ario &c. anathema dicere recusarent, pro Catholicis habendi essent, dummodo errores damnarent; præterea si Ecclesia non posset infallibiliter judicare (proin & fideles obstringere) de libris eorumque sensu, nec judicare amplius posset, an hi vel illi libri S. Scripturæ sint Canonici, & in quibus libris verus sensus a Spiritu S. intentus contineatur. Sæc. XVII. A. C. 1664.

§. XXVIII.

Vernantii liber de auctoritate Pontificis a Parisiensi Facultate Theologica perstrictus.

Prodiit

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Bossuet Defens. Declar. l. 10. c. 27. Dupin Hist. Eccl. t. 4. §. 17. p. 358. Avrigny Mem. chron. t. 2. p. 443. & 458.

Prodiit jam anno hujus sæculi qui quageſimo octavo Metenſibus typ excuſus liber, quem ſub ementito n mine *Jacobi de Vernant* Pater Bonave tura a S. Anna Carmelita Rhedonen compoſuit, eique hunc titulum pr fixit: *Propugnata Authoritas ſummi Po tificis, Cardinalium, Archipræſulum, Epiſcoporum, necnon de officio Religio rum Mendicantium contra errores no temporis:* cum autem hic Author Po tificis infallibilitatem, & Mendicanti privilegia extolleret, Parochorum, Pariſinæ Facultatis Theologicæ in diam odiumque in ſe concitavit: pr cipue vero Pictavienſes Parochi da ad Facultatem literis hunc librum d ferentes ejus judicium enixe efflagi runt. Igitur die prima Aprilis pete Syndico Facultas decem Doctores legit, qui hunc librum examinare Hi ergo die ſecunda Maji quasdam p poſitiones inde excerptas Facultati p rigebant, quibus diu ac mature di cuſſis ſuum deſuper judicium die de ma quinta ejusdem Menſis ad præ tam Facultatem referebant: Habeba tur igitur ſex Facultatis comitia Doc rum numero ampliſſima, in quibus mature diſcuſſa tandem die vigeſi quarta præfati Menſis ſequens cenſu pronuntiabatur:

„Qu

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„Quod olim prudenti decreto ſan-
„xiſſe Patres Sardicenſes circa fidei
„Nicænæ formulam narrat ſanctus Atha-
„naſius, hoc etiam in controverſiis de
„poteſtate & Hierarchia Eccleſiaſtica
„ſtabilitum optaret ſacra Facultas: ſuf-
„ficere nempe antiqua Patrum decreta,
„nihilque hinc & inde ulterius conſcri-
„bendum, ne illis, quibus libido eſt
„ſemper nova ſtatuendi, occaſio ejus-
„modi ſuppeteret, ut negotia ſæpius
„a majoribus definita, velut adhuc du-
„bia & incerta retractarent. Verum
„quoniam antiquus hoſtis humani ge-
„neris ad ſubverſionem juſtorum variis
„temporibus ſuſcitat *homines ſuperbos*,
„*vaniloquos*, *habentes quidem ſpeciem pie-*
„*tatis*, *virtutem autem ejus abnegantes*,
„qui ſacram Hierarchiarum Authorita-
„tem paſſim deprimant, & velut *Joan-*
„*nes* & *Mambres*, poteſtatibus a Deo
„ſibi præpoſitis contumaciter obluctan-
„tur: idcirco neceſſe eſt, *Doctores*, *quos*
„*Deus dedit ad conſummationem ſanctorum*,
„*in opus miniſterii*, *in ædificationem Cor-*
„*poris Chriſti*, *quod eſt Eccleſia*, animoſe
„& fortiter reſiſtere hominibus illis,
„*qui*, *cum non acquieſcant ſanis ſermonibus*
„*Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, *& ei*, *quæ*
„*ſecundum pietatem eſt*, *Doctrinæ*, omnia
„poteſtatis Eccleſiaſticæ jura confun-
„dunt, & Hierarchiam divina ordina-

Sæc. XVII. A C. 1664

„tione inſtitutam occultis & ſubd
„molitionibus ſubvertere non veren
„Audaciſſimus omnium prodiit nu
„larvatus, ac perſonatus homo JAC
„BUS DE VERNANT, qui dum
„bitioſo ſimul & invidioſo titulo ſ
„mi Pontificis & Epiſcoporum de
„ſionem ſuſcipere mentitur, in tot
„Hierarchiæ perniciem ac deſtruc
„nem reipſa conſpirare deprehenſus
„in libro cui titulus: *Propugnata au*
„*ritas ſummi Pontificis &c.*

Poſtea referebantur propoſitio ex hoc libro decerptæ, ac cenſuris tatæ, quarum prima erat hæc:

Ejus eſt unius (ſcilicet & ſum Pontificis) emergentia circa fidem bia infallibilis veritatis oraculo tol & explanare, nec continuo indict hoc ipſum Conciliis: quorum defin nes probat, leges explicat, tempe & quando ita expoſcit ratio tempo & Eccleſiæ bonum, per contrarias nitus abrogat.

II. Omnes controverſiæ in Eccl natæ infallibiliter oraculis Eccleſiæ luntur, quia Papa in ſuis judiciis rare nequit; ut articulus fidei a Eccleſia recipiatur, ſufficit illum quam Chriſti Vicarius proponat; dup enim eſt infallibilitas, activa & paſſ

prima competit Pontifici ut Vicario Christi, altera Ecclesiæ. Sæc. XVII. A. C. 1664.

Censura. *Hæ propositiones quatenus excludunt ab Ecclesia infallibilitatem activam, seu Authoritatem emergentia circa fidem dubia, infallibilis veritatis oraculo tollendi, & explanandi, falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, & hæreticæ.*

III. Non datur potestas Deo inferior, quæ potestatem Pontificis restringere potest.

Censura. *Hæc propositio intellecta* de usu & exercitio potestatis papalis, *falsa est, Ecclesiæ & conciliorum Authoritati derogans.*

IV. Si Papa non recepisset a Deo infallibilem potestatem dubia circa S. Scripturam infallibiliter definiendi, nostram fidei professionem mutare deberemus, nec ultra dicere possemus, quod in unam, Sanctam Catholicam & Romanam Ecclesiam credamus.

Censura. *Hæc propositio est falsa, temeraria, scandalosa, & in fide periculosa.*

V. Nonnisi hæretici, & fidei hostes Concilia petunt, non ad damnandos eorum errores, sed ad totam Ecclesiam, quamdiu congregata est, turbandam.

Censura. *Hæc propositio universim sumpta, est scandalosa; Ecclesiæ, Conci-*

Sæc. XVII. A. C. 1664.

liis generalibus, ac ſublimioribus poteſta-bus contumelioſa.

VI. Concilia non habent immedia a Deo jurisdictionem, ſed a S. Petr ejusque Succeſſoribus, hinc 1. n poſſunt leges ferre pro univerſa Eccl ſia 2. ſolus Papa has leges poteſt co rigere, 3. immutare 4. ſtabilire 5. iis diſpenſare 6. vel tollere:

Cenſura. *Hæ ſex propoſitiones, quantum aſſerunt*, Eccleſiam in Conci generali non habere a Deo immedia jurisdictionem & Authoritatem fa *ſunt, verbo Dei & Concilii Conſtantie definitioni contrariæ, & olim a ſacra cultate reprobatæ.*

VII. Pontifex eſt ſupremus Jude hinc ab eo in nullo caſu appellari pote

Cenſura. *Hæc propoſitio eſt falſa, cræ Conciliorum auctoritati detrahens, Germanis Eccleſiæ Gallicanæ libertati contraria.*

VIII. Sancti Petri, proin & Pont cis auctoritas eſt æque extenſa in u verſam Eccleſiam, ſicut auctoritas P tris æterni, in ejus Filium.

Cenſura. *Hæc propoſitio eſt ſcan loſa, piarum aurium offenſiva; & qua nus aſſerit Author*, eandem poteſtate quæ Patri & Filio communis eſt, filio dediſſe Petro, & ſucceſſoribus ejus, quatenus abutitur textu Apoſtoli

Coloſſ. 2. *Ut verba præſeferunt*, eſt blasphema.

IX. Papa eſt vera fidei Regula.

Cenſura. *Hæc propoſitio temeraria eſt, & in errorem inducens.*

X. Apoſtoli in Epiſcopos inaugurati ſunt a S. Petro, & Epiſcopi ſuam jurisdictionem habent a Papa, & non immediate a Chriſto Domino, alias in ſua jurisdictione non dependerent a Papa.

Cenſura. *Hæ propoſitiones, quarum duæ priores aſſerunt*, Apoſtolos non fuiſſe conſtitutos Epiſcopos a Chriſto, *ceteræ vero:* poteſtatem jurisdictionis Epiſcoporum non eſſe immediate a Chriſto, *falſæ ſunt, verbo Dei contrariæ, & olim a ſacra Facultate reprobatæ, in quantum vero in aliis*, poſita inſtitutione Epiſcoporum immediate a Chriſto facta, colligit Author, omnimodam inter Epiſcopos & S. Pontificem fore æqualitatem, & nullam ſubordinationem, *falſæ ſunt, temerariæ, & præbent occaſionem ſubvertendi ordinem Hierarchicum, præſertim vero primatum ſummi Pontificis.*

XI. Poteſtas in omnibus Eccleſiis exercendi functiones Epiſcopales de jure & vi officii ad Papam æque ac ad Epiſcopos ſpectat, proin hanc jurisdictionem, prout vult, delegare poteſt.

Cenſura. *Doctrina contenta in hac propoſitione, intellecta de uſu & exercitio, eſt*

Sæc. XVII. A. C. 1664. *juri communi contraria, & tendit in ſ ſtructionem Eccleſiæ, non in ædificatio*

XII. Parochi non ſunt immediate Chriſto, qui nonniſi unum ſolum P rochum, & unam ſolam Parochiam t tius Eccleſiæ inſtituit.

Cenſura. *Hæ propoſitiones, quatenu aſſerunt, vel inferunt*, poteſtatem jur dictionis Curatorum non eſſe immedia a Chriſto quantum ad inſtitutionem p mariam, *falſæ ſunt, & Decretis ſac facultatis contrariæ; ſalva ſemper imm diata Epiſcoporum in Prælatos minor ſeu Curatos & plebem ſubditam Authorita*

XIII. Concilium non poteſt adſtri gere populum cenſuris, ut pro audie do ſacro in die Dominica Parochia accedat.

Cenſura. *Hæc propoſitio eſt falſa, decreto Concilii Tridentini contraria.*

XIV. Prohibitio Clementinæ *dudu* vi cujus Religioſi non poſſunt abſolve a peccatis Epiſcopo in jure reſervat eſt permiſſio abſolvendi ab illis, qu in jure, ſed duntaxat v. g. in Epiſcop rum Synodis, reſervata non ſunt.

Cenſura. *Doctrina hæc eſt falſa.*

XV. Religioſi ab Epiſcopo admiſ imo etiam injuſte reprobati ſatisfi ciunt Eccleſiæ præcepto in Conſtitut ne: *Omnis utriusque* &c.

Ce

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Censura: *hæc Doctrina juxta sensum his verbis: INJUSTE REPROBATI ab auctore intentum est falsa, & fideles in periculum salutis inducit.*

XVI. Parochi non possunt asserere, prohibitum esse laicis, confiteri Religiosis in Paschate, & Religiosi publice docere possunt, quod fideles, si eis confitentur, satisfaciant præcepto &c.

Censura. *Hæc propositio quoad primam partem est scandalosa, & curatis injuriosa; quantum ad secundam, pacis Ecclesiæ perturbativa.*

XVII. *Si Reges terreni ex seipsis plerumque imbecilles sunt: Pontifex Maximus ut potentia certe divina pollens, ita se habet, ut ex fidelium multitudine vix amplificetur; vix & minuatur ex paucitate.*

Qui propugnant, quod Papa in Galliis juxta jura & libertates Ecclesiæ Gallicanæ procedere teneatur, nil aliud intendunt, quam inter Regem & Papam discordiam serere, & sub specioso Monarchiam profanam conservandi obtentu Religionem evertere, ac demum se a Papæ & Regis jurisdictione substrahere.

Censura. *Hæ propositiones sunt respective Regibus injuriosæ, seditiosæ, & Germanis Eccesiæ Gallicanæ libertatibus contrariæ.*

Sæc. XVII. A. C. 1664. Pronuntiatis hiſce cenſuris Facul-tas Theologica hæc ſubjunxit:

„Declarat autem ſacra Facultas „majorum ſuorum veſtigiis inſiſtens „ſe nullatenus intendere, ſuis determi-„nationibus, ac cenſuris quicquam de-„rogari, tum Primatui ſummi Pontifi-„cis divinitus inſtituto, dignitati et „Authoritati ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, „tum Conſtitutionibus *Innocentii decimi „anno Incarnationis Dominicæ milleſimo „ſexcenteſimo quinquageſimo tertio die prima „Junii, & Alexand. VII. anno milleſimo „ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto* 17. Kal. *„Novembris* datis, & a ſacra Facultate „receptis, ac denique ejusdem Facul-„tatis cenſuris & ſtatutis ad idem ne-„gotium pertinentibus: palamque, et „aperte profitetur, ſe nunquam recu-„ſuram a debita Reverentia & vene-„ratione, qua *Beati Petri* Apoſtolorum „Principis Succeſſores, & ipſius ſedes „omnium Eccleſiarum Matrem & Ma-„giſtram ſemper profecuta eſt. Cæte-„rum cum Author hujus libri multa ce-„pera ſuppoſititia & ſpuria inepte fan-„ctis Patribus adſcribat, eorumque ve-„ras, & genuinas ſententias in alienos „ſenſus ſæpe detorqueat, contra præ-„dictorum Patrum mentem, & præte-„hiſtoriarum fidem, necnon adverſus „Paſtores, & Viros Theologos conte-„melias

„melias, & Calumnias ſpargat: decla- Sæc. XVII.
„rat Facultas, ſe nolle probare varias A. C. 1664.
„partes prædamnatarum propoſitionum,
„ſicut nec cætera in eodem libro con-
„tenta; quæ ſicut numerum, ita &
„cenſuræ modum excedunt. „

§. XXIX.

Ejusdem Facultatis cenſura in librum Amadæi Guimenii.

Eodem hoc anno Guilielmus de Moia Jeſuita ſub nomine Amadæi Guimenii Lugdunenſibus literis excudi curabat ſuum librum, cui titulus: *Amadæi Guimenii Lomarenſis olim primarii ſacræ Theologiæ Profeſſoris opuſculum ſingularia univerſæ fere Theologiæ moralis complectens: adverſus quorumdam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales ad tractatus de peccatis, de opinione probabili* &c. *Du Pin l. c. Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 106.*

Cum autem hic liber plura ſanæ doctrinæ & honeſtati contraria contineret, ejusque Author collecta omni recentiorum Caſiſtarum fæce inſuper infallibilitatem Pontificis eſſe de fide aſſeruiſſet, Facultas Pariſienſis in pupillo oculi læſa in hunc librum die tertia Februarii anno ſequenti his verbis acriter invehebatur:

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„Immanem Pſeudo-Theologorum
„de rebus moralibus ſcribendi libidi-
„nem, ſummi Pontificis Alexandri VII
„omniumque fere Gallicanæ Eccleſiæ
„Præſulum Authoritate ac ſua cenſura
„in damnata Caſuiſtarum apologia com-
„preſſam penitus æſtimaverat ſacra Fa-
„cultas Pariſienſis. Neque ſibi amplius
„quidquam in tam ſancto negotio age-
„dum ſupereſſe autumabat, niſi ut ſanc-
„Auguſtini freta Conſiliis: *Æternum si-*
„*ligeret homines, quorum interfecerat er-*
„*rores, & ſine ſuperbia de veritate pro-*
„*ſumeret, quæ ſine ſævitia pro veritate ce-*
„*taverat, ac pro illis oraret, quos reda-*
„*guerat atque convicerat.* Cum ecce tra-
„quillitatis Eccleſiaſticæ hoſtis acer-
„mus, nec tam Caſuiſtarum, quam
„ſpurcitiarum omnium, ſcelerumque
„Patronus, ſuis e latebris larvata fronte
„prodiit Amadæus Guimenius; qui
„ex eorum eſſe numero ſatis ſuperque
„comprobavit, quos in noviſſimis tem-
„poribus ſurrecturos prædixit Apoſto-
„lus: *Attendentes ſpiritibus erroris, &*
„*doctrinis Dæmoniorum in hypocriſi loquen-*
„*tium mendacium, & cauteriatam haben-*
„*tium ſuam conſcientiam, errantes, &*
„*errorem mittentes.* Edidit quippe ille
„Author opuſculum, ſeu potius Anti-
„Evangelium in rebus ſpurciſſimis ob
„ſcæna curioſitate, ac ſagacitate inde
„gandi

„gandis horrendum: ut mirum sit, ali- Sæc. XVII.
„cujus pudoris hominem, quique pri- A. C. 1664.
„marii Theologiæ Professoris sibi nomen
„affingit, tot monstra efformare, ac
„scribere potuisse, quæ modestioris in-
„genii vir sine rubore ac verecundia le-
„gere non possit. Neque suos modo
„errores propalare de industria tenta-
„vit; verum etiam aliorum ejusdem
„furfuris scriptorum sæces, apertis ne-
„scio cujusdam, quam ab extrinseco
„vocant, probabilitatis canalibus, in
„corda fidelium effundere conatus est.
„Quamobrem anno Christi millesimo
„sexcentesimo sexagesimo quarto die
„prima mensis Septembris, Honoran-
„dus Magister Antonius de Breda ejus-
„dem Facultatis Doctor, & Syndicus
„in solemni Congregatione habita in
„aula majore Collegii Sorbonæ, post
„missam de Spiritu sancto, ut moris
„est, factam, librum ad facultatem de-
„tulit, cui hic titulus erat inscriptus:
„*Amadæi Guimenii Lomarensis olim pri-*
„*marii sacræ Theologiæ Professoris opusc-*
„*lum, singularia universæ fere Theologiæ*
„*moralis complectens: adversus quorumdam*
„*expostulationes contra nonnullas Jesuita-*
„*rum opiniones morales ad tractatus de pec-*
„*catis, de opinione probabili &c. Editio*
„*novissima, &c. Lugduni, sumptibus Phil.*
Borde

Sæc. XVII. A. C. 1664. „*Borde & Guilielmi Barbier* 1664. cum „*appr. & ſuperiorum permiſſu.*

Cum vero idem Syndicus ſcandala expoſuiſſet, „quibus quotquot ſunt viri „frugi, atque evangelicæ Diſciplinæ „amatores ſinceri, occaſione horribilis „libelli afficerentur, Sacra Facultas „pro ea, qua pollet Authoritate, non „uno, ſed pluribus ſæculis totius orbis „chriſtiani conſenſu probata, apoſtolici „dicti potiſſimum memor, quo ſibi præ„ceptum novit, ut eos *arguat, & in*„*crepet in omni patientia & doctrina, qui*„*ſanam doctrinam non ſuſtinent, ſed ad ſi*„*deſideria coacervant ſibi Magiſtros pruri*„*tibus auribus, & a veritate auditum*„*avertunt*, intelligitque neceſſe eſſe, ut „Doctores vere Chriſtiani tanquam *boni*„*Miniſtri CHRISTI JESU, enutriti*„*verbis fidei & bonæ doctrinæ, eos redar*„*guant, qui docent, quæ non oportet, turpis*„*lucri gratia*, atque adeo a S. Cypriano „edocta, *imperiti eſſe medici, tumentes vul*„*nerum ſinus manu parcente contrectare*„hujus libri examinandi provinciam tre„decim ſelectis cum D. Decano ac Syn„dico commiſit. Qui quidem cum re„petitas inter ſe collationes per men„ſem integrum habuiſſent, in ſolemni „Congregatione apud Sorbonam, poſt „Miſſam de Spiritu ſancto, ut moris „eſt, celebratam plurimas propoſitio„nes

„nes ex prædicto libro in indiculum Sæc. XVII.
„collectas primum Facultati retulerunt A.C. 1664.
„die prima mensis Octobris. Quas pro-
„positiones sacra Facultas *nunquam er-*
„*rari æstimans in defensione nimia veritatis*
„*& in rejectione nimia falsitatis*, ex sa-
„moso illo Amadæi opusculo excerptas
„typis mandari jussit, easque sive ab
„Authoritate propugnatas, sive non
„defensas, infelici tamen illius solertia
„contra mentem, & ad mentem ejus
„ex variis scriptoribus ab ipso deprom-
„ptas, adeoque externæ, quam tue-
„tur, probabilitatis fundamentis fulci-
„tas ac stabilitas examinandas censuit:
„ut uno censuræ ictu non unicum mo-
„do scriptorem, sed & alios quoscun-
„que famosæ laxiorisque Theologiæ
„Agyrtas percuteret, qui, ut recte ait
„S. Cyprianus, *cum felices homines dicunt,*
„*illos in errorem mittunt; cum peccantes*
„*blandimentis adulantibus palpant, peccandi*
„*fomitem subministrant, nec delicta com-*
„*primunt, sed nutriunt.* Ac nequis for-
„san illud minus æquum existimet,
„quod sacra facultas propositiones non-
„nullas ex eodem libello excerptas dam-
„naverit, quas Author nec probare,
„nec improbare, imo & aliquando re-
„pudiare videtur; omnes monitos vult,
„hunc Amadæi in miserabili illa *lucu-*
„*bratiuncula fuisse scopum,* ut casuistarum
„quo-

Sæc. XVII. A. C. 1664. „quorumlibet patrocinium ſuſciperet
„atque *omnibus*, quemadmodum ipſe
„operis ſui præfatione teſtatur, *Theo*
„*logiæ Profeſſoribus veritatis ſpeculum*
„*ſuiticæ, absque nævo referens, doctrin*
„*vultum ſuo objiceret opuſculo.* Quam
„obrem poſtquam in operis ſui præf
„mine *propoſitiones, quæ ut improbabil*
„*ſcandaloſæ, temerariæ, & erroneæ,*
„*Jeſuitarum commenta in libro Anony*
„*notantur*, vindicandas aggreſſus e
„hanc toti ſuo operi coronidem impo
„nit. *Ex dictis jam appareat, qua veri*
„*tate, quo jure, quo Zelo Anonymus*
„*ſuo garriat libello, propoſitiones præd*
„*jectas falſas improbabiles, ſcandaloſas,*
„*merarias & erroneas &c. Quomodo en*
„*ſcandaloſæ, & erroneæ, quas Eccle*
„*in tot tantisque Doctoribus opiniones*
„*corrigit &c. nullibi ergo ſcandalum, n*
„*libi error.* Ex quo aperte intelligitu
„id præſertim hoc ſuo libello molitu
„fuiſſe Amadæum, ut omnes illas pro
„poſitiones ab omni Cenſura immunes
„atque externæ probabilitatis munim
„ne tutas præſtaret. Cum igitur iide
„deputati a ſacra Facultate Doctore
„ſæpius inter ſe ſuper illis propoſitio
„nibus conveniſſent, notisque affectas
„ad Facultatem detuliſſent, eadem Fa
„cultas toto negotio pro more, in de
„liberationem per D. Decanum, in qua
„tuor

„tuordecim Comitiis generalibus mis- Sæc. XVII.
„so, de prædictis propositionibus sele- A. C. 1664.
„ctis, & examini subjectis sic censuit.„

§. XXX.

Propositiones ex Amadæi libro excerptæ, ac censuris notatæ.

Propositio I. „Ad evitandam mortem,
„vel conservandam vitam licita est
„ebrietas.„ .

Censura. Hæc propositio est falsa, scandalosa & contraria verbis Apostoli.

II. „Quando contumeliosus non spe-
„ratur se cohibiturus, sed perstiturus
„in contumelia semel dicta, aut alias
„aggressurus, is qui eam patitur, potest
„licite illi dicere, *Mentiris* &c. & sane
„difficile videtur, quod hoc non liceat.„

III. „Licitum est desiderare alteri
„mortem & de illa gaudere, non qua-
„tenus illi mala, sed ut tibi bona: qui
„imponit falsum testimonium alteri, &
„suum honorem defendit, non peccat
„mortaliter, ad vitandam infamiam
„posset eum, qui honorato viro co-
„laphum impegit, gladio statim reper-
„cutere, vel convitiantem interficere,
„& Pater potest occidere filiam in adul-
„terio deprehensam, & maritus uxorem.

Censura. „Hæ propositiones sunt
„falsæ, scandalosæ, & respective pie-
„tati,

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„tati, charitati & juſtitiæ contrariæ
„vindictæ, crudelitati, & avaritiæ viam
„aperientes, „

IV. „Unius Authoritas facit ſententiam probabilem, & quamvis opinio „ſit falſa, poteſt quilibet tuta conſcientia illam practice ſequi propter auctoritatem docentis. „

Cenſura. Doctrina harum propoſitionum falſa eſt, temeraria, innumeris novitatibus & corruptelis viam aperiens & conſcientiæ regulas evertens.

V. „Puto, omnia eſſe hodie melius „examinata, & hanc ob rem, in omni „materia, & præcipue in morali, liberius juniores, quam antiquiores legunt „& ſequor. „

Cenſura. Hæc propoſitio falſa et temeraria, in moribus periculoſa, S. Patribus, & antiquis Doctoribus contumelioſa.

VI. „Præceptum charitatis, cum „generale, cui per aliorum præcepto„rum adimpletionem ſatisfit, per se „tantum obligat in articulo mortis. „

Cenſura. Hæc doctrina falſa eſt, erronea, impia, & primo, ac maximo legis Evangelicæ mandato contraria.

Plures alias propoſitiones circa Miſſam, S. Communionem, Simoniam, uſuram, furtum, reſtitutionem, mendacium, recitationem Officii Divini tribu-

tributa, jejunium, pœnitentiam, & præcipue de impuritate, quas propositiones, ut modestiæ & pudori castarum aurium consuleret, duntaxat initialibus verbis Facultas designabat, tanquam falsas, scandalosas, & sacrilegas damnavit. Sæc. XVII. A. C. 1664.

Cum autem hic Author de summo Pontifice hæc tradidisset: *Ad fidem pertinet inhærere determinationi summi Pontificis in his, quæ sunt fidei, imo etiam in his, quæ spectant ad bonos mores, quia in hujusmodi etiam Ecclesia errare non potest, & consequenter nec Caput ejus &c.*

Facultas has propositiones sequenti, quæ postea gravis motus argumentum exstitit, censura perstrinxit:

Doctrina his propositionibus contenta & illata, falsa est & temeraria, Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus contraria, Universitatibus, Theologicis facultatibus, ac Orthodoxis Doctoribus contumeliosa.

Apposuerat etiam hic Author suo libro falsam approbationem cujusdam Capuccinorum Provincialis; comperta autem hac fraude hi pro vindicando suo honore Parisiis die trigesima Maji sequens testimonium publici juris fecerunt:

„Accepta notitia, quod libro edito „sub nomine Amadæi Guimenii Loma„rensis olim primarii sacræ Theologiæ

Sæc. XVII. A. C. 1664

„Profeſſoris de Theologia morali, „quo multa contra morum pietate „continueri dicuntur, & qui nuper „ſacra Facultate Pariſienſi damnat „eſt, præfixa apparet approbatio „hoc titulo: *Approbatio admodum Re Patris Luiſii A VALENTIA Mini provincialis ſemel & iterum Ord. F. norum Franciſcanorum Capucinorum, P vinciæ ſanguinis Chriſti, in Regnis Va tiæ & Murciæ, liberalium artium Magi ſacræ Theologiæ anteceſſoris ac Doct jubilati, & apud fidei judices ſacru utriusque coronæ ſenatibus Conſiliarii Q lificatoris.* Nos veritatis & purit „Evangelicæ ſtudio ducti, fidem h „mus, hunc librum a nullo ex noſt „approbatum, imo nec eſſe vel fuiſſe „noſtra Congregatione ullum Religi „ſum Provincialem hujus nominis, „ullam nobis eſſe in Hiſpaniis Prov „ciam, quæ ita appelletur, ſimul „teſtamur a ſimplicitate, quam pr „temur, longe abhorrere hunc titulor „apparatum, quo inſignitur emen „catæ approbationis Author. Hæc „R. Patris noſtri Generalis teſtimon „referimus, qui cum talem librum b „approbatione firmatum circumferri „diviſſet, idem, quod ſupra, teſtat „eſt. Quare ut veritati, ſimulque „ſtri ordinis honori conſulamus, ha

„omn

„omnibus nota fieri, quantum in no- Sæc. XVII.
„bis est, volumus.„ A. C. 1664.

F. Nicolaus Provinciæ Parisiensis Capuccinorum Provincialis.

§. XXXI.

Alexandri VII. Pontificis indignatio contra utramque Facultatis censuram.

Promulgata utraque Facultatis censura graves concitabantur tumultus; præprimis enim Ludovicus Maræsius Parisiensis Doctor die octava Octobris hoc anno & biennio post ad comitia Parisiensis Academiæ duos habuit sermones, in quibus Edmundi Richerii principia secutus Jacobum Vernantum ceu violatæ Hierarchiæ Ecclesiasticæ reum exhibuit: insuper Antonius Faureus, Laynoyus & alii Sorbonæ Doctores Facultatis censuram contra Vernantum propugnarunt: econtrario autem Vernantus in sui defensionem edidit librum, cui titulus: *Vetus doctrina Theologorum Parisinæ Facultatis oppositæ censuræ ejusdem Facultatis contra librum de auctoritate Pontificis & erroribus nostri temporis.* In hoc libro Author profitetur, se non in mente habuisse, *lædere honorem Parochis debitum, quos scit valde utiles & necessarios Operarios esse in Ec-*

Bibl. Carmel. tom. 1. pag. 698.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

cleſia, nec ſe quicquam dixiſſe, ex quo c
cludi poſſet, ad ſolum Papam, & non
Concilia pertinere, definire infallibiliter
ſputationes ad fidem pertinentes: Su
vero aſſertionem non modo Maucle
Duvalii & Bailli Doctorum Sorbo
corum teſtimonio, ſed ipſa Faculta
ſententia comprobavit, quæ anno
jus ſæculi quadrageſimo quarto prim
Milleterii propoſitionem hac cen
perſtrinxit: *Hæc propoſitio, in quam*
infallibilitatem Eccleſiæ in nullo alio ſa
quam in Concilio Oecumenico congre
tribuunt, temeraria eſt, & ipſi Ecc
injurioſa & hæretica: adduxit etiam
tum Facultatis articulum, quem A
priori undecima Maji die Regi obt
his verbis: *non eſt doctrina Faculta*
quod ſummus Pontifex nullo accedente
cleſiæ conſenſu ſit infallibilis, proin
ſit accedente Eccleſiæ conſenſu.

Poſtquam vero utraque Faculs
cenſura Romam deferebatur, non
erant, qui Alexandrum VII. Pap
contra Pariſienſes Doctores vehem
ter inſtigarent: Hic ergo ſuam auct
tatem nimis depreſſam fuiſſe ratus,
ſexta Aprilis anno ſequenti ad Fran
Regem has dedit literas:

„Chariſſime in Chriſto fili noſter,
„lutem & Apoſtolicam benedictio
„Venerabilis Frater Archiepiſco
„D

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„Tharſenſis, & Nuntius Apoſtolicus nomine noſtro referet Majeſtati tuæ, „quam gravi ſenſu doloris ex Cenſuris „Theologorum Sorbonæ pontificius „animus afficiatur, omnique ſtudio, „quantum maxime poterit, a te petet, „ut Authoritate regia præſto eſſe velis, „quo illæ omnino revocentur, quod „profecto ſperamus de ſingulari pietate „tua, quæ propoſitiones Apoſtolicæ „Sedi tam adverſas, & injurioſas in „regno, & academia tua tolerare non „poterit. Cumque præſertim in repri„menda Janſeniſtarum hæreſi tam eni„tueris, nolles eam omnem gloriam, & „labores tantos irritos cadere; & vel „ipſo tempore, quo peſtiferi errores „confodiuntur, gladii eorum jugulo „inſtantis aciem adeo importune re„tundi. Sed quoniam Nuntius cuncta „late & diſtincte differet, ut ei fidem „habeas, a Majeſtate tua poſtulamus, „cui benedictionem Apoſtolicam aman„tiſſime largimur.„

Acceptis hiſce literis Rex Parlamento injunxit, ut de Papæ querelis, & Facultatis cenſuris ſuum ferrent judicium. Hi vero Senatores non modo Facultatis Zelum deprædicarunt, ſed etiam Papæ poteſtatem Canonibus & univerſali Eccleſiæ ſubjectam & Eccleſiæ poteſtate inferiorem eſſe, pluresque

Sæc. XVII. A. C. 1664.

que Romanos Pontifices etiam in *quæ tangunt fidem*, errare posse, ex pr
prio Pontificum testimonio, & antiq
Facultatis Parisinæ sententia comp
bare nitebantur: Mirum tamen e
quod Clerus & Parlamentum Re
jussu tanta contentione ac severitate
Jansenistis extorquere studuerit, ut Pa
tificiis Constitutionibus circa librum
sensum Jansenii se interna fide subjic
rent, & juramento obstringerent, c
tamen ipsum Parlamentum Regi exp
nere ausum fuerit, Papam etiam in
bus fidei errare posse, & errasse, pr
reipsa in suo de Papæ literis judicio h
ad Ludovicum Regem perscrip
„Hæc infallibilitatis, & absolutæ p
„testatis Sedis Apostolicæ princ
„sunt nostris moribus, & Politiæ a
„contraria, ut ea Romani Emiss
„nunquam proposuerint, quin illa
„tractare coacti fuerint, ac proin
„rum novitatum haud tolerandar
„Defensores tanquam quietis publ
„perturbatores severe puniri mereant
„nostrumque est judicium, quod Re
„quin Regni jura lædat, suamque a
„ctoritatem infringat, petitam sat
„factionem Pontifici concedere neque
„eo quod sententia Facultatis Theo
„gicæ omnino consona sit cum sente
„tia Patrum, Conciliorum, sacræ S

„dis, omnium Parlamentorum, om- Sæc. XVII.
„niumque Regni Universitatum, tan- A. C. 1664.
„tumque absit, ut Facultas propterea
„condemnari possit, sed potius, ut in
„his sententiis perseveret, potenter ex-
„citanda sit.„

§. XXXII.

Ejusdem Pontificis Bulla contra utramque Facultatis censuram.

Hæc agendi ratio brevi innotuit Alexandro VII. Pontifici, qui Facultatis censuras regia auctoritate, revocari desperans, illas omnino nullas, irritasque declaravit, eandemque in rem die vigesima quinta Julii Bullam edidit, cujus summa hæc est: „Notatæ fuerunt censura præsumptuosa „ex duobus libris aliquæ propositiones, „eæque præsertim, quæ ad Romani „Pontificis, & sanctæ Sedis Apostolicæ Authoritatem, Episcoporum jurisdictionem, parochorum munus, „privilegia a sancta Sede concessa, Dispensationes Apostolicas, actionumque moralium regulam pertinent, & „aliæ, quæ & gravissimorum Virorum „Authoritate, & perpetuo Catholicorum usu nituntur. Et cum fieri non „possit sine publico Catholicæ Religionis detrimento, ut prædictæ Censuræ *Bull. magn. Alex. VII. Const. 158.*

Sæc. XVII. A. C. 1664.

„in commemoratis libris ſine debi
„Eccleſiæ animadverſione & damn
„tione remaneant.„

„Nos, ut graviſſimo ſcandalo, quo
„inde Catholicis accidere poſſet, o
„curramus, auditis ſuffragiis Cardin
„lium Inquiſitorum &c. motu propr
„præfatas cenſuras uti præſumptuoſa
„temerarias atque ſcandaloſas Auth
„ritate Apoſtolica damnamus, & p
„damnatis haberi volumus, eas
„nullius valoris, & roboris fuiſſe, i
„caſſas, & irritas eſſe declaramu
„mandamus inſuper, ne quisquam
„Chriſti fidelibus eas approbet, a
„publice vel privatim ſequatur, doce
„aut tueatur, neque illas alleget i
„pœna excommunicationis nobis reſe
„vatæ. Prohibemus etiam typograph
„& Bibliopolis, ne has cenſuras i
„primere vel vendere præſumant,
„bros quoque, in quibus præfatæ ce
„ſuræ continentur, vel approbantur
„ſub eadem pœna prohibemus. Ce
„rum ulterius de præfatis Cenſuris ju
„dicium, deque opinionibus in prædict
„libris Jacobi Vernant, & Amad
„Guimenii contentis, necnon de alii
„ejusdem Cenſuris expreſſis, ſive
„eis præmemoratæ opiniones notentu
„ſive non, Nobis, ac ſanctæ Sedi Apo
„ſtolicæ reſervamus.„

§. XXXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

§. XXXIII.

Parlamenti decretum contra hanc Pontificis Bullam.

Hoc Pontificis diploma, tametsi more solemni ad Clerum Gallicanum non fuisset transmissum, Romam per privatorum literas in Franciam pervenit, quocirca Facultas quosdam nominabat, qui hanc Bullam examinarent: Hi vero censebant, has literas non esse Pontificis, sed duntaxat Inquisitorum motu proprio conceptas, cum autem talia diplomata nemo unquam in Galliis admisisset, præsertim cum illa clausula: *motu proprio*, quam etiam utpote novam & prisco jure incognitam Gallicana Ecclesia non respiceret, aliunde etiam hæc Bulla more solemni non esset transmissa, neque Pontifici eam mentem inesse credendum sit, ut prætermisso hoc more Gallos obstringere voluerit, hinc ad Gallos eam non pertinere edicebant: Itaque Facultas supersedendum censuit, & Academiæ Rector spopondit sacræ Facultati, suam & Universitatis operam minime defuturam, si quid gravius contra eam contingeret. Impotentius autem adversus hanc Alexandri Bullam nomine Parlamenti perorabat Dionysius Talo-

Bossuet l. c. Argentre l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

nus Advocatus, qui eam esse iniquam asserens carpsit, quod Papa de proscriptis his libris nullum tulerit judicium, sed illud sibi & Sedi sacræ reservarit, quo indirecte omnes corruptelas, quas hi libri in morum doctrinam invehere moliti sunt, approbarit, Facultatem, cujus censuras esse præsumptuosas & temerarias declaravit, antiquissimo perversos libros notandi jure privare, infallibilitatem Pontificis, & suam superioritatem supra Concilium tanquam fidei articulum stabilire molitus sit, cumque prætensæ suæ infallibilitatis præcipuum obicem fuisse Facultatem Theologicam Papa haud ignoraret, hinc per injuriosam, & opprobriis plenam censuram ipsius honorem imminuere, eique silentium imponere voluerit, ut hac ratione ultramontanas suas opiniones nemine obsistente stabilire posset. Postea Advocatus recensuit, quod quidem regius Senatus Facultatis censuras ad acta referre tergiversatus sit, ac exinde Pontificii Ministri hanc Bullam fabricare ausi sint: necesse igitur fuerit, ut Senatus Facultatem protegeret, eoquod hæc suis censuris libertates Gallicanas defenderit, quas infallibilitatis doctrina penitus evertit, & potestatem Pontificum in temporalia regum stabilit, nec obstet,

stet, quod Pontifices in factis fallibiles esse dicantur, eoquod ipsi ejusmodi facta in fidei articulos, si ipsis libuerit, erigant: Præterea infallibilitatis doctrina Inquisitionis Tribunal in Gallias invehat: &c. Sæc. XVII. A.C. 1664.

Ad hanc declamationem Senatus Regius die vigesima nona Julii edito decreto hanc Bullam esse nullam, Facultati autem suum libros auctoritati Ecclesiasticæ, morum puritati, Regni juribus & Gallicanis libertatibus contrarios notandi jus sartum servari declaravit, præcepitque, ut utraque Facultatis censura quotannis in omnium Academiarum cætibus semel prælegatur, & juxta eam proscriptæ propositiones nullibi doceantur, vel propugnentur, nec Bulla legatur, vel distrahatur. Proxima autem die prima Augusti Harlayus, qui Regii Procuratoris vices subibat, in pleno Facultatis consessu, majore quam Catholicum decuisset, libertate contra hanc Bullam declamabat, inter alia sic prolocutus: „Utinam nunquam nobis nostram sub„missionem erga visibile Ecclesiæ Caput „testandi occasiones deessent, ast longa „experientia edocti, quod Pontificia „dignitas omnes passiones humanas „non extinquat, eapropter effectus po„testatis ad ædificationem & S. Cano„num

Sæc. XVII. A. C. 1664. „num conservationem impensæ, ab am„bitionis & iræ effectibus, quos reji„mus, inviti distinguere cogimur: „his resistendo peccamus, non minu„obediendo peccaremus. *Sancta hæ rebellio semper Ecclesiæ Spiritui erat con sona*, ita S. Leo Magnus dixit: *Mane Petri Privilegium, quoties ex ejus æqui tate fertur judicium &c.*

Cum autem ejusmodi declamatio nes impune, imo ingenti cum applaus exciperentur, mox privati quidam Doctores varios libellos maligne in Pon tificem scriptos divulgarunt, atque in ter Jansenistas Antonius Arnaldus su principia ab ipso Parlamento stabilit fretus, notas in Alexandri VII. Bul lam edidit, ubi hic Author Art. 5. asse rit: *Alexander Papa oppido temerarie Di inspirationem præsolabatur*, Art. 9. & 12 *Bulla hæc non modo est temeraria, pra sumptuosa & scandalosa, sed jure meri dici potest, quod hæresis postulari & con demnari valeat.* Art. 5. *principiis manifest hæreticis innititur.* Art. 13. *Ægre Curia Romana Papæ Alexandri, sicut Honorii Papæ memoriam vindicabit. Alexander non solum non condemnavit errorem.* Art. 15. *errores, quos Papa per suam Bullam con firmat, sunt errores seditiosi.* Art. 23. *Principia ibidem approbata sunt notorie abominanda &c.* Jacobus quoque Bois leau

leau Parisiensis Theologus adversus hanc Bullam *considerationes venerabundas* edidit ubi Art 1. hæc effutit, *si verum esset, nos obstrictos esse, in omnibus Pontifici obedire, quoties cum insignibus suæ auctoritatis loquitur, cessaret Verbum Christi, qui docet, quod portæ inferi &c.* Art 4. *manifeste probatur, quod hæc Bulla præcipiti calamo sine disputatione, discussione, imo nequidem lectis Facultatis censuris fuerit facta.* Art. 1. *Hæc Bulla est injusta, nullitatibus repleta, & manifestas hæreses approbans* Art. 5. *passione expugnatus est Alexander* Art. 9. *ipsimet Portifices ejurarunt errores, quando illi a Facultatis Doctoribus fuerunt damnati.* Virulenta hæc scripta quidam Doctores in unum librum sub titulo: *Collectio variorum scriptorum circa censuras &c.* collegerunt: ast hæc collectio ipsi adeo Parlamento tam virulenta est visa, ut eam die decima nona Maji biennio post ad rogum damnaret, quamvis forte ultionem suam aut nimis tarde, aut minus efficaciter exercuisse videatur, præsertim cum exempli pravitas, in Magistratu, tantum habere soleat virium, ut non modo alios ad imitationem, sed etiam ad pravitatis augmentum incitet.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

§. XXXIV.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

§. XXXIV.

Moniales Portu-Regienſes e ſuo monaſterio ejectæ.

Du Pin hiſt. Eccl. tom. 4. p. 340. §. 14. Abregé de l'Hiſt. Eccl. tom. 3. Vid. ſupra § 75. p. 637. Calmet Hiſt. Univerſ. lib. 157.

Enimvero Sanctimoniales Portu-Regienſes, compellentibus Pariſin Archiepiſcopi Vicariis, anno hujus ſæculi ſexageſimo primo jamjam ſecund eorum edicto poſt diuturnam repugnan tiam ſubſcripſerant, his Verbis: „No „&c. conſiderantes, quod omnium „quæ ſuper ſtatum & ſexum noſtrum „ignaræ ſimus, ut fidei noſtræ, quæ „tum valemus, teſtimonium reddamus „ultro noſtra ſubſcriptione declaramus „quod profunda veneratione ſumm „Pontifici ſubjectæ, nilque charit „præter fidem habentes, ſincere & e „animo amplectamur, quicquid Inno „centius X. hac ſuper re jam decidit „& omnes errores, quos ei contrarios „cenſuit, rejiciamus„ nihilominus hoc anno Harduinus Perefixus, qui Petr de Marca defuncto Pariſienſi Archiepi ſcopo ſucceſſerat, iisdem Monialibus juramenti formulam eo tenore, qua ipſe eam conceperat, die decima quart Junii ſubſcribendam propoſuit, eisdem declarans, quod ab eis circa quæſtio nem facti non Divinam, ſed duntaxat *humanam & Eccleſiaſticam fidem* expeteret.

Hæ

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Hæ vero rursus suam ignorantiam caussatæ, necnon mendacium mentali restrictione tegi veritæ, formulam signare recusabant: Ut ergo Archiepiscopus anxio earum animo consuleret, ab eisdem petiit, ut sine ulla limitatione sese Innocentii X & Alexandri VII. Constitutionibus sincera submissione subjicere profiterentur: Verum Moniales a Portu-Regiensibus Theologis instigatæ respondebant, se Deo & Ecclesiæ illusuras, si factum ipsis penitus incognitum attestarentur, replicante autem Archiepiscopo, quod hoc factum, etsi incognitum, fide tamen humana, quam ab eis exigit, credere teneantur, cum Chamillardo sancti Nicolai Vicario & Spirito Oratorii Sacerdote, ex ipsius Archiepiscopi mandato, desuper consultabant: quamvis autem ambo eas rogassent, ut in obsequium sui Archipræsulis formulæ cum certis generalibus verbis subscriberent, nihilominus hæ die quinta Julii unanimi suffragio declarabant, se nullatenus adduci posse, ut amplius, quam obsequiosum silentium circa quæstionem facti pollicerentur: Hac pertinacia irritatus Archipræsul die vigesima prima Augusti cunctas convocari jussit, eisque suam contumaciam, ac rebellionem exprobrans, denuo ad puram & sincera-

ram

Sæc. XVII. A. C. 1664.

ram ſubſcriptionem illas hortabatur quoniam vero illæ in ſuo propoſito perſiſterent, die decima ſeptim Novembris Sacramentorum uſu ill interdixit, poſtea evolutis octo diebu unacum Prætore, aliisque Judicib Regiis ad Monaſterium reverſus e Abbatiſſam de Ligny Meldenſis Ep ſcopi Sororem necnon undecim Mon les ceteris magis obſtinatas e Pariſien Portu Regio ad ſeparata Monaſter abduci juſſit, earumque loco ex O dine Viſitationis B. V. ſex Religiol Virgines evocavit, ac Portus-Re Superiorem nominavit Matrem Eug niam. Die ſeptima Octobris Abbati cum ceteris adverſus hanc Archiep ſcopi violentiam ad Parlamentum pr vocabat, a quo etiam Archipræſul i terpellatus, totam cauſſam ad intèri rem Regis Senatum devolvit, atque Portum-Regium in Campis delatu die decima ſeptima Novembris ſexde cim alias Moniales æque pertinaces Sacramentorum uſu excluſit: Cum au tem duodecim Moniales in Pariſien Monaſterio petitæ formulæ ſubſcripſi ſent, hæ in ſuam Superiorem, dilec dentibus Monialibus Viſitationis B. V elegerunt Matrem Dorotheam de Per dreau: Poſtmodum Archiepiſcopus an no ſequenti omnes obſtinatas Moniales

ruſus

rursus ad Monasterium Portus-Regii de Campis revocavit, ubi etiam Sacramentorum usu destitutæ, atque a ceteris obsequiosis segregatæ usque ad Mensem Februarium Anni post Christum natum millesimi sexcentesimi sexagesimi noni, quo Ecclesiæ pax conciliata fuit, perstiterunt, non paucis ipsarum constantiam demirantibus, aliis Archiepiscopum criminantibus, eoquod fœminas sine Regis jussu adstringere voluerit, ut crederent propositiones quasdam contineri in libro latino, quem ipsi nequidem vidissent, & nec verbum ex illo intelligerent. Sæc. XVII. A. C. 1664.

§. XXXV.

Cæsarei & Hungarici exercitus victoriæ contra Turcas.

Bellum interea in Hungaria majoribus Christianorum animis, quam anno priori adversus Turcas gestum est; quippe Nicolaus Comes de Serini ineunte hoc anno collectis Hungarorum sexdecim millibus Presnizium, Babotsam, aliasque inferioris Hungariæ urbes qua vi, qua deditione recuperabat, promotisque castris Quinqueecclesias, Neutriam, & munitissimam Terackiensem arcem non sine iterata Turcarum clade expugnabat: majus adhuc damnum *Han Panon. nov. p. 449. Priorat. Hist. Leop. p. 2. lib. 4. Ortel. cont. p. 297.*

Sæc. XVII. A. C. 1664

Turcis intulit, dum celeberrimum [illegible] ſeccienſem pontem ad transvehend[a] annonam opportuniſſimum incendio [illegible] ſtruxit, absdubio majora tentatur[us] niſi diſſenſiones inter ipſum & Hol[l]chium Comitem Cæſarei peditatus [illegible] bonum exortæ turbaſſent publicæ u[tili]litatis ſtudium: Interim idem Hol[l]chius Caniſiam urbem cinxerat, Tur[ca] vero majore numero accurrentibus [illegible] ſidionem ſolvere cogebatur. Ma[gno] proſpero armorum ſucceſſu Succh[i] Mareſcallus die duodecima Junii [illegible] viam urbem armata vi, arcem vero [illegible] ditione cepit. Hujus Urbis jactura [illegible] topere Vezirium lancinabat, ut tot[am] ſuam rabiem in Neo-Serinianam arc[em] Turcis adeo infenſam, & feralem [illegible] fundere decerneret: Igitur præmi[ſit] Tartaris Muram ponte navali jung[i] præcipit. Tempeſtive autem occu[rrit] Nicolaus Comes cum quingentor[um] militum agmine: aſt vincere præſe[ntia] nus tam inopino impetu in Turcar[um] phalanges irruit, ut in medium T[ur]carum undique circumfuſus progr[eſſus] inconſultum, regredi vero indecor[um] ratus, ad prælii neceſſitatem redi[ge]retur: Tum vero patuit, nihil eſſe t[am] arduum, quod obfirmatus ad vince[re] dum animus ſuperare nequeat, qua[m] do neceſſitas vires ſuppeditat, & [illegible]

ſpera[t]

Sæc. XVII. A. C. 1664.

ſperatio animi magnitudinem acuit; quippe Nicolaus tanto furore in Turcas moverat, ut poſt ejaculatam primam globorum tempeſtatem, unaomnes in fugam conjiceret, cumque Turcæ, ut fugientes ſiſterent, ex adverſa fluminis ripa ad pontem magno numero confluxiſſent, conferti & quaſi cohærentes tela aut vibrare non poterant, aut vibrata levi & vano ictu pauca in hoſtem, plura in ſuos cadebant; unde Turcarum quamplurimi e ponte detruſi fluctibus hauriebantur: Hac ſuorum clade exacerbatus Vezirius Sigetenſem Baſſam, eoquod hoſti ceſſiſſet, excoriari, Oſchanum vero, cui Eſſeccienſis pontis cuſtodia erat commiſſa, veru vivum transfodi, alios vero Baſſas ſtrangulari præcepit, ipſe vero cum laceri ſui exercitus reliquiis retroceſſit, ac octingentos ſaucios Budam remiſit: nec tamen propterea expugnandæ arcis ſpem amiſerat, ſed collectis ſuorum quinquaginta millibus in Muræ ripa, caſtra metatus flumen trajicere tentabat; jamjam trecenti noctis beneficio transvadabant, & a Strozziano milite repulſi proximam occupabant Inſulam; quo cognito Petrus Strozzius Comes ſtricto ipſemet gladio cum ſuis adeo ſtrenue hoſtem aggreditur, ut ſolutis ordinibus fugientes partim ferro partim undis perirent.

Sæc. XVII. A. C. 1664. Cecidere in hoc conflictu Turcarum plusquam tria millia: Depulso ex hostili hoste, Strozzius dum in tentoriis Belliducum virtutem deprædicabat glande petitus die septima Junii obiit non sine maximo militum suorum luctu. Is enim, quantus esset magis manu sua quam victoriis patefecit; eo enim sublato Turcæ illa adhuc die Neo-Sarinensem arcem vallis & aggeribus cingebant, eamque eminentiori ex colle quem Hungari occupare neglexerant tam assidua tormentorum explosione verberabant, ut die ultima ejusdem Mensis eam vi occuparent.

§. XXXVI.

Turcarum clades ad S. Gotthardum

Tuld. Hist. Hung. l. 1. Soluta Canisiana obsidione, incendique Comarrino & Egerseckio Turcarum trajecto Arrabone fluvio Jaurinum insidere, ac circumvicinam Regionem devastare moliebanrur: Horum tamen consilia retardabat Succhius Marescalcus, qui Leviam obsidione liberavit initoque prælio plusquam sex Turcorum millia die decima nona Julii trucidavit, occupatisque Turcarum castris opimam prædam inter suos distribuit. Hac Cæsareorum victoria præludebatur internecinæ Turcarum cladi. Di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erat prima Auguſti, qua generoſus Comes Montecuculus Barcanum oppidum e Regione Strigonienſis urbis occupare conſtituit, Turcisque inde dejectis ad Sanctum Gothardum caſtra poſuit, de rei ſumma cum hoſte decertaturus. Haud ſegnius Turcæ Cæſareos aggredi ſtatuunt, ac ſummo mane ſex Janiſſarorum millia trajecto flumine mediam Chriſtianorum aciem in fugam agunt, totumque exercitum proſtraſſent, niſi Hohenloe Dux, qui in eminenti montis loco conſederat, cum ſuis deſcendens, Turcas iterato repuliſſet. Peropportune ad Cæſaris caſtra advenerant Gallorum, ac Imperii ſuppetiæ, quibus auctus Comes Montecuculus habito belli Senatu hoſtem, qui iterato Arrebonem fluvium trajicere, ſociisque fluminis tranſitum ſternere ſatagebant, aggredi decrevit. Toto igitur exercitus robore in primas Turcarum phalanges irruit: ferociter quoque Turcarum equites in lævum Gallorum cornu invehuntur, dimicatur utrinque non minus ſtrenue, quam pertinaciter, ac Turcæ cominus pugnam conferere coacti, fortiter gladios ſtringunt, viciſſim vero Germani ac Galli pedites haſtis ſuis omnes Turcarum impetus eludunt: tandem vero Cæſarei Cataphracti effuſis habenis in barbaras le-

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

giones tanto impetu irrumpunt, prælio in septimam horam protrah Turcæ in fugam & amnem agere tur, & equites sine ordine fugati Tu cicos pedites proculcarent, secumq in profundum abriperent. Periere hac pugna præter eos, quos aquæ i sorpserant, sexdecim ferme Turcar millia, quinque Bassæ, atque in eos Ismael Budanus a Denewaldo Ca turione in medio flumine trucidat triginta & aliquot Agæ, quamplur Equitum Tribuni cum suo Gener Parta fuere quatuordecim belli torm ta, alia partim ex undis extracta, p tim in eas a Gallis præcipitata. H jus victoriæ fructus erat pax, quæ men a nonnullis nimium præfesti credebatur; arguebantur enim Cæ rei, quod, dum vix vincere cæperu jam bellare fastidirent.

§. XXXVII.

Erfordiensis tumultus contra Mogu tinum Archiepiscopum.

Priorat. Hist. Leop. p. 2. l. 5. Tuld. Hist. decen. l. 3.

Jam dudum inter Erfordiensis civi tis cives, & Joannem Philippum de Schönborn Moguntinum Archie scopum atque Electorem acre ferve diffidium, cujus occasionem dedit amittendæ libertatis timor, aut fam

cus Lutheranæ ſectæ Zelus: Ex anti- Sæc. XVII.
qua, communique conſuetudine certæ A. C. 1664.
preces pro fauſto Archiepiſcopi atque Electoris Moguntini regimine, ejusque Archi-Diæceſis proſperitate e ſuggeſtu in Templis fundebantur. Hunc morem autem Lutherana rabies necnon diuturna Suecorum in hac urbe commoratio interrupit, non alia ex cauſſa, niſi quia Elector religione Catholicus, & profeſſione Eccleſiaſticus eſſet: Sublatis autem per pacem Weſtphalicam diſſidiis Elector has preces denuo fundi præcepit; obſtitere autem Proteſtantes, cauſſati, illas eſſe conſcientiæ ſuæ libertati contrarias, aliunde nonniſi pro arbitrio ante tricennale bellum quandoque fuſas, quandoque omiſſas: ſpreverunt etiam iterata Electoris monita æque ac minas: quocirca Archiepiſcopus rem ad Cæſaris Tribunal devolvere coactus, per Deputatos Judices Melchiorem Ottonem Bambergenſem Epiſcopum, & Eberhardum Wirtenbergicum anno hujus ſæculi quinquageſimo ſententiam obtinuit, vi cujus decretum, ut ea intentione & modo hæ preces fiant, quibus ante motus bellicos fieri conſueviſſent: Palam huic Cæſaris decreto obſiſtere veriti cives, illud ſaltem eludere nitebantur, cauſſati, haud amplius reperiri conſue-

Sæc. XVII. A. C. 1664. tam hactenus precum formulam; ex ortis autem denuo novis dissidiis circa Magistratus electionem, ad Moguntin preces novi a Cæsare Erfordiam mi tuntur Deputati, qui lite composita denuo pro Electore consuetas preces fieri imperarunt: redeunte autem ele ctionis die Erfurtenses excluso Volmar Limprechto, Senatores nuper a Cæsa reis Deputatis amotos elegerunt, Vo maro autem ad Cæsaris mandata pr vocante Schwalbaci transactio fuit in ta, quam tamen Protestantes non a ceptarunt: crescente igitur eorum au dacia, Baro de Schmidberg a Cæsa missus Limprechtum restituit, & sequen tem precum formulam præscripsit: Or mus quoque Deum pro Electorali sua Celsi dine Moguntina, VELUTI Domino nost Clementissimo, ut omni potentia sua pr spero in statu eandem dirigere, regere, co servare, ac gubernare dignetur, ad totiu Imperii constantem tranquillitatem, necn felicem omnium hucusque exortarum dissi sionum compositionem, nostram nostrorum que posterorum totalem quietem & pro sperita tem.

Hanc precum formulam Limprech tus ex quatuorviris præcipuus ad Sena tum retulit, quam etiam ex Senatoribus nonnulli ratam, acceptamque habuere alii vero Senatores, cives & præcipui

Præ

Prædicantes, qui pro Principis sui Catholici incolumitate publicas preces fundi indignabantur, populum ad seditionem commovere certabant, insusurrantes, quod Erfordia esset libera Imperii civitas, nunc vero Archiepiscopus non tam preces, quam supremam jurisdictionem in civitatem per eas sibi arrogare niteretur. Igitur cives potissimum Protestantes per hosce ciniflones concitati suam libertatem & privilegia infringi vociferantur, insurgunt, & tumultuantur: quamvis omnibus notum esset, quod Prædicantes hoc commento cives nonnisi decipere, atque ad excutiendum Principis Catholici jugum inflammare intenderint, cum jamjam per pacem Westphalicam civitas hæc Electori adjudicata fuerit. Percepta autem Protestantium pervicacia Cæsar ab Electore interpellatus, rursus interminata violatæ pacis pœna, aurique mulcta eos ad parendum hortatur, certosque fieri jubet, quod ex hisce precibus nec in Ecclesiasticis, nec Politicis ullum damnum ipsis pertimescendum foret. Nihilominus seditiosi Senatores Hallenhorstium & Kniphovium officio movent, & firmato inter se unionis fœdere concludunt, Electori quidem jura sua integra, Saxoniæ vero ducibus protectionem & urbi libertatem

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Sæc. XVII. A. C. 1664. ſartam eſſe ſervandam: hoc fœdus Cæſar Deputati tanquam nullum declarant, ditioſos ad parendum hortantur, am bos hoſce Senatores reſtitui, preca que recipi jubent: aſt rebellis Senat ſpreto Cæſaris mandato & Saxonis hor tatu Limprechtum in Curiam vocan & perinde acſi verbum *velut* omiſiſſe ſalſitatis inſimulatum primo ad care res, poſtea ad ignominioſam mortis condemnant, alios, qui eos ad de dientiam hortabantur, tanquam Prin cipi clam addictos unacum Syndico exilium detrudunt, ipſisque Cæſareis pe putatis minas intentant, adeo, ut plebis furorem declinaturi, Mulhuſii aufugere cogerentur. Fruſtra Cæ ſeveriora in eos promulgat edicta, com minatur proſcriptionis pœnam, co ſuetosque ad parendum terminos pr ſcribit: cum autem ea ſit Sectarior indoles, ut alieni imperii impatien ſub Religionis oppreſſæ obtentu inco ſoque belli metu jugum excutere, fu que rebellionis ſocios conquirere ſo leant: Ita quoque Erfordienſes refo ctarii ceterorum Proteſtantium Princ pum & Statuum, etiam in Ratisbonen ſibus comitiis congregatorum opem im plorabant, qui tamen eos ut, reſervat ſibi jure debito, pareant, admonebant ſolus tamen Elector Saxoniæ jus pro tectio

tectionis in hanc civitatem sibi ab anno octogesimo secundo sæculi decimi quinti assertum obtendebat, cui tamen Moguntinus antiquius Metropoleos jus pacemque Westphalicam oppposuit, jussitque, ut capta urbe, quicquid est juris, redimeretur. Interea præterlabuntur termini, præfigitur adhuc octidui spatium, intra quod novum Senatum restituerent, Limprechtum dimitterent, & tandem se mandatis paruisse docerent, aut proscriptionis pœnam experirentur: Incassum omnia; quapropter Elector denuo Cæsarem rogabat, ut Fecialem, qui in refractarios pœnam denuntiaret, Erfordiam decerneret: Comparuit hic Mense Octobri, unacum Notario, & quinque tubicinibus, ast seditiosi cognito ejus adventu ad Urbis portam, ductore quodam Hortulano turmatim convolant, fecialem contumeliis, & convitiis non modo in ejus personam sed & vestem demandatæ auctoritatis tesseram obruunt, sauciant, saxis impetunt, & tot verberibus onerant, ut cruore undique manans semianimis ex equo decideret: nec his contenti illum in vincula conjiciunt, illudunt, examinant atque impendentis periculi, vitæ & mortis metu ab eo extorquent, ut se suo officio haud functurum polliceretur, quo facto illum biduo post dimiserunt. Hanc

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Sæc. XVII. A. C. 1664

Hanc injuriam, violatique jur gentium, ac læsæ Majestatis crime cum excusando eluere desperarent, ob firmata armorum violentia tueri sta tuunt: igitur bellum parant, & Prote stantium subsidia petunt: ne ergo Ele ctor cunctatione, aut vana obsequii s ducia vim repellendo impar fieret, u que Cæsaris jussa validius exequi po set, Gallorum opem implorabat, cui s tiam Ludovicus Rex octo armatorum millia, Predelio belli experientia cla Ductore, submisit. His igitur necn Caroli Lotharingiæ Ducis copiis auct Elector, die septima Septembris pr mulgato edicto usurpata Principis jur spreta monita, ac Cæsaris mandata, le sam ejusdem Majestatem violatumqu jus gentium eisdem exprobrans, de clarabat, quod pœnam, cui ob perv caciam se obnoxios reddidissent, exs qui a Cæsare jussus esset. Opponeban equidem Protestantes huic edicto fr volas excusationes, confictaque jura sedulo etiam Principibus sectæ suæ ad dictis suspicionem ingerebant, perinde ac si sub specioso urbem compescend obtentu, Galli in Germaniam latius pe netrare seque in Imperii Principum ar bitros erigere molirentur: nec surdas pulsabant aures; vicini enim Principes, imo ipse etiam Sueciæ Rex per suos

Ora-

Oratores desuper apud Cæsarem & Ele- Sæc. XVII.
ctorem Moguntinum querebantur: Rex A. C. 1664.
vero Franciæ per Literas & Legatos suos declarabat, se ab omni alio hostili consilio alienum esse, & duntaxat suo fœderato Principi ad reprimendam subditorum rebellionem opem ferre: Interim Elector cum octo circiter suorum millibus, & Lotharingi Ducis necnon Monasterienſis Episcopi copiis urbem quatere cæpit, nihilominus seditiosi cives in turmam coeunt, ex urbe erumpunt, spoliant captivos, in Optimates inquirunt, e Curia Limprechtum & Hallenstorffium educunt, illos tanquam omnis mali incentores arguunt, fudibus cædunt, ut fere exanimes corruerent: Gudeni Electoralis Sigilliferi ædes spoliant, Kniphosium glande trajiciunt, & Limprechtum quæstionibus subjectum obtruncant, caput clavo ferreo in Curia suffixum, & truncum in foro exponunt. Tenuit hæc obsidio viginti septem dies, tandem vero seditiosi omni consilio & ope destituti die decima quinta Octobris tredecim præcipuos Senatores Pilterslebium ad Electorem ablegant, & deditionem certis conditionibus veniamque efflagitantes, urbis suæ claves genuflexi offerunt: Excepit eos Elector benignitate tanto Principi ingenita, eisque suæ sectæ libertatem

Sæc. XVII. A. C. 1664. tatem confirmavit: ipsi vero vicissi Electori velut supremo suo Domino te ritoriali necnon Sedi Moguntinæ h magium, obedientiam, fidelitatemq jurant, seque e civitatis ærario expe sas in hanc obsidionem factas refusur spondent. Postea Elector Limprech Quatuorviri cadaver exhumari, atq in Templo Mercatorum perhonorifi sepeliri, urbem primo Lotharingicis postea Moguntinis militibus, novis a geribus, & recens erecta arce S. Pet libertatis indomitæ fræno, muniri j sit. Sequenti autem anno in festo C poris Christi solemnis denuo habeba in urbe supplicatio a Lutheranis j dudum proscripta, quam vexillum p tiosissimum, & Lutheri commento lon antiquius e Curiæ latebris extract præcedebat. Audiebantur denuo t diviva campanarum murmura, inge tique Catholicorum lætitia ad quat Evangelia resonabant tormentor tonitrua. Residua demum contrové sia ob patrocinii jus Saxonicæ Dom ereptum anno sequenti die trigesim Decembris Lipsiæ composita est.

§. XXXVIII.

Julii Saccheti Cardinalis obitus.

Ut

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Unicus duntaxat ex Purpuratis hoc anno obiit Julius Sacchetus patria Florentinus, qui primævo naturæ genio præclaras perſpicacis ingenii, animique dotes conſecutus, humaniorum literarum ſtudio ingenti profectu incubuit, poſtea utriusque Juris ſcientia imbutus, ac Doctoratus laurea Piſis inſignitus, amplam de ſe expectationem haud fruſtrabatur. Inerat ei præcelſa indoles, vitæ modeſtia, Majeſtatis gravitas, rara prudentia, & profunda eruditio, toto tamen vitæ ſuæ curſu probus & doctus eſſe, quam videri maluit: ob id autem eruditis Viris ac præcipue Paulo V. acceptiſſimus, Romæ Prælatus Pontificius, Referendarius, & primarius Aulæ Judex renuntiabatur: mortuo demum Paulo Pontifice a Gregorio XV. Pro-Legatus Bononienſis, & ab Urbano VIII. Epiſcopus Gravienſis & Nuntius ad Hiſpaniæ Regem decretus, ubique raram animi magnitudinem, liberalitatem, juſtitiæ amorem, morumque integritatem præfetulit, totque meritorum ſuffragio abſens Romanam Purpuram adeptus, atque ad Fanenſem Eccleſiam translatus, Legatus a latere ad civitatem primo Ferrarienſem, poſtea Bononienſem deſtinabatur, inde vero Romam revocatus, per integros viginti tres annos

Ciacon. in vit. Urbani VIII. Ughell. Ital. Sacr.

Signa-

Sæc. XVII. A. C. 1664. Signaturæ Præfectum ſummo omni applauſu egit, ac præcipuarum C gregationum Præfecturam tanto Ecc ſiæ proventu geſſit, ut Pontifices p tius ſibi, quam Saccheto benefici vendicaſſe viderentur. Eminuit ſi gulari moderatione, qua poſt Urbani VI & Innocentii X. obitum in iteratis c mitiis ad D. Petri Cathedram a mul ardentiſſime expetitus, omnium vo ſpesque eluſit, ſeque ſupremo eti faſtigio, digniſſimum licet, eminenti rem tamen oſtendens, ipſemet ſu fautores Alexandro VII. conciliav ſemper enim ſe ipſo ſuperior, nunqu in proſperis elatum, nec in adve dejectum exhibuit animum, atque ultima etiam vitæ periodo, quam acutiſſimis calculi doloribus afflictare ad ſtuporem usque Orbis & Urbis mirabilem patientiam, & æquanimi tem præſetulit. Obiit denique Ro die vigeſima octava Junii anno æta ſuæ ſeptuageſimo ſexto, ſepultus Eccleſia Nationis Florentinæ ad S. Jo nem Baptiſtam.

§. XXXIX.

Chriſtiani Megapolitani Ducis matr monium a Papa diſſolutum.

Ja

Jam ab aliquo tempore inter Christianum Megapolitanum Ducem, & Christinam Margaretham ejus Conjugem acres gliscebant simultates, præcipue postquam Dux ejurato Lutheri errore ad fidem Catholicam revertendi consilium eidem manifestaverat; ipsa enim propositi sui tenax, nec Cæsaris, nec Electorum ac Principum hortationibus cedere voluit. Erat illa Marito suo secundi gradus consanguinitate propinqua, nihilominus tamen Swerinenses Prædicantes Pontificia quasi auctoritate nubendi veniam eidem gratiose impertiebantur, decimo autem post anno seu hujus sæculi sexagesimo idem matrimonium nullum irritumque pronuntiabant: Postquam vero Christianus Parisiis, ut supra meminimus, Romanæ Ecclesiæ manus dederat, de matrimonio suo auctoritate legitima dissolvendo cum Ludovico Galliarum Rege, & Barberino Cardinale egit, quorum etiam opera summus Pontifex Ducem ab omni prioris connubii vinculo liberum declaravit, facta ad novas transeundi nuptias facultate. Hac igitur obtenta, Christianus jam Catholicus anno priori Isabellam Angelicam Castellionis Ducis viduam duxit: quo comperto omnes Margarethæ propinqui, Prædicantes, omnesque Prote-

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Carol. mem. Eccl. Sæcul. XVII. l. 7. c. 23. Tuld. Hist. Decenn. l. 3. Vid supra §. 16. *p.* 63.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

ſtantes in comitiis Ratisbonenſibus ſ cunda hæc vota irritari, hoc anno p ſtulabant, ipſa quoque Margaretha r ſus in juris ſui conjugalis poſſeſſione d fendi petebat, eoquod Religionis m tatio ad diſſolvendum conjugium n eſſet modus inter Proteſtantes recept neque etiam Pontificis ſententia vale cum ejus Jurisdictio, utpote per pac Religioſam, nupera pace Weſtphal confirmatam in Proteſtantium ditio bus ſuſpenſa, nullius valoris eſſet, n Principem Lutheranam obſtringer cum autem ipſemet Imperator Pon cias literas ſua etiam auctoritate firm ret, ſimulque prolibus ex legitimo connubio ſuſcipiendis ſucceſſionis j & inveſtituræ gratiam promitte fruſtranea erat eorum oppoſitio.

§. XL.

Duodecim Cardinales ab Alexandro VII. inaugurati.

Ciacon. in vita Alexandri VII. tom. 4. Priorat. in vita Leopold. I. l. 4.

Eodem hoc anno die decima qua Januarii Alexander VII. Pontif duodecim ſelectos Præſules Cardi lium Collegio adſcripſit, quos in primus erat Hieronymus Boncom gnus, antea Bononienſis Archiepiſc pus, Cardinalis Presbyter tit. SS. Pe & Marcellini. II. Carolus Bonel pat

patria Romanus, Archiepiſcopus Corinthi, Cardinalis Presbyter tit. S. Anaſtaſiæ. III. Cœlius Piccolomineus Cæſareenſis Archiepiſcopus, Presbyter Cardinalis tit. S. Petri in Monte Aureo. IV. Carolus Caraffa Averſanus Epiſcopus, & Nuntius Apoſtolicus apud Leopoldum Cæſarem, qui ipſus in feſto S. Joſephi galerum rubrum ejusdem capiti, ſuumque maximi valoris annulum ejus digito impoſuit: Obtinuit titulum S. Suſannæ. V. Angelus Celſus Diaconus Cardinalis tit. S. Georgii in Velabro. VI. Paulus Sabellus Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ de Scala. VII. Alphonſus Litta ex Mediolanenſi Archiepiſcopo Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Jeruſalem. VIII. Nerius Corſinus Damiatæ Archiepiſcopus Cardinalis tit. SS. Nerei & Achilei. IX. Palurius de Albertonibus Cardinalis tit. SS Duodecim Apoſtolorum. X. Cæſar Raſponus Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam latinam. XI. Joannes Nicolaus de Comitibus Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ Transpontinæ. XII. Jacobus Philippus Ninnius Cardinalis Presbyter tit. S. Mariæ de Pace.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

§. XLI.

Principum atque Illuſtrium obitus.

Priorat. l. c. l. 3. p. 273.

Luctuoſum hunc annum fecit Auſtri cæ Domui Carolus Joſephus Imp ratoris Frater rebus humanis exempt & in cælum die vigeſima octava j nuarii, ut pie ſperatur, translatu Hic optimæ ſpei Princeps ac Paſſavien ſis & Olmucenſis Epiſcopus infirmitat quam anno priori artis medicæ ope luctatus fuerat, denuo oppreſſus, d ad Belgii gubernacula a Rege Hiſpa deſtinatus eo ire parat, Lincii nond emenſo decimo quarto ætatis ſuæ an deceſſit, eo majore luctu, quo inc tius totius Auguſtiſſimæ Domus A ſtriacæ ſpes in ſolo Leopoldo Cæſa & Archiduce Sigismundo Franci utroque innupto, reſidua eſſet. O etiam hoc anno die decima quarta ej dem Menſis Franciſca Magdalena C roli Emanuelis II. Sabaudiæ Duc conjux, ac Gaſtonis Aurelianenſis D cis Filia, de qua jam ſupra menti nem fecimus.

§. XLII.

Diverſæ Alexandri VII. Conſtitutiones.

Cu

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Cum Alexander VII. Papa post librorum prohibitorum Indices a Concilio Tridentino & Clemente VIII. concinnatos non modo a S. Romanæ Inquisitionis Cardinalibus sed & subsequentibus summis Pontificibus plures libros fuisse damnatos, nosset, hinc consultum censuit, ut novus ederetur Index, cui præfati Indices adderentur: hanc in rem die quinta Martii edita Bulla modum, quo hic Index conficeretur, præscripsit. Inhibuit insuper die vigesimo octavo Maji, ne Fratres Minores Tolosani novum Rosarium sub titulo S. Francisci inducant, nec tabellam exponant, in qua B. Virgo det SS. Francisco & Claræ Rosarium, nec etiam Sodales Confraternitatis Conceptionis immaculatæ Virginis supplicationem in prima Dominica cujuslibet Mensis celebrent: Ita nempe Ecclesia nunquam approbat devotiones, quæ ex æmulationis pruritu ortum trahunt, & dissidia necnon hæreticorum ludibria generant, aut novitatem superstitiosam redolent. Decrevit etiam idem Pontifex, die vigesima octava Junii, ut Festum S. Dominici in Neapolitano Regno tanquam de Patrono celebretur de Præcepto, huic decisioni ansam præbuit populi Neapolitani Religio erga S. Januarium; cum enim hunc sancto Do-

Bull. magn. Alex. VII. Const.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

minico veluti inferiori Patrono pos poni & S. Januario præeminentias de cerni peteret, Sacra quidem Congregatio annuit, ne tamen exin devot erga S. Dominicum decresceret, hin ad hujus populi votum Papa ejus f stum pariter servari voluit. Denique die vigesima Novembris præcepit, u Superior per se ipsum cum unico soci Generalis vero cum duobus pro Visitatione semel tantum in anno, Visitatori assistentibus quatuor Monalibu earum Monasteria, extra Visitationes vero cum facultate Ordinarii ingre possit, Confessarius autem absque n cessitate non ingrediatur, nec ibide pernoctare valeat, sed in suo Monas rio, vel in æde non contigua Monas rio moretur.

§. XLIII.

Sacrarum Congregationum Decisiones.

Decis. S. Congr. Rit. Concil. &c.

Ad varia dubia subinde proposita s quentes reperiuntur Sacrarum Con gregationum Romanarum decisiones. primo quidem die decima quarta M sacra Rituum Congregatio decidit, quo in exequiis unica Crux adhibenda sit p lius Ecclesiæ, ad quam Cadaver de fertur, nisi Capitulum Cathedralis ve

Colle

Collegiatæ funeri interſit; tunc enim Crux Capitularis privative adhibenda ſit. Declaravit etiam S. Concilii Congregatio die quinta Julii, quod lethaliter peccet, & ad reſtitutionem teneatur, qui tot Miſſas non celebrat, quot juxta datam eleemoſynam præſcriptæ fuerint, ſicut & ille, qui retinet ſibi partem ſtipendii, etſi exhibeat ſtipendium taxatum celebranti. Decidit quoque die duodecima ejusdem Menſis ſacra Rituum Congregatio, quod recitantes ex legitima conceſſione Officium Corporis Chriſti in qualibet feria quinta non impedita Feſto novem lectionum, illud recitare debeant, ut præſcribitur in die ejusdem Solemnitatis, Miſſam vero celebrare de communi ſeu Votivam: Anniverſaria autem & Miſſæ de *Requiem*, quæ ex diſpoſitione teſtatorum quotannis ſunt cantandæ, poſſint cantari, etſi ipſorum obitus dies inciderit in feſtum duplex majus. Denique S. Congregatio Immunitatis declaravit die decima ſexta Decembris, quod Ordinarii & Epiſcopi, qui cenſuratos ob violatam immunitatem ſine facultate Sedis Apoſtolicæ abſolvunt, incidant in excommunicationem eidem S. Sedi reſervatam, a qua tamen ordinaria datur facultas, ut ſe abſolvi faciant a ſuis Confeſſariis privatim, & cum ſum-

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Sæc. XVII. A. C. 1664. mo Pontifice agatur pro dispensatione Irregularitatis incursæ.

§. XLIV.

Synodi Monasterienſis, Tornacenſis & Cameracenſis decreta.

Hartz. Concil. Germ. tom. 10. RUrsus hoc anno Bernardus a Galen Monasterienſis Episcopus duas Epi stolas Pastorales edidit, in quibus Cle rum suum ad observanda decreta in tu Synodis stabilita hortabatur; partes quoque Franciscus Villani a Gandav Tornacensis Episcopus Diæcesanam ha buit Synodum, in qua itidem quorun dam priorum statutorum Tornacensiu executionem inculcabat; reipsa enim adversus omnis generis corruptelas, & vitia tam contra bonos mores, quam Ecclesiæ disciplinam irrepentia tot Sy nodi totque statuta & præcepta fue runt sancita, ut si eorum observanti potuisset impetrari, & nisi inveterat morum pravitas, pravi exempli potes tia, & in vetita proruendi proclivitas prævalerent, tot Diæcesanas Synodos habere, superfluum esse videretur: ea propter in primis quatuor Ecclesiæ sæ culis, ubi morum Sanctitas tam in Clero quam in populo adhuc viguit, & pretiosus Christi Domini Sanguis ad huc calidus in fidelium venis ebullivit, pau-

paucas Synodos circa disciplinam, potissimas contra enascentes hæreses fuisse celebratas videmus. Sæc. XVII. A. C. 1664.

Insuper hoc anno die prima Octobris Casparus Nemius Cameracensis Archiepiscopus Decanorum Congregationem habuit, in qua illis præcepit, ut sincere Archiepiscopo deferant, quos vel ob vitæ licentiam, vel literarum defectum Sacris officiis minus aptos noverint, ut novo examini subjiciantur, & inepti ab officio suspendantur. Statuit etiam sub pœna trium florenorum, ne quis tempore Concionis vel Catechismi Missam privatam celebrare audeat. Denique declaravit, quod nullus pro subdiaconatu ad examen sit admittendus, nisi testimonium a Decanis subscriptum de vitæ probitate, deposita confessione Generali, & factis proclamationibus exhibuerit.

§. XLV.

Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.

Nonnullos ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc anno obiere, subjungere lubet; hos inter primus occurrit Franciscus de Salgado, qui duos tomos edidit de regia protectione oppressorum a cauſſis & Judicibus Ecclesiasticis *Witte Diar. Biogr. Mandos. Bibl. Rom.*

Sæc. XVII. A. C. 1664.

sticis appellantium, & tractatum de supplicatione ad Sanctissimum a Bullis & literis Apostolicis importune impetratis: uterque tamen hujus Auctoris liber a sacra Inquisitionis Congregatione proscriptus fuit. II. Ludovicus Jacobillus præter plurima Theologica scripsit tractatum de Angelis, vitas, & elogia Variorum, discursum historicum de civitate Fulginatensi, Bibliothecam Umbriæ. III. Jacobus Maurus Benedictinus Congregationis S. Mauri Historiam S. Joannis Laudunensis edidit, atque in detegendis Asceticarum libris perutilem operam Luc d'Acherio præstitit. IV. Claudius Chastelou ex eadem Congregatione scripsit quinque tomos Bibliothecæ Ascetic ex veteribus Patribus; concinnavit quoque novam editionem sermonum D. Bernardi, præter librum S. Basilii Regularum fusius explicatarum: Elucubravit insuper Abbatiæ Montmajoris S. Andreæ Avenionensis Historiam, quam tamen nondum publicam lucem aspexit. V. Henricus Wangnerek S. J. didit notas in Confessionem S. Augustini, tractatum de traduce, & creatione animæ rationalis, Vindicias adversus Pseudo-Politicos, Zodiacus Marianum, Antitheses Catholicas de fide & bonis operibus præter plura alia

Menagian t. 2. p. 265.

VI. Franciſcus Ayres Jeſuita ſcripſit Directorium ſpirituale, theatrum Divinorum triumphorum, imaginem prudentium, & ſpeculum ignorantium, exemplaria metaphorica, epitomen ſpiritualem, & alia nonnulla. VII. Henricus Marcellius itidem Socius poſteris reliquit Theologiam Divinæ Scripturæ, armamentarium ſcientificum, diſſertationem Apologeticam & aliam de Euchariſtia, Proteſtationem Chriſtianam, Canones explicandæ S. Scripturæ, commentaria in librum Joſue, & plura alia. VIII. Joannes Baptiſta de Morales Ord. FF. Prædicatorum, qui ob Confucii cultum, quem contra Jeſuitas reprobabat, variis calamitatibus, flagellis & exilio inhumane excruciatus, occaſione hujus controverſiæ edidit ſua ſeptendecin quæſita, quæ jam ſupra adduximus, item Sinenſium Miſſionariorum Ord. FF. Prædicatorum ſententiam, libellum ſupplicem S. Congregationi porrectum, tractatum circa controverſias inter PP. Dominicanos & Jeſuitas, libellum ſeu Catechismum ſinice ſcriptum, Hiſtoriam Evangelicam Regni Sinenſis, relationem doctrinarum, & modi, quem Jeſuitæ in converſione Sinenſium tenent, præter ſcriptum aliud, quo hic Author probat, *ſe in conſcientia non poſſe ſe conformare Praxi Patrum*

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Vid. ſupra tom. 61. *p.* 201. §. 66. *pag.* 219.

Sæc. XVII. A. C. 1664. *Patrum Societatis.* IX. Joannes Obr Carmelita, publici juris fecit ſuum th ſaurum ſacroſanctæ Miſſæ & Impoſ rem detectum, præter reſponſum tum libro Joannis Bruguieri Mini Nemauſenſis.

§. XLVI.

Proteſtantium Scriptorum libri deceſſus.

Wood. Ath. Oxon. Freher. Theatr. erud. Ex Acatholicis Scriptoribus hoc no denatis memoratu digni Joannes Buxtorfius, qui lexicon braicum, tractatum de punctis, di tationem de ſponſalibus, exercita nes de Arca, florilegium, pluraque lia ſcripſit. II. Jacobus Hoat edi Hiſtoriam de reſtitutione Caroli II. gellum ſeu vitam Cronwelli, de ptionem Anglorum Martyrum &c. Jeremias Stephanus, qui poſteritati liquit S. Gregorii Magni librum de Paſtorali emendatum & reſtitutu notas in Cypriani librum de unitate cleſiæ, & in ejusdem librum de bo patientiæ, & Apologiam pro ve jure Epiſcoporum ad ſuffragia in lamento ferenda. IV. Jacobus We rus edidit anatomiam Maſſonii, exp ſitionem Pſalmi I. & capitis quinqu geſimi tertii Iſaiæ, præter diſputat

nem de Idololatria Pontificiorum, & aliam contra Becanum. V. Richardus Byfeild ſcripſit tractatum in c. 8. Rom. refutationem tractatus de Sabbato, & alium de luce fidei & via ad pietatem. VI. Daniel Brenius elucubravit breves notas in V. & N. Teſtamentum, compendium Theologiæ Erasmicæ, pluraque alia. Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. XLVII.

Juramenti formula ab Alexandro VII. Pontifice præſcripta.

Poſtquam omnia effugia, quibus Janſenii fautores formulæ ſubſcriptionem eludere nitebantur, tam Franciæ Præſulum vigilantia, quam Regis auctoritate fuerant præcluſa, ultimum adhuc arietem Janſeniſtæ adverſus eandem admovere tentabant, aſſerentes, Pariſienſis Conventus formulam a Pontifice non fuiſſe approbatam, imo & rejectam, eoquod nec in ſuis Conſtitutionibus, nec in literis ad Franciæ Epiſcopos datis vel unquam de hac formula mentionem feciſſet, proin haud credendum eſſet, quod pro exequendis ſuis Conſtitutionibus ejusmodi formulam ac ſubſcriptionem in Galliis exigeret, quam nequidem Romæ fieri præſcripſiſſet. Ut ergo hoc quoque frivolum effugium *Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 314.*

Sæc. XVII. A. C. 1665. fugium præcluderetur, Ludovicus XI
Rex in ſecretiore ſuo Senatu de re
rogandum eſſe Pontificem, ut ipſe
ejusmodi formulam, cui in Galliis
ubique ſubſcriberetur, præſcriber
Annuit perlubenter Pontifex Regi
Præſulumque voto, hancque in re
die decima quinta Februarii unacu
juramenti formula, quæ cum ea a Cle
præſcripta omnino conſona erat, ſ
quentem Conſtitutionem edidit:

„Regiminis Apoſtolici Divina pr
„videntia nobis quamvis immeri
„commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea p
„tiſſimum, quæ Catholicæ Religion
„integritati, & propagationi, anim
„rumque ſaluti, & fidelium tranquil
„tati conſulere apta & idonea eſſe ju
„cantur, animum & curam omne
„quantumlibet in Domino applicem
„Quamobrem *Cornelii Janſenii* hæreſ
„in Galliis præſertim ſerpentem ab
„nocentio X. felicis recordationis pr
„deceſſore noſtro fere oppreſſam ad
„ſtar colubri tortuoſi, cujus caput
„tritum eſt, in varios gyros & Cavill
„tionum deflexus euntem, ſingula
„Conſtitutione ad hunc finem edit
„altero aſſumptionis noſtræ anno e
„tinguere conati fuimus, ſed ut mult
„plices hoſtis hominum generis arte
„adhibet, nondum plene conſequi p
„tuimu

„tuimus, ut omnes errantes in viam, Sæc. XVII.
„ſalutis redirent; qui tamen unicus e- A. C. 1665.
„rat votorum, & curarum noſtrarum
„ſcopus, quibus operam & induſtriam
„ſuam egregio ſane ſtudio venerabiles
„fratres noſtri Archiepiſcopi Regni Gal-
„liæ earumdem Conſtitutionum Apo-
„ſtolicarum executioni præcipue intenti
„contulerunt, & Chariſſimus in Chriſto
„Filius Noſter Rex Chriſtianiſſimus, ſin-
„gulari pietate auxiliarem dextram
„ſtrenuo, ac conſtantiſſimo animo por-
„rexit. Cum autem præfatus Rex
„Chriſtianiſſimus eodem Religionis Zelo
„ductus per ſuum in urbe Oratorem no-
„bis ſignificari, exponique curaverit,
„nullum aliud remedium opportunius
„peſtiferæ hujus contagionis reliquiis
„extirpandis adhiberi poſſe, quam ſi
„omnes certam formulam ſubſcribe-
„rent noſtra Authoritate firmatam, in
„qua quinque propoſitiones ex *Cornelii*
„*Janſenii* libro, cui titulus, *Auguſtinus*,
„excerptas ſincere damnarent, ac pro-
„inde illam a nobis quanto citius ex-
„pediri, ad quælibet effugia præclu-
„denda, omnesque removendos obten-
„tus flagitaverit. Nos tam piis dicti
„Regis Chriſtianiſſimi votis benigne
„annuendum eſſe ducentes, formulam
„infra ſcriptam ab omnibus Eccleſia-
„ſticis etiam venerabilibus Fratribus
„No-

Sæc. XVII. A. C. 1665.

„Noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcop
„necnon aliis quibuscunque Eccle
„ſtici Ordinis, tam Regularibus, qua
„ſæcularibus, etiam Monialibus, Do
„ribus, & Licentiatis, aliisque Co
„giorum Rectoribus atque Magi
„ſubſcribi diſtricte mandamus, id
„intra tres menſes a die publicatio
„ſeu notificationis præſentium; a
„contra eos, qui intra terminum pr
„tum non paruerint, irremiſibil
„procedi volumus juxta canonicas C
„ſtitutiones, & Conciliorum decre

Formula a ſupradictis ſubſcribe

Ego N. Conſtitutioni Apoſtolicæ
nocentii X. datæ die 31. Maji 165
Conſtitutioni Alexandri VII. dat
Octobris 1656, ſummorum Pontifi
me ſubjicio, & quinque propoſitio
ex *Cornelii Janſenii* libro, cui nom
Auguſtinus, excerptas, & in ſenſu
eodem Authore intento prout illas
dictas Conſtitutiones Sedes Apoſto
damnavit, ſincero animo rejicio,
damno, & ita juro, ſic me Deus adjuv
& hæc ſancta Dei Evangelia.

„Decernentes inſuper præſentes
teras ſemper, & perpetuo validas,
„efficaces exiſtere, & fore, ſuosq
„plenos & integros effectus ſortiri,
„ob

„obtinere, ſicque per quoscunque ju- Sæc. XVII.
„dices ordinarios & delegatos, ubique A. C. 1665.
„judicari, & definiri debere, ſublata
„eis, & eorum cuilibet quavis aliter
„judicandi & interpretandi facultate &
„Authoritate; ac irritum, & inane
„eſſe, ſi ſecus ſuper his a quocunque
„quavis Authoritate ſcienter, vel igno-
„ranter contigerit attentari. Quocirca
„Venerabilibus Fratribus Archiepiſco-
„pis, & Epiſcopis, aliisque locorum
„Ordinariis committimus, & manda-
„mus, ut ſinguli in ſuis Diæceſibus,
„ac locis ſuæ jurisdictioni ſubjectis præ-
„ſentes literas, & in eis contenta quæ-
„cunque exequantur, & exequi ac ob-
„ſervari ab omnibus curent, & inobe-
„dientes quoscunque per ſententias,
„cenſuras, & pœnas, aliaque juris &
„facti remedia, appellatione poſtpoſita,
„invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,
„brachii ſæcularis auxilio, omnino
„compellant.„

§. XLVIII.

Franciæ Regis decretum de exequenda hac Pontificis Conſtitutione.

Accepta hac Alexandri Pontificis Conſtitutione Ludovicus Franciæ Rex, ut illius executionem ſua quoque auctoritate urgeret, ipſus die vigeſima *Argentrel. & du Mas hiſt. de cinq prop. l. 5.*

Sæc. XVII. A. C. 1665. cunda Aprilis Parlamentum denuo i greſſus, mentem ſuam circa præſatu Conſtitutionem declaravit, hanc declarationem ad acta referri præce Erat autem Regii hujus decreti ſu ma hæc: „Cum omnes ſubditos noſtr „in rebus fidei & Religionis unitos e „exoptemus, omnium novitatum, q „bus conſcientiarum quies, Eccle „ac Regni tranquillitas perturbari p „ſet, progreſſibus obſiſtere adſtrin „mur, & erroribus fidei puritate „noſtris Majoribus acceptam viola „bus obicem ponere ſatagimus: ea „pter Pontificum deciſiones ab Ecc „receptas, quibus nova Janſenii ſe „evertitur, noſtra quoque auctori „firmare voluimus, & ab primo no „hujus ſectæ ortu usque ad noſtram „claronem anno priori factam, „ejus progreſſum ſiſtamus, nil inte „tum reliquimus, & poſtquam re „noſtri Præſules poſt crebras con „tationes fidei formulam ab omni „Eccleſiaſticis ſignandam præſcri „runt, ac noſtræ auctoritatis opem i „plorarunt, nos eandem per Regi „diploma, nobis præſentibus, ad P „lamenti acta relatam approbavim „ejusque executionem præcepim „Verum quamvis, Deo noſtris con „bus adſpirante, naſcentis hujus

„resis cursum tam prospero successu in- Sæc. XVII.
„hibuerimus, ut nonnisi exiguus super- A. C. 1665.
„sit numerus eorum, qui per affecta-
„tam cæcitatem, & excogitatas subti-
„litates decisionibus unanimi Ecclesiæ
„consensu receptis resistunt, nihilomi-
„nus cum adhuc præcipui hujus factio-
„nis Patroni adhucdum suorum errorum
„damnationem eludere conentur, &
„sacræ Sedis Decisiones, Episcoporum
„judicia, & Parisinæ Facultatis sen-
„tentiam contemnentes formulæ a no-
„stris Præsulibus conceptæ subscribere
„recusent, operi tam proficuo, & ad
„Religionis & Regni bonum adeo utili
„ultimam manum admovere decrevi-
„mus, & quamvis falsitas suorum effu-
„giorum omnibus innotescat, & exco-
„gitata eorum distinctio inter jus &
„factum per luculentas Pontificum de-
„clarationes, Cleri Gallicani authorita-
„tem, & unanimem ferme omnium
„Præsulum consensum penitus sit eversa,
„& Pontifex suis ad Præsules literis &
„refractariorum reprehensione hanc
„Præsulum formulam sat abunde ap-
„probarit, cum tamen nondum horum
„pertinacia frangi potuerit, hinc con-
„sultum fore censuimus ut rursus ad
„Caput Ecclesiæ recurramus, quate-
„nus summus Pontifex suam auctorita-
„tem cum illa horum Præsulum con-

Sæc. XVII. A.C. 1665.

„jungens illos ad subscribendum con
„pelleret. Annuit etiam Pontifex nostr
„desiderio, promulgata nupera Co
„stitutione, quam unacum formula
„annexa in nostro Senatu examinatam
„cum nihil Ecclesiæ Gallicanæ liber
„tatibus, aut nostræ auctoritatis jur
„bus contrarium contineat, ex plen
„tudine nostræ potestatis in toto nostr
„Regno recipi, promulgari, & invio
„late observari præcipimus, & cunctis
„Præsules hortamur, ut ab omnibus
„Ecclesiasticis formulæ in præfata Co
„stitutione contentæ, *absque ulla dissi*
„*ctione, interpretatione aut restrictione*
„recte vel indirecte Innocentii X.
„Alexandri VII. derogante subscribi pr
„cipiant, nosque de hujus mandati ex
„cutione certiores faciant, declarante
„quod illi, qui in suis subscriptionib
„tali interpretatione usi fuerint, p
„nis in præfata Constitutione, &
„præsenti diplomate nostro conten
„obnoxii sint. Præcipimus etiam co
„nibus Ecclesiasticis etiam Monialibus
„ut insuperhabita quacunque exempti
„ne vel privilegio intra trimestre hu
„formulæ subscribant: eapropter cu
„ctis hisce privilegiis derogamus, e
„quod ea, quæ fidei puritatem, & d
„ctrinalium quæstionum decisione
„concernunt, declarandi auctorit
„nul

„nullo privilegio Episcopis auferri va- Sæc. XVII.
„leat. Refractarii autem vel Episcopi A. C. 1665.
„non subscribentes, vel subscriptionem
„non urgentes juxta Constitutiones
„Canonicas & Regni nostri leges, *re-*
„*mota omni appellandi facultate* punian-
„tur, eorum beneficia vacare decla-
„rentur, & proventus eis eripiantur,
„& ad omnia beneficia incapaces sint,
„nisi prius subscripserint: Prohibemus
„etiam, ne Jansenii liber vendatur vel
„retineatur, nec in ejus defensionem
„quicquam scribatur, vel typis edatur,
„sub pœna hæreticorum fautoribus &
„publicæ quietis perturbatoribus præ-
„stituta, &c.

§. XLIX.

Hoc idem decretum Regis jussu ad Parlamenti acta relatum.

Quoniam vero Rex probe perspectum haberet, non paucos ex Parlamenti Senatoribus famosa distinctione juris & facti formulæ subscriptionem eluisse, hinc se præsente non modo Regium hoc decretum, sed etiam nuperam Pontificis Constitutionem unacum annexa formula prælegi, promulgari, ad Parlamenti acta referri, & ab omnibus observari præcepit. Huic Regis mandato die vigesima nona Apri-

Sæc. XVII. A C. 1665. lis Parlamentum morem gessit, hoc decretum ac Alexandri Papæ Con tutionem actis suis inseruit. Id v potius Regis reverentia, quam sinc obtemperandi pronitate factum fuis haud temere conjici potest, postqu enim Sorbona paulo ante die tertia bruarii hanc propositionem: *Ad pertinet inhærere determinationi summi P tificis in his, quæ sunt fidei & quæ spe ad bonos mores, quia in hujusmodi Ecclesia errare non potest*, tanquam sam & temerariam perstrinxit, ha que censuram Parlamentum die v sima nona Julii approbavit, & Pap esse fallibilem, necnon Concilio Decretis subjectum pluribus oste sategit, ægre quis sibi persuadere p rit, quod Parlamentum sincera fide dere & jurare voluerit, quinque p positiones ex Jansenii libro excerp in sensu ab eodem intento damn esse, ex eo duntaxat capite, quia a duobus Pontificibus decisum Sub idem ferme tempus Parisiis ptum quoddam, in quo Robertus dis Apostolicæ Nuntius sibi Pontif Delegati titulum apud Regem & Reg Ordines asserebat, publice Apparit manibus laceratum est.

§.

Sæc. XVII.
A. C. 1665.

§. L.

Quatuor Franciæ Episcoporum oppositio contra formulæ subscriptionem.

Promulgato hoc Regis decreto Perefixus Parisiensis Archiepiscopus die decima tertia Maji edictum publici juris fecit, quo dogmata fide Divina credi jussit, quoad *facta vero non revelata ab Ecclesia veram exigi submissionem edixit, qua fideles sincera & integra fide Jansenianæ Doctrinæ in quinque propositionibus condemnatæ acquiescerent, cum evidens sit, quod sine eo subscriptio nil nisi mere illusio Pontificiarum Constitutionum & Episcoporum esset.* Nondum igitur Perefixus a priori sua sententia de fide humana testimonio Ecclesiæ innixa recesserat, in hoc etiam culpandus, quod contra Alexandri VII. & Franciæ Regis interdictum additione seu restrictione usus fuerit, cum tamen ceteri Franciæ Præsules simpliciter & sine distinctione inter jus & factum, formulæ subscribi mandassent, excepto Pavillonio Aletensi Episcopo, qui die prima Junii suo „mandato inseruit, quod duntaxat in „veritatibus revelatis judicium nostrum „in obsequium fidei captivare teneamur, ad cognoscendas autem reliquas

P. Honore Carme Observ. dogm. sect. 3. pag. 125.

Sæc. XVII. A. C. 1665. „veritates utpote non omnino neceſſ
„rias Deus nobis infallibilem auctorit
„tem non reliquerit, Eccleſia autem
„quando judicat, an propoſitiones v
„ſenſus hæretici in aliquo libro con
„neantur, & an Author intendat ſe
„ſum hæreticum, duntaxat lumi
„humano utatur, proin falli poſſit, quam
„vis haud liceat, ſeſe contra ejus d
„ciſiones judicio temerario oppone
„ſed requiratur, ut in ſilentio illud
„vereamur.„

Diſplicuit hæc interpretandi r
ceteris Epiſcopis, qui apud Regem
eo querebantur, viciſſim quoque
villonius apud Apoſtolicum Nunti
in lamenta prorupit, quod, quam
in omnibus Sanctitati ſuæ obtemper
paratus eſſet, nihilominus non pa
ejus famæ derogare molirentur:

Inſuper Nicolaus Choart Bello
cenſis Epiſcopus mandatum Aleten
ad verbum die vigeſima tertia Junii
ſcripſit, & Henricus Arnaldus An
gavenſis Præſul eundem ſenſum in
mandato adoptabat, ac denique Fra
ciſcus Stephanus Caulet Apamien
Epiſcopus die vigeſima octava Maji
ſtinctione inter jus & factum utebatu
pari ferme tenore ſeſe explicabat Ep
ſcopus Noviodunenſis, quamvis in qu
dam epiſtola ad Senatum data aſſeru
ſe

set, quod reverentiali submissione erga factum nequaquam omnem internam judicii submissionem, sed duntaxat fidei divinæ subjectionem excludere intenderit. Verum Franciæ Rex horum quatuor Episcoporum mandata tanquam Sedis Apostolicæ menti, & Regio edicto contraria die vigesima Julii irrita declarabat, eaque sacra Inquisitionis Congregatio die octava Julii, & biennio post die quinta Januarii in Indicem librorum prohibitorum retulit, nihilominus hi quatuor Episcopi, ut postea recensebimus, nonnisi anno hujus sæculi sexagesimo nono a suo proposito amoveri poterant, Jansenii fautoribus interim nulla habita Regii interdicti ratione, passim virulenta scripta adversus formulæ subscriptionem in vulgus spargentibus. Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. LI.

Quædam laxiores doctrinæ ab Alexandro VII. Papa proscriptæ.

Eo tempore, quo Jansenistæ rigidiorem morum doctrinam profiteri affectabant, tum, aut illis contradicendi studio, aut innata ad laxitates proclivitate ingenii, quamplurima prodiere opuscula, in quibus opiniones a sana doctrina plurimum recedentes non sine *Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 310.*

Sæc. XVII. A.C. 1665. maxima morum corruptela paſſim pu- pugnabantur: Ut ergo huic malo medium opponeretur, ſacra Gener Inquiſitio Romana juſſu Alexandri P pæ VII. viginti octo ejusmodi propo tiones morum diſciplinam everte die vigeſima quarta Septembris da navit: Hujus autem Decreti tenor e ſequens:

„Sanctiſſimus D. N. audivit non ſi „magno ſui animi dolore, compl „opiniones Chriſtianæ diſciplinæ „laxativas, & animarum perniciem „ferentes, partim antiquatas iter „ſuſcitari, partim noviter prodire; „ſummam illam luxuriantium inge „rum licentiam in dies magis ex „ſcere, per quam in rebus ad Conſci „tiam pertinentibus modus opina „irrepſit alienus omnino ab Evange „ſimplicitate, ſanctorumque Pat „Doctrina, & quem ſi pro recta re „fideles in praxi ſequerentur, ing „irreptura eſſet vitæ Chriſtianæ „ruptela. Quare ne ullo unquam te „pore viam ſalutis, quam ſuprema „ritas Deus, cujus verba in æter „permanent, arctam eſſe definivit, „animarum perniciem dilatari, „verius perverti contingeret: Id „Sanctiſſimus D. N. ut oves ſibi cre „tas ab ejusmodi ſpatioſa, lataque, „qu

„quam itur ad perditionem, via pro „pastorali sollicitudine in rectam semi- „tam evocaret, earundem opinionum „examen pluribus in sacra Theologia „Magistris, & deinde Eminentissimis, „& Reverendissimis DD. Cardinalibus „contra hæreticam pravitatem genera- „libus inquisitoribus serio commisit: „qui tantum negotium strenue aggressi, „eique sedulo incumbentes, & mature „discussis usque ad hanc diem infra „scriptis propositionibus, super una- „quaque ipsarum sua suffragia sanctitati „suæ sigillatim exposuerunt.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. LII.

Propositiones ab Alexandro VII. Papæ damnatæ.

I. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & Charitatis, ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

II. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

III. Sententia asserens, Bullam cænæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare Facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Julii

Sæc. XVII. A. C. 1665.

18. Julii in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata est.

IV. Prælati regulares possunt in fo Conscientiæ absolvere quoscunque s culares ab hæresi occulta, & ab e communicatione propter eam incur

V. Quamvis evidenter tibi cons Petrum esse hæreticum, non tene denunciare, si probare non possis.

VI. Confessarius, qui in sacram tali Confessione tribuit pœnitenti cu tam postea legendam, in qua ad ve rem incitat, non censetur sollicitasse confessione, ac proinde non est nunciandus.

VII. Modus evadendi obligation denunciandæ sollicitationis est, si licitatus confiteatur cum sollicitan hic potest ipsum absolvere absque o denunciandi.

VIII. Duplicatum stipendium po sacerdos pro eadem missa licite a pere, applicando petenti partem et specialissimam fructus ipsimet celebra correspondentem, idque post Dec tum Urbani VIII.

IX. Post decretum Urbani potest cerdos, cui Missæ celebrandæ trad tur, per alium satisfacere, collato minori stipendio, alia parte stipend sibi retenta.

X. N

X. Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

XI. Peccata in Confessione ommissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam caussam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.

XII. Mendicantes possunt absolvere a Casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum Facultate.

XIII. Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.

XIV. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

XV. Pœnitens propria Authoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

XVI. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab ordinario.

XVII. Est licitum Religioso vel Clerico Calumniatorem, gravia crimina de se, vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defen-

Sæc. XVII. A. C. 1665.

defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi Calumniator ſit, paratus vel ipſi Religioſo, vel ejus religioni publice, & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.

XVIII. Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam judicem, a quo iniqua certo imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare.

XIX. Nec peccat maritus occidens propria authoritate uxorem in adulterio deprehenſam.

XX. Reſtitutio a Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in Conſcientia ante ſententiam declaratoriam judicis, eoquod ſit pœna.

XXI. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacat, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet.

XXII. Non eſt contra juſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

XXIII. Frangens jejunium Eccleſiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, vel inobedientia

hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto.

XXIV. Mollities, Sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.

XXV. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

XXVI. Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

XXVII. Si liber sit alicujus junioris & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse a sede Apostolica tanquam improbabilem.

XXVIII. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam.

Damnatis hisce propositionibus S. Congregatio suum decretum his verbis concluſit: „His peractis dum similium „propositionum examini cura & studium „impenditur, interea idem Sanctissimus „re mature considerata statuit, & de„crevit, prædictas propositiones, & „unamquamque ipsarum, ut minimum „tanquam scandalosas esse damnandas, „&

Sæc. XVII. A. C. 1665. „& prohibendas, ſicut eas damnat
„prohibet, ita, ut quicunque illas
„conjunctim aut diviſim docuerit, de
„fenderit, ediderit, aut de ejus etia
„diſputative publice aut privatim tr
„ctaverit, niſi forſan impugnando, in
„facto incidat in excommunicationem
„a qua non poſſit (præterquam in
„ticulo mortis) ab alio, quacunq
„etiam Dignitate fulgente, niſi a
„tempore exiſtente Romano Pontif
„abſolvi. Inſuper diſtricte in virtu
„ſanctæ obedientiæ, & ſub intermi
„tione divini judicii prohibet omnib
„Chriſti fidelibus, cujuscunque con
„tionis, Dignitatis, ac ſtatus, etia
„ſpeciali & ſpecialiſſima nota dign
„ne prædictas opiniones, aut aliqu
„ipſarum ad praxim deducant.„

Anno autem ſequenti die dec
octava Martii eadem S. Congregati
ſummi Pontificis mandato has quo
ſeptendecim propoſitiones proſcripſ

I. In die jejunii, qui ſæpius m
cum quid comedit, etſi notabilem qua
titatem in fine comederit, non fra
git jejunium.

II. Omnes officiales, qui in
publica corporaliter laborant, ſunt e
cuſati ab obligatione jejunii, nec de
bent ſe certificare, an labor ſit compa
tibilis cum jejunio.

III. E

III. Excusantur absolute a præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcunque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius Diei conficiant.

IV. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadragesima obliget.

V. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui Beneficii fecerit.

VI. In die palmarum recitans officium pascale satisfacit præcepto.

VII. Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

VIII. Regulares possunt in foro Conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expresse revocata per Concilium Tridentinum.

IX. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ a Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

X. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

XI. Illa particula, *quamprimum*, intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

XII. Est probabilis opinio, quæ dic esse tantum veniale, osculum habitu ob delectationem carnalem, & sen bilem, quæ ex osculo oritur, sec periculo consensus ulterioris, & pol tionis.

XIII. Non est obligandus concu narius ad ejiciendam concubinam, hæc nimis utilis esset ad oblectame tum concubinarii, vulgo, *regalo*, du deficiente illo nimis ægre ageret v tam, & aliæ epulæ tædio magno co cubinarium afficerent; & alia fam nimis difficile inveniretur.

XIV. Licitum est mutuanti aliqu ultra sortem exigere, si se obliget non repetendam sortem usque ad c tum tempus.

XV. Annuum legatum pro anim relictum, non durat plusquam per d cem annos.

XVI. Quoad forum conscientiæ, re correcto, ejusque contumacia cessante cessant censuræ,

XVII. Libri prohibiti, donec expu gentur, possunt retineri, usque du adhibita diligentia corrigantur.

Postea sacra Congregatio hæc sub junxit: „His mature pensatis idem sa „ctissimus statuit, ac decrevit prædictas „propositiones, & unamquamque ipsa „rum, ut minimum tanquam scanda „losis

„losas esse damnandas, & prohiben- Sæc. XVII.
„das, sicut eas damnat ac prohibet. A. C. 1665.
„Ita, ut quicunque illas aut conjun-
„ctim, aut divisim docuerit, defende-
„rit, ediderit, aut de eis etiam disputative, publice, aut privatim tracta-
„verit, nisi forsan impugnando, ipso
„facto incidat in excommunicationem,
„a qua non possit (præterquam in ar-
„ticulo mortis) ab alio, quacunque e-
„tiam Dignitate fulgente, nisi a pro
„tempore existente Romano Pontifice
„absolvi. Insuper districte in virtute
„sanctæ Obedientiæ, & sub intermina-
„tione divini judicii prohibet omnibus
„Christi fidelibus, cujuscunque condi-
„tionis, dignitatis, ac status, etiam
„speciali & specialissima nota dignis,
„ne prædictas opiniones, aut aliquam
„ipsarum ad praxim deducant.„

§. LIII.

Censura Facultatis Theologicæ Pictaviensis contra Probabilitatem.

Hoc item anno ad vigesimam primam Junii diem Pictavii solemnis indicebatur disputatio in Sammarthano Jesuitarum Collegio habenda; cum autem inter alias theses etiam probabilitatis usus fuisset stabilitus, mox Facultatis Theologicæ Syndicus rem ad *Acta Cleri Gall. tom. I. pag. 130.*

Sæc. XVII. A. C. 1665. Pictavienſem Univerſitatem detul
quæ in FF. Prædicatorum Conven
congregata mature examinatis propo
tionibus hanc pronuntiavit cenſuram
„Quantum hiſce noviſſimis temporib
„Eccleſiæ nocuerit effrænis in mora
„doctrina ſcribendi, & opinandi rece
„tiorum licentia, jam pridem agnov
„runt prudentes, & cordati viri. Gra
„ſanti huic malo occurrere non ſem
„conati ſunt tum Illuſtriſſimi Eccleſ
„Gallicanæ Principes, tum celebres to
„orbe Academiæ, tum denique ip
„ſummus Pontifex Alexander VII. da
„nato juniorum illorum ſcriptorum
„bello apologetico. Nec tamen tot ſi
„minibus attrita eſt inſatiata illa co
„mentandi libido, imo indies creſc
„& ab in exhauſto vagæ probabilita
„ſuæ penu nova ſemper proferre m
„litur. Hæc eſt illa ſiquidem pen
„cioſa tot errorum ſcaturigo, hæc
„dix, hæc officina, dum cæco qu
„dam impetu, non quod æternæ le
„conſonum eſt, tenetur, ſed quod pl
„ribus, imo vel unico recentiori ſc
„ptori ſub aliqua probabilitatis luce
„fulſerit. Hinc neceſſe eſt (ait C
„prianus) ut qui Deum timemus, co
„omni obſervatione divina præcep
„teneamus, nec patiamur, errare fr
„tres noſtros, & pro arbitrio, & frud
„de

„ſuo vivere, ſed ad vitam ſingulis con- Sæc. XVII.
„ſulere. Quapropter cum die vigeſima A. C. 1665.
„menſis Junii anno Domini milleſimo,
„ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, ho-
„norandus Magiſter noſter Helias Ma-
„ret noſtræ Facultatis Doctor & Syn-
„dicus, ad dictam noſtram Faculta-
„tem Theſes detulerit, a plurimis col-
„legii Sammarthani Societatis Jeſu in
„philoſophia diſcipulis propugnandas,
„& Rectori magnifico, totique Aca-
„demicorum cætui dicatas; in iisque
„monuerit contineri aliqua ſanæ do-
„ctrinæ contraria, dicta noſtra Facul-
„tas, ne illa ſuffragio ſuo comprobare
„videatur, has Theſes duobus Docto-
„ribus examinandas commiſit, quibus
„dicta die auditis, & re tota in deli-
„berationem frequenti collegio adducta,
„Apoſtoli dicto audiens, omnia pro-
„bate, quod bonum eſt, tenete, ab omni
„ſpecie mali abſtinete vos, ſic de ſub-
„jecta propoſitione in prædictis theſi-
„bus contenta cenſuit &c.

Sequenti die Univerſitas Pictavienſis ſequens decretum ab omnibus Theologiæ Doctoribus ſubſcriptum edidit: „Hac die vigeſima ſecunda Menſis Ju-
„nii anno Domini milleſimo ſexcenteſi-
„mo ſexageſimo quinto convocatis ex
„parte Domini Rectoris, omnibus Do-
„ctoribus celeberrimæ univerſitatis Pi-

Sæc. XVII. A. C. 1665.

„ctavienſis, & officiariis ejusdem, ha
„bita fuit congregatio in conventu fra
„trum Prædicatorum loco & more ſo
„litis, cui interfuerunt Doctores om
„nium facultatum infra ſcripti roga
„a Domino Rectore ſuffragia ſua pro
„ponere, & referre ſuper decreto ſa
„tuta ſacra Facultate Theologiæ, ſe
„per propoſitione contenta in ultim
„poſitione primæ columnæ Theſium
„Ethico-Logica propoſitarum nomi
„Collegii Societatis Jeſu, & dicatarum
„huic-ce Academiæ. quæ ſic ſe habe
„*Agendi regula proxima Conſcientia*
„*probabilem ſequi tuto licet, etiam prob*
„*biliore poſthabita;* quod quidem Dec
„tum lectum & propoſitum fuit a
„pientiſſimo Domino Helia Maret D
„ctore & Syndico dictæ Facultatis,
„ab omnibus Doctoribus unanimi co
„ſenſu approbatum, & acceptum,
„tutumque, ne Patres Societatis Je
„actum hodierna die habendum c
„lebrent ſub pœna privationis ſuffr
„giorum & ingreſſus Academiæ: quo
„decretum illis intimabitur, & præ
„terea prohibetur omnibus & ſingul
„Doctoribus, & officiariis tam præ
„ſentibus, quam abſentibus, quibus
„ſignificabitur, ne interſint huic dict
„actui habendo. Et ad præſens De
„cretum excipiendum commiſſus e

„Rem

„Renatus de la Haye Bidellus gene- Sæc. XVII.
„ralis Facultatis artium loco Domini A. C. 1665.
„Souſſant ſcribæ generalis nunc abſen-
„tis, cui mandamus præſens decretum
„inſcribere libro communi ſcribatus Ge-
„neralis Academiæ.„

Hanc tamen Univerſitatis cenſuram nonnulli acriter impugnabant, editis libellis, & præcipue quadam epiſtola, cui titulus: *Reſponſio Chriſtiana & Theologica*, cujus Author Syndicum vocat *profeſſione*, *electione & conſcientia idiotam*, aſſeritque Pictavienſem cenſuram eſſe omnino conſonam cenſuræ a Franciæ Præſulibus contra Apologiam Caſuiſtarum pronuntiatæ, illamque ex privata quorumdam Cenſorum diſſenſione cum Jeſuitis ortum habuiſſe. Verum hæc epiſtola erudito prorſus calamo a quodam Theologo die prima Martii anno ſequenti fuit confutata (*). Nihilominus directore P. Gaudino S. J. adverſus Pictavienſem Facultatem duo libelli Lemovici apud Barbonum Collegii typographum excuſi vulgabantur.

(*) Lettre d'un Theologien pour ſervir de replique a un ſecond libelle publié par les Jeſuites ſous le titre *de reſponſe Chrétienne & Theologique* &c. contre la cenſure faite de leur doctrine de la Probabilité.

Sæc. XVII. A.C. 1665.

§. LIV.

Sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis censura contra propositiones de Purgatorio.

Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 133.

Habebat insuper Michael Bourdalius Magister disputationem, in cujus septima appendice has Theses expositi: *Indubitata fide credendum est, peccata venialia, & graviorum criminum reliquias post mortem expiari, plurimumque spiritus defunctorum nostris juvari suffragiis: Cætera, quæ de purgatorio disputantur, non perinde certa sunt: locum ego nullum quæro; quippe nullo opus animis mole carentibus: quales pœnæ sint, ignis ustulantis, an caliginis, & turbinis, nemini certum esse potest, imo sintne ullo omnino pœnæ sensus, ante diem Domini, non est admodum certum; ausi sunt quidam Theologi, pœnis illis terminum figere, sed unde, & quibus id assequuntur conjecturis? certe ante extremam mundi conflagrationem finem habituras, non evincunt Machabæorum & Pauli loca: gloriæ, quæ differtur, vehementius desiderium, mirum in modum cruciat, sed nihil ad damnatorum desperationem: qui purgantur, neque peccant, neque mereri posse, mihi certum est, neque videtur ambigendum, quin securi gloriam præstolentur.*

Adver-

Adversus has propositiones Antonius Breda Facultatis Theologicæ Syndicus die prima Augusti vehementer declamabat, quocirca Facultas quosdam selegit Doctores, qui has Theses examinarent: Hi ergo habitis inter se crebris consultationibus die prima Septembris has propositiones in sensu Catholico explicarunt, addentes, se quidem in verbis prædictæ Theseos ita explicatis nihil invenire, quod sanæ doctrinæ repugnaret; verum ut omnis scrupulus eximeretur, æquum existimasse, ut circa prædictas Magister Michael Bourdaille audiretur, mentemque suam ac totam rationem tuendæ Theseos coram deputatis exponeret. Sæc. XVII. A. C. 1665.

Eapropter Facultas Bourdaillium adesse jussit, eidem injungens, ut de singulis suis propositionibus mentem suam exponeret. Hic autem singulas juxta Deputatorum interpretationem explicans, subjunxit, non dubitare se, quin sit locus Purgatorii, in quo animæ detentæ crucientur; quantum vero ad pœnas sensus, tametsi dixerit, sintne ullæ omnino ante diem Domini, non esse admodum certum, id revera de iis tantum pœnis intellexisse, quæ sint inflictæ ab agente corporeo; cæterum non negare, imo nec dubitare, quin juxta probatissimam receptissimamque

Sæc. XVII. A. C. 1665.

sententiam quædam pœnæ agnoscendæ sint aliunde provenientes, quam ex carentia visionis beatificæ; quo etiam modo plures Theologi pœnas sensus sumunt: Certo credere se, fidelium animas in purgatorio detentas Ecclesiæ precibus, ac sacrificiis juvari, ut citius liberentur, easque statim a purgatione sua, etiam ante diem Domini, Dei visione fruituras.

Percepta igitur hac explicatione Facultas hanc Thesin juxta declarationem ab hoc Magistro factam ab omni censura immunem esse, die decima Septembris pronuntiavit.

§. LV.

P. Dominicus Ottomannus Parisiis perbenigne exceptus.

Vid. supra l. 201. §. 53. l. 61. p. 153. Nan. Hist. Venet. l. 1. tom. 2.

Jam anno hujus sæculi quadragesimo quarto, uti recensuimus, Melitenses Equites Turcicam classem, quo Zambul Aga cum tota sua familia Mecham peregrinaturus vehebatur, adorti, inter alios nobiles Turcas etiam quamdam fœminam unacum quadriennii puero captam abstraxere: Hic primogenitus Ibrahimi Turcarum Imperatoris Filius, & Mahometis Frater, fœmina vero ipsa Sultana ejus Mater credebatur, quod tamen Nannius ad fabulas reji-

rejicit, eoquod nec unquam Turcarum Imperator de hac rapina queſtus eſſet, nec aliunde Sultana, vel earum filii ſine valido ſatellitio, atque exercitu maritimum iter aggredi permittantur: Utut autem res ſe habuerit, id omnino certum eſt, quod hic puer in fide Catholica a Melitenſibus enutritus, adoleſcens ſacrum Fratrum Prædicatorum inſtitutum profeſſus ſit, vulgo Dominicus Ottomannus dictus: Hic ergo a Rege & Regina Pariſiis hoc anno honorifice exceptus, aliquamdiu ibidem ſubſtitit, ab omnibus ob virtutum merita maximo in honore habitus. Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. LVI.

Edicta adverſus Hugonottas in Galliis.

Poſtquam Hugonottæ in Francia noviſſimo bello repreſſi ſunt, aliquamdiu quieti atque obſequioſi in Regno ſubſtiterant, non quod illis ſectæ ſuæ congenita alienum imperium excutiendi voluntas defuerit, ſed quia eorum poteſtatem adverſa belli fortuna exarmaverat: ubi vero Ludovico XIV. adhuc minorenni bellum civile in Galliis exortum compererant, in turbido piſcandum rati, urbes & arces novis propugna-

Calmet Hiſt. Univ. l. 154. tom. 17.

oulis

Sæc. XVII. A. C. 1665

culis munire, Templa pro ſuo arbitrio erigere, variisque modis Edicti Nannetenſis privilegia extendere præſumpſerunt: Hæc molimina nuperæ ſeditionis Regno tam feralis memoriam refricabant, quocirca Rex adultior factus, cum ſibi probe perſuaſum haberet, religionis diverſitatem, & præprimis Calvinianæ ſectæ indolem Regno perniciosiſſimam eſſe, & ad independentem dominatum tendere, necnon Hugonottas Regiæ gloriæ & Majeſtatis occultos quidem, infenſiſſimos tamen hoſtes exterorum ope vaſta Regis conſilia everſuros timeret, hinc eorum potentiam pro conſervanda Regni ſui ſecuritate reprimere ſtatuit: Fertur quoque, quod Anna Regina ejus Mater ſæpius & quidem moriens in poſtrema adhortatione Filium ſuum ad extirpandam hanc ſectam concitarit, & Eccleſiaſtici, necnon Aulici non raro eidem ob oculos poſuerint, quod nunquam magnum aliquid contra Franciæ hoſtes exequi poſſet, niſi prius ibidem Hugonottæ merito pertimeſcendi hoſtes domeſtici fuerint domiti & ſubjugati. Poſtquam igitur Rex proprio experimento Montalbenſium Calviniſtarum auſus, crebrasque eorum violationes Edicti Nannetenſis edoctus erat, hoc anno præcepit, ut intra octiduum comprobarent, quo

quo jure ſuæ ſectæ exercitio potiren- Sæc. XVII.
tur, & cæmeteria, Templa, Collegia A. C. 1665.
& Scholas erexerint. Hunc in finem regios nominabat Deputatos, qui prætenſa hæc Calviniſtarum jura novo ſubjicerent examini, & ubicunque hi juris ſui poſſeſſionem ac titulum vindicare non poſſent, eorum templa everterent, eisque ſectæ ſuæ uſum adimerent. Deputabat inſuper Rex alios, qui Calviniſtarum partes tuerentur, ne æquitatis limites ſub adulterino religionis Zelo excederentur. Die etiam trigeſima Januarii Rex promulgato edicto decretum anno priori die tertia Novembris conditum innovavit, vi cujus pueris, quatuordecim, puellis vero duodecim annos natis libertas concedatur, aut ad ſuos Parentes, ut ab eis educantur & alantur, revertendi, vel ab eis portionem ſuis facultatibus congruam exigendi: inde vero factum, ut & plures infantes, qui ultro ſeſe ad ſuſcipienda religionis Catholicæ ſacra offerebant, reciperentur, nec amplius eorum Parentibus redderentur, quibus tamen illos vi eripere Rex inhibuit, ac violenter abſtractos reſtitui præcepit: alio autem edicto die duodecima Maji ſtatuit, ut deinceps Parochis non eſſet permiſſum, infirmos Calviniſtas paſſim accedere, atque ab eis, in quanam reli-

Sæc. XVII. A. C. 1665.

religione mori vellent, depoſcere, ſed prius Judex aut Conſul, id ab ægro peteret, acceptoque reponſo tunc primum Parochus accederet. Plura adhuc alia edicta hoc anno contra Hugonottas fuere promulgata, quibus eorum audacia repreſſa, numerus imminutus & privilegiorum, quæ armata vi, & ſeditionis ope extorſerant, exceſſus fuit reſtrictus.

§. LVII.

Monaſterienſis Epiſcopi bellum contra Batavos.

Neuville Hiſt. d'Holl. t. 2. c. 3. pag. 140. Tuld. Hiſt. Decen. l. 3. Hode Hiſt. de Louis XIV. l. 28.

Sedato Monaſterienſis urbis tumultu Chriſtophorus Bernardus de Galen hujus loci Epiſcopus graviter collidebatur cum Batavis; cum enim mortuo improli Juſto Comite de Bronchſtorff, Borkeloa Zutphanienſis Comitatus ditio, utpote feudum maſculinum ad Monaſterienſem Epiſcopatum devolveretur, eam Epiſcopus Imperialis Curiæ Spirenſis ſententia fretus, occupavit, miſſoque Hagam Comitum Decano a Fœderatis Ordinibus hujus ditionis poſſeſſionem ſibi aſſeri petiit. Opitulabatur etiam Epiſcopo Galliarum Rex, qui cauſſæ hujus æquitatem per ſuum Legatum Belgis impenſe commendabat: incaſſum tamen omnia; vanis enim

enim pollicitationibus & verbis Geldriæ Ordines Episcopum sua spe frustrabant. Accessit postea veteri huic simultati novum diffidii argumentum: cum enim Frisiæ Orientalis Princeps æs alienum, quod Liechtensteinio Duci debebat, ex Judicii Aulici sententia solvere compelleretur, hujusque mandati executio Westphaliæ Principibus demandata esset, Episcopus, qui Westphali circuli Director erat, ex mutua utriusque Principis conventione se pecunias Liechtensteinio numeraturum spopondit, ea tamen lege, ut in debiti securitatem Comes Episcopo Eyderum castrum cederet. Verum Batavi, cum hujus Episcopi ad thiaram & galeam æque prompti vicinitatem sibi exosam haberent, Frisiæ Principem ab hoc consilio avertunt, huncque in finem pecuniæ Liechtensteinio persolvendæ terminum eidem præfigunt, polliciti, si Comes morosus fuerit, se nullo pacto demandatæ executioni obstituros: promissis tamen animosiores erant Batavi, quam facto; quamprimum enim Episcopus solutione præstituto termino nondum facta, Eyderum suo præsidio firmaverat, mox illi cum quinque armatorum millibus, ductore Guilielmo Friderico Nassoviæ Comite, ac Frisiæ Gubernatore, Eyderum arcem obsederunt,

Sæc. XVII. A. C. 1665.

Sæc. XVII. A. C. 1665

runt, occupatisque pluribus Monaste-rienſis Diæceſis urbibus totam circum regionem terrore ac ſtrage repleverunt. His anguſtiis preſſus Epiſcopus litem componere, arcemque reddere ſpopondit, dummodo Comes debito ſuo, ut pollicitus erat, ſatisfacturus eſſet: Tantum aberat, ut Batavi tam honestæ conditioni aures præberent, ut etiam Comitem inſtigarent, quatenus arcem obſideret, quam etiam die quarta Junii deditione ſibi ſubjicerat, atque a Monaſterienſibus quindecies centum florenorum millia poſtulabat. Sub idem tempus bellum Anglos inter & Hollandos ob navigationem ad Guineæ oram exortum flagrabat, cum autem Eboracenſis Dux Caroli II. Anglorum Regis Frater Batavicam claſſem contereret, Franciæ Rex Hollandis ſex armatorum millia ſuppetias, Ductore Bredellio miſit, Anglus vero Monaſterienſem Epiſcopum, ut Batavos maritimo bello implicitos armis premeret, ſollicitavit: Hic igitur opportune hac temporis viciſſitudine uſurus, collecto viginti millium exercitu bellum Batavis Menſe Septembri denuntiavit, ac proſpero armorum ſucceſſu plures Tranſiſalanæ Provinciæ urbes cepit, continuatoque victoriarum curſu in Transmoſanas regiones & Gröninganas terras

terras excurrens, incolis acerbas pecuniarum mulctas impoſuit: Interea vero Mauritius Naſſoviæ Princeps Gallico milite auctus, Epiſcopales copias ex nonnullis urbibus denuo ejecit, captisque mille Monaſterienſibus ſexcentos ingenti clade protrivit. Epiſcopus autem publico proclamate damna ſibi in bello ante biennium moto illata reſarciri, necnon Eyderum & Boskeloam arces ſibi inique ereptas reſtitui, a Batavis petiit, exponens, quod ſine ulla cauſſa ejus Diæceſin ferro flammaque devaſtarint, Nobiles tributis exhauſerint, & ruſticos adeo male habuerint, ut trucidatos etiam inhumana crudelitate ignibus ſuccenſis torrere, Eccleſias contaminare, & quicquid ſanctum, ſacrumque erat, pedibus conculcare, ſacras Imagines, imo ipſam quoque Chriſti Cruci affixi effigiem ipſis etiam Turcis venerandam confringere, horrendasque in S. Hoſtiam, Deumque blasphemias evomere, & Catholicos ignominioſis convitiis impetere non abhorruerint: Verum ad hæc Batavi Gallico auxilio freti ſurdas habebant aures; paulopoſt tamen Imperator, necnon Colonienſis, Saxonicus & Brandeburgicus Electores, aliique Principes pacem inter Belligerantes Cliviæ conciliare nitebantur, quorum etiam opera

Sæc. XVII. A. C. 1665.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

die decimo octavo Aprilis conventum est, ut Episcopus juri suo in utramque arcem cederet, redditisque urbibus hucusque occupatis, & captivis utrinque sine lytro dimissis, milites suos exauctoraret, ac se nunquam adversus Rempublicam bellaturum polliceretur, vicissim vero Belgæ spondebant se copias suas ex Episcopi ditione abducturos, nilque hostile contra eum machinaturos, omnique fœderi renuntiaturos. Hunc denique exitum habuit hoc bellum utrique parti funestum, cujus æquitatem ab armorum successu metiri haud licet, felicitatem vero ab hostium præpotentia ac numero suisse partam, negari non potest.

§. LVIII.

Pax Cæsarem inter & Turcas Pe sonii firmata.

Priorat. Hist. Leop. p. 2. l. 5. Tuld. Hist. Hung. l. 1. tom. 3.

Cæsis apud S. Gothardum Turcis Ma premus Vezirius missis ad omnes Ottomanni Imperii Provincias legatis nova militum supplementa submitti pe tiit, per Styriam in interiora Austriacæ ditionis penetraturus: interim Suche sius Marescallus Parkanum unacum ponte navali incendit, fugatis plus quam mille sexcentis hostibus: incas sum tamen Rudolphus Neosolium oc cupat-

cupare tentabat; Turcæ enim hanc urbem recenti milite & annona abunde refecerunt, ſuumque exercitum ad Nitriæ oram longius explicarunt, inde vicinos pagos ferro flammaque devaſtantes: poſtquam vero Vezirius Wirtenbergicum Ducem ex Imperio cum octo millium exercitu adventaſſe compererat, cum Reninghero Cæſareo apud Vezirium Oratore de pace agere cæperat. Hic tamen victricium armorum curſum hoſtibus morbo, clade, ac annonæ parcitate pene confectis haud interrumpendum ratus, rem ad bellicum Senatum retulit; mox igitur Cæſar habito conſilio cum ſuis Miniſtris Portia & Auerſpergio clam Reninghero cum Vezirio negotiandi copiam fecit; unde die decima Auguſti in Turcarum caſtris juxta Pagum Vasnar vicennales armorum induciæ ſtabilitæ, paxque, donec Cæſaris conſenſus accederet, interim his conditionibus inita eſt: Sæc. XVII. A. C. 1665.

I. Ut Præſidiis Cæſarianis munitæ civitates Tranſylvaniæ & arces Principi ac ſtatibus reſtituantur: copiæ vero utrinque uno eodemque tempore prius educantur: ut memorata Tranſylvaniæ, ceteraque omnia loca ſtatu tranquillo perfruantur, ſublato e vivis Principe libera ejus electio ſit penes ſtatus,

Sæc. XVII. A. C. 1665. iisdemque libertate priſtina & jure undeqnaque gaudere liceat.

II. De Zatmarienſi, Szabolocenſi, aliisque S. C. Majeſtatis in Ungaria ſitis comitatibus & Provinciis, earumque ſtatibus & ſubditis, urbibus, arcibus, oppidis, & pagis, prout veteri Cæſareæ jurisdictioni ſubfuere, nullo prorſus modo & prætextu a Turcis, Tranſylvanis, eorumque Principe, aut quovis alio, exactiones ullæ & tributa poſthæc exigantur.

III. S. C. Majeſtati liberum ſit & arbitrarium ad majorem provinciarum ſecuritatem, more hactenus in aliis confiniis obſervato, Zatmariam, Szaboliam, Coloniam, aliasque civitates & arces in præfatis comitatibus communire: nulli vero exercitus ſub ducibus ullis, quod & in Turcicis & Tranſylvanis Provinciis cavendum eſt, introducantur: arx tamen Zechelheidenſis ad præcavendam in utrisque confiniis hoſtilitatem, unacum propugnaculis omnibus, & muris ſolo æquetur.

IV. Ragotzi & Kemeni Janos filiis, aliisque in Hungaria ſuperiore, cum quibusvis auxiliaribus copiis ingreſſus in Tranſylvaniam, & novorum inibi motuum molimina inhibeantur, quod Turcis pariter & Tranſylvanis, erga S. C. Majeſtatis ſtatus obſervandum incumbit.

V.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

V. Nullis utriusque partis hostibus, aliisve pravis hominibus perfugium aliquod indulgeatur.

VI. Ut Fortalitium hoc belli tempore prope Canisiam exstructum, a nemine reædificetur, nec præsidiario milite muniatur.

VII. Unius aut alterius partis asseclis, in hoc Transylvaniæ bellique turbine bona sua, jurisdictiones, & honores restituantur, nec ulterius idcirco aggraventur: suis vicissim Principibus, damnum nullum atque inquietudinem allaturi obsequantur.

VIII. Sacræ Cæsareæ Majestati in confiniorum defensionem cis Guttam moliri castrum vel arcem liceat.

IX. Hostilitates posthac, & depopulationes nullæ utrinque exerceantur: graviter in eos, qui secus fecerint, animadvertatur: miles undequaque contineatur, abductisque ex Ungariæ Transylvaniæque confinis cohortibus, nullus ultra reditus pateat, afflicti ut populi quieta ac stabili, pace perfruantur.

X. Pro majori servandæ pacis certitudine fœdus hoc omnino viginti annos complectetur, & quatuor spatio mensium per Legatos Eximios apertumque diploma ad commune omnium solatium confirmabitur, Romanorum vero Im-

Sæc. XVII. A. C. 1665.

peratoris Legatus amicitiæ gratia liberum 200,000. florenorum donum afferat: e porta vero Ottomanica munus condecens ſubmittatur: deinde loco & modo prius uſitato Oratorum tranſitus fiat; cæterum, niſi a præſentibus aperte aliquid mutatum, aut ſublatum fuerit, hoc pacis inſtrumentum in vigore ſuo ac robore perſiſtet: quod latina, turcicaque lingua erectum, atque a memoratis plenipotentiariis ſubſcriptum conſignatumque, facta utrimque ſolida permutatione, latinum Turcarum, Turcicum Romanorum Imperatori transmittatur.

Præter hoſce articulos etiam circa religionem conventum eſt, ut *Tranſſylvania eum in ſtatum tam in profanis, quam ſacris, quo ante triginta annos ſub Rogotſio ſeniore fuerat, reſtituatur.* Verum Turcæ hunc articulum poſtea non adimplevere, nec etiam, uti in deditionis arcis Varadinenſis promiſerant, impoſitam ſummam remittere, annuumque tributum imminuere voluerunt; Turcæ enim pro more ſuo fidem, quamdiu eis commodum videtur, ſervant.

Hæ conditiones die vigeſima ſexta Septembris Temesvariæ fuerunt ſubſcriptæ non ſine indignatione Galliarum Regis, eoquod eo inconſulto hæc pax fuiſſet inita; acerbius adhuc de

ſuper

Sæc. XVII. A. C. 1665.

ſuper querebantur Hungari, qui Neoſolium a Regno ſuo abſtrahi, pacemque ſe inſciis, violatisque privilegiis concludi indignantes, pro more ſuo prædatum excurrebant, ac obvios quosque tam Turcas quam Cæſareos adoriebantur: tandem Hungariæ Proceres ſævis Turcarum excurſionibus, rapinis, cædibus & incendiis territi, Poſſonii concluſæ paci ſubſcripſere, poſtquam inter utramque partem conventum, ne arx Zeichelheida ſolo æquaretur, integrumque eſſet Cæſari, Guttam, Commoram minorem, aliaque loca munimentis firmare: nihilominus præfata arx die decima nona Januarii hoc adhuc anno diruta eſt.

§. LIX.

Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, & Sigismundi Auſtriæ Archiducis Oenipontani necnon Mantuæ Ducis obitus.

Recuperatæ pacis lætitiam haud parum turbabat Philippi IV. Hiſpaniarum Regis obitus: Hic die duodecima Septembris periculoſa febri obrutus, cum extenuatæ vires poſtremam mortis horam præſagirent, expiata conſcientia, ſacro Viatico, ac extrema unctione muniri petiit, filioque ſuo bene

Priorat l. c. l. 6. Hode Hiſt. Louis XIV. lib. 28. Brandeis fama Auſtriac. p. 343. Nani Hiſt. Venet. t. 2.

Sæc. XVII. A.C. 1665.

bene precatus, Reginæ Conjugi justitiæ administrationem, filiique educationem impense commendavit: aucta demum morbi violentia, ac linquente vitali calore, contentiosius, laboriosiusque meatum animæ trahere cæpit, sibi tamen semper præsentissimus inter luculenta pietatis ac pœnitudinis signa tandem die decima septima ejusdem Mensis animam suam Deo reddidit, annos quinquaginta novem, menses quinque, & novendecim dies natus: Princeps erat inter tot bella, & subditorum rebelliones, animo intrepidus, ac constans, suimet victor, ac nunquam immoderato iræ impetu, vel cæco ultionis desiderio, aut illicita ambitione devictus: Eminuit religionis Catholicæ studio, & virtutum cultu, munificus erga benemeritos, liberalis in pauperes, ac denique erga noxios justitiæ severitatem clementia temperare assuetus: Referunt nonnulli, magni hujus Regis mortem fuisse acceleratam malæ actæ juventutis vitiis, necnon dolore immodico ob nuperam cladem, qua bello in Lusitanos moto die decima septima Januarii ad Villam Vitiosam Hispani castris exuti, fusi fugatique fuerunt, desideratis peditum sex, & Equitum duobus millibus quadringentis. Vitio etiam vertitur, quod regi-

minis

minis curam Miniſtris ſuis relinquens. Catalanæ & Luſitanæ jacturæ cauſſa extiterit. Porro Philippus Succeſſorem habuit Carolum II. quadriennem, ſub tutela & Adminiſtratione Matris ſuæ Marianæ, Ferdinandi III. Cæſaris Filiæ: Præceſſerat ferale hoc fatum inopina mors Sigismundi Franciſci Auſtriæ Archiducis ex Tyrolenſi linea poſtremi. Hic cum eſſet Auguſtanus, Tridentinus & Gurcenſis Epiſcopus & Cardinalis, mortuo Ferdinando Carolo Fratre ſuo hæc Sacerdotia abdicavit, ac ſequenti anno ſpe propagandæ familiæ ſuæ, procurante Comite Joanne Georgio Königseck Sulzbaci die decima tertia Junii cum Maria Hedwige Auguſta Chriſtiani Sultzbacenſis Palatini Ducis Filia matrimonium iniit; cum autem ad ſolemnem nuptiarum confirmationem cuncta ſplendidiſſime pararentur, Archidux die vigeſima ſecunda ejusdem Menſis, cum ex venatione incaleſceret, ac frigidæ potum ſumeret, apoplexia tactus die vigeſima quinta Junii, nondum expleto trigeſimo quinto ætatis ſuæ anno diem ſupremum Oeniponti explevit. Accepto tam infauſtæ mortis nuntio Leopoldus Viennæ Menſe ſequenti Oenipontum profectus, Tyrolenſis Comitatus ad ſe devoluti poſſeſſionem adiit.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

Sæc. XVII. A. C. 1664.

Par fatum subiit hoc anno die decima sexta Augusti nonnisi triginta sex annos natus Carolus III. Mantuæ Dux, qui ex Isabella Clara Leopoldi V. Austriæ Archiducis Filia hæredem reliquit Ferdinandum Carolum tredecennalem puerum. Denique die vigesima octava Septembris Monachii decessit Maria Anna Ferdinandi II. Cæsaris filia, & Maximiliani Bavariæ Electoris Conjux, quæ nonnisi annos quinquaginta quinque nata virtutibus, & prudentia *senex Matrona* nominabatur.

§. LX.

Baccius Aldobrandinus Cardinalis mortuus.

Ciacon. in vita Innocentii X.

Hoc item anno eadem mortis vestigia presserat Baccius Aldobrandinus Nobilis Florentinus, qui in sua juventute a morum innocentia, naturæ lenitate, mentis candore, ac indole ad virtutem, & gloriam & dignitatem nata commendatus, literisque apprime excultus Innocentii X. Papæ gratiam sibi facile conciliabat, a quo etiam præter omnem expectationem Cubicularius, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, ac demum Presbyter Cardinalis renuntiabatur: Obiit autem die vigesi-

ma

ma prima Januarii ætatis ſuæ anno quinquageſimo ſecundo. Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. LXI.

Balthaſaris Sandoval Cardinalis extrema.

Hunc pari fato ſequebatur Balthaſar Sandoval Hiſpanus, qui in Salmanticenſi Academia, Doctoratus laurea decoratus, Rectoris magnifici partes obibat, poſtea Eccleſiæ Toletanæ Decanus, Archidiaconus, & Regii Sacelli Miniſter, demum vero ad Philippi III. Hiſpaniarum Regis preces a Paulo V. Cardinalis nominabatur. Rexerat etiam Epiſcopus Giennenſem & Jayenſem Eccleſias, quibus cum uberrimo gregis ſui proventu præfuit, habitaque Synodo ipſus viſitavit, ab omnibus paſſim Cleri exemplum, & Pater pauperum nominatus; hos enim quotidie convivas habuit, in morte hæredes inſtituit, & in vita in eos tam largas effudit eleemoſynas, ut prodigii inſtar haberetur, tantis expenſis cenſum ſuffeciſſe: Præſeferebat illius Palatium magis cœnobium, quam Principis aulam: familiam quoque habebat univerſam ad totius honeſtatis leges compoſitam: ipſus etiam morum integritate, rara in ſupremis dignitatibus mode-

Ciacon. in vita Paul. V. tom. 4.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

modeſtia, religionis ſtudio, animi candore, ac pietatis fervore, cunctos tam Eccleſiaſticos quam Laicos ad ſui imitationem incitabat: Demum Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniæ Primas, & ſupremus Caſtellæ Cancellarius, Regique a ſecretioribus conſiliis nominatus, Toleti Menſe Septembri expleto ſeptuageſimo ſeptimo ætatis anno vitam meritis plenam finivit.

§. LXII.

Quædam Sacrarum Congregationum deciſiones.

S. Congr. Rit. Conc. Epiſc. &c.

Oriebatur quædam diſceptatio inter Ravennatenſem Archidiaconum, & Abbatem Eccleſiæ ad S. Vitalem, an hic vel Archidiaconus, aut alius Cathedralis Canonicus aſperſorium Aquæ luſtralis Archiepiſcopo Ravennati præbere debeat, quando hic unacum Capitulo Metropolitano ad Pontificalia exercenda Eccleſiæ accedit. die igitur vigeſima prima Martii Sacra Rituum Congregatio deſuper conſulta reſpondit, id Abbati competere, Archiepiſcopo autem ejusdem feſtivitatis Veſperas non amplius celebrante, vel eisdem non aſſiſtente, Baldachinum ejus deponatur, atque aliud pro Abbate celebraturo erigatur. Pariter ſacra

Con-

Concilii Congregatio die vigesima secunda Augusti declaravit, quod Episcopus contra Clericos in comœdiis prophanis recitantes pœnam excommunicationis ferendæ sententiæ statuere valeat. Die autem quinta Septembris S. Congregatio Episcoporum & Regularium reprobavit quorumdam consuetudinem, qua quidam in Ecclesiis certas sedes & loca veluti propria & hæreditaria sibi vendicabant. Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. LXIII.

Synodi Monasterienſis & Tornacenſis decreta.

Quamvis Christophorus Bernardus de Gallen Monasterienſis Episcopus bellicis expeditionibus, aliisque Imperii negotiis plurimum distentus esset, nihil tamen adeo non remisit ab Episcopali vigilantia, quam suæ Ecclesiæ debebat, ut etiam singulis ferme annis aut Synodum celebraret, aut editis epistolis Pastoralibus Clerum suum ad sanctissimarum legum observantiam hortaretur: Eodem studio animatus hoc item anno die decima septima Martii habita Synodo Diæcesana priorum Synodorum decreta confirmavit, præcepitque Prælatis ac Superioribus, ut invigilent, ne Canonici vel Vicarii a Chero absint, *Concil. Germ.*

Sæc. XVII A.C. 1665. absint, absentes notent, & notatos ad frequentandas Ecclesias ac chorum compellant: Vetuit insuper, ne quis proprio arbitrio onera Missarum ob imminutos reditus reducere præsumat, sed vel ad Episcopum vel ejus Vicarium recurrat. Denique Parochos tribus Dominicis continuis Catechesin omittentes, quarta parte fructuum beneficii mulctavit.

Die autem vigesima prima Aprilis Franciscus Villani a Gandavo Tornacensis Episcopus Synodalem habuit Congregationem, in qua præceptum ut Parochi, priusquam consuetas Matrimonii denuntiationes faciant, de Parentum, aut Tutorum consensu inquirant. Prohibitum insuper, ne Parochi nisi rarissime, & post præviam diligentem inquisitionem vices suas assistenti Matrimonio delegent, nunquam autem indeterminatis personis aut Regularibus: Denique Curatis injunctum, ut duntaxat obstetricibus super forma & materia Baptismi probe instructis literas de idoneitate testes elargiantur.

§. LXIV.

Nonnulli Scriptores Catholici hoc anno defuncti.

Non

Sæc. XVII. A. C. 1665.

Nonnisi paucos ex Scriptoribus Ecclesiasticis memoratu dignos, qui hoc anno decesserunt, referemus, quos inter primo loco occurrit Christianus Guilielmus Marchio, & Princeps Brandeburgicus, dictus Hallensis Episcopus & Magdeburgensis Administrator, qui ejurato Luthero anno hujus sæculi trigesimo secundo, vigesima Martii Viennæ palam fidem Catholicam professus, die prima Januarii pie in Domino obiit. Edidit super sua conversione librum, quem *Speculum Veritatis* appellavit, scripsit etiam postea ejusdem libri Apologiam. II. Petrus de Roxas Moræ Comes, elucubravit Historiam Imperialis urbis Toletanæ præter alia Historica & genealogica. III. Joannes Angelus Godin Benedictinus Congr. S. Mauri, incæpit adornare editionem Conciliorum Rothomagensium, quibus notas sat eruditas adjecit, quas tamen morte præventus nonnisi usque ad Synodum Juliobonensem prosecutus est. IV. Joannes Baptista Piergilius typis vulgavit librum de communione spirituali, alium de civitate & Diæcesi Spoletana, Visitationem S. Præsepii, & quorumdam Vitas. V. Ægidius Bucherius Jesuita, qui posteritati reliquit commentaria in Gregorium Turonensem, & Victoris Aquitani Canonem Paschа-

Witte Diar. Biogr. Lexicon hist. Univ. Echard. Script. Ord. Præd. Oliva ep. ad Prov. Lugd. anno 1662. *die* 22. *Maji.*

Sæc. XVII. A. C. 1665. Paſchalem, chronographiam Hiſtoriæ Leodienſis, diſputationem hiſtoricam de primis Tungrorum, ſeu Leodienſium Epiſcopis, præter Belgium Romanum Eccleſiaſticum & civile &c. VI. Felix Girardus, ejusdem Societatis, præ ſubjecit Triumphum Chriſti in Euchariſtia, Diarium rerum præclariſſimarum ab Orbe condito, Mercurium Seculi XVII. Diſcurſum de Paſſione Domini, & alia nonnulla. VII. Joannes Caſalas Ord. FF. Prædicatorum, qui edito libro, cui titulus: *Candor lilii*, confutavit Petri a Valleclauſa Jeſuitæ librum *de immunitate Authorum Cyriacorum a cenſura*, qui liber non modo a S. Congregatione die vigeſima Junii anno hujus ſæculi ſexageſimo ſecundo ad libros prohibitos rejectus, ſed etiam a Joanne Oliva Societatis Generali *ægerrime ferente, quod vel ad ipſam ſuſpicionem operis a Spiritu Societatis tuæ abhorrentis quispiam e ſuis vocatus eſſet*, ab omnibus Jeſuitis legi prohibitus eſt. Idem quoque fatum ſubiit Caſalii liber. edidit inſuper hic Author chronologiam Analyticam eorum, quæ populo fideli contigere ab Orbe condito, præter doctrinam morum Chriſtianam in uſum deductam. VIII. Joannes Garcia ex eodem Ordine edidit librum Sinicum nomine *Ki-Mung* ſeu doctrinæ Chriſtianæ

stianæ rudimento, hoc opus Garzia Julio Alenio Jesuitæ approbandum tradidit, Antonius vero Govea pariter Jesuita illud additis duntaxat tribus argumentis, sublatoque titulo sibi adscripsit: Exstant quoque ejusdem Garziæ plures epistolæ, necnon relatio circa mores ac ritus Sinicos ad S. Congregationem de Propaganda fide, item tractatus, in quo cultus Confucii impugnatur. IX. Ignatius Joseph a Jesu Maria Parisiensis Carmelita Excalceatus, scripsit vitam S. Mauri seu de Antiquitate, sanctitate, Monasteriis, Privilegiis, Abbatibus &c. Ord. S. Benedicti. Historiam Ecclesiasticam de Urbis Abbavillæ, & Archidiaconatus Pontivensis, Martyrium quatuor Martyrum Carmelitarum in odium fidei apud Achem in India trucidatorum. Relationem virtutum piissimi Viri Antonii Le Cler Advocati Parisini, vitas Ven. Gabrielis Ord. S. Francisci de Paula, & B. Bernardi Abbavillæi, Abbatis Bened. Historiam Genealogicam Comitum Pontivensium & Abbavillanorum, Historiam Ecclesiasticam Diœcesis Ambianensis præter novem alia opuscula partim Historica partim Ascetica. X. Raphael a S. Joseph ex eodem Ordine scripsit librum de S. Scapulari sub titulo: *Signum Salutis.* Sæc. XVII. A. C. 1665.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

§. LXV.

Acerbissima Catholicorum vexatio apud Sinenses.

Theatr. Jes. Ild. Episc. Malacc. pag. 62. Garz. relat. p. 79. 88. 89.

Hoc item anno tam gravis ac ferm universalis vexatio in Christianos a Sinensis Imperii Rectoribus intentat fuit, ut Religio Catholica, quæ se ventibus cruentis Sinenses inter & Ta taros bellis, turbulentisque revolutio nibus aliquamdiu viguit, radicitus ex tirpari videretur: Jam anno hujus se culi nono præcesserat ingens tempest cum enim Bonzii lucrum suum imm nui, suaque sacra per novam religio nem vilescere cernerent; regnante Va lieo magno Sinarum Imperatore, Chr stianos tanquam avitæ religionis eve sores & Sinensis Astronomiæ destructo res in Metropoli Nankingensi in vi cula compingi curarunt: Recrudu hoc quoque anno horrenda persecuti ac imminens fidei veræ exterminium quod in hoc imperio jam a primo quo rumdam Missionariorum ingressu præ sagiebant Viri Apostolici, quibus di splicuit prima Evangelicæ doctrinæ se mina non Apostolorum more fuisse jacta primasque plantas non Martyrum san guine rigatas, sed adolevisse exposito Sinensis Imperii emolumento, mune rum

rum raritate, mappæ geographicæ novitate, & Aſtronomiæ Europeæ applauſu: Enimvero ipſismet hiſce mediis, quibus religio vera invehebatur, eandem eliminandi obtentum præcipue arripuerunt Chriſtiani nominis hoſtes; poſtquam enim Xunchius Imperator fatis functus fuerat, ejusque Filio Chomachio nonniſi octenne, quatuor Rectores a Patre deſignati, Imperium adminiſtrarunt, Jamquamſim homo ferox Chriſtianos opprimere ſtatuit, ac coram tribunalibus illos accuſavit, quod I. Aſtronomiam Europæam in contemptum Sinicæ, gentisque Tartaricæ invexerint. II. Quod P. Adamus Schall Jeſuita per fraudes a Xunchio Imperatore in Præſidem tribunalis Mathematici, artiumque nominatus, ac tertii Ordinis Mandarinus ſelectus fuerit. III. Quod Europæarum mercium illecebris novam ac peregrinam legem per univerſum Imperium implantare attentarint. IV. Quod ſub religionis obtentu viam Europæis ad evertendum Imperium Sinico-Tartaricum ſternere moliti eſſent. His acceſſere priſtina inter Miſſionarios diſſidia circa ritus Sinenſes, quos quidam velut mere politicos ad legem Chriſti accommodare ſatagebant, alii tanquam idololatricos deteſtabantur, non ſine maxima fidelium

Sæc. XVII. A C. 1665.

Sæc. XVII. A. C. 1665.

offenſione, infidelium tripudio, & fidei decremento: ex horum enim diſſenſionibus, teſte P. Joanne Garzia Dominicano hujus Regni Miſſionario, exortæ ſunt omnes ferme perſecutiones, quas Sinenſes Barbari ab hiſce animati in ceteros Miſſionarios, ac Chriſtianos concitarunt; cum enim, inquit Malacenſis Epiſcopus, Religioſi Confucii cultum approbantes ſeſe Sinenſibus accommodarent, iisdem veſtibus uterentur, cum Mandarinis commederent, imo ipſimet eſſent Mandarini, & quidem primi Ordinis, ceteros Miſſionarios, hiſce ritibus adverſos contemſerunt, & tamquam hoſtes ſuos habuerunt, eosque funе ad collum alligatos & vinculis gravatos per Sinenſes judices ex Imperio expelli curarunt; ita in Nanquinenſi urbe P. Antonius a S. Maria Franciſcanus pedibus manibusque vinctus, necnon Peckini PP. Franciſcus a Matre Dei, & Caſpar de Alenda ejusdem Ordinis fuere expulſi, & inhumana crudelitate virgis cæſi, & opprobriis, injuriisque affecti: Ea ex causa quoque everſa ſunt Templa PP. Dominicanorum tam Tinteui, quam Fogani, & PP. Franciſcus Dominicus Joannes Baptiſta Franciſcus, aliique Miſſionarii Ord. S. Dominici & Franciſci in carceres conjecti, & poſt ...

ratas fuſtigationes in exilium pulſi ſunt, præterea P. Franciſcus Capillas Dominicanus capite damnatus eſt, quem Sinenſis Judex liberare noluit, eoquod circa Sinenſes ritus ejusdem opinionis cum Patribus Peckinenſibus eſſe renuiſſet. Vilipenſis hoc modo abactisque tam celebribus Dominicæ Vineæ Operariis Imperii Tutores Chriſtianos dire ac impune vexare præſumpſerunt, omnesque Catholicos ad rogum damnarunt, jamque in eo erant, ut omnes Eccleſias everti juberent: demum in ipſos Jeſuitas adinventis variis accuſationibus deſævire cæperunt: Mittuntur igitur hoc anno Apparitores, qui decem Jeſuitas in vincula injiciunt, eosque ad tribunalia raptant: præfigitur etiam dies decima ſexta Aprilis, qua unaomnes morte plecterentur, qui tamen mutata ſententia in exilium protruſi ſunt; ex his etiam P. Adamus Schall primo in vincula conjectus, poſtmodum exorto terræ motu, Regiique Palatii incendio ex carcere liber dimiſſus eſt. Sæc. XVII. A. C. 1666.

§. LXVI.

Catholici & Jeſuitæ ab Hollandis vexati.

Haud contenti erant Batavi, quod Monaſterienſem Epiſcopum invitum, *Tuld. Hiſt. Decen. l. 3.*

Sæc. XVII. A. C. 1666.

tum, & Mediatorum potentia auctor-
tateque expugnatum Broculana arc
& ditione Eyderana ſpoliaſſent, inſuper
in omnibus ſuis urbibus Catholicos
Calviniana rabie ob leviſſimas ac temer
conceptas ſuſpiciones infectabantur;
nec eorum furorem refrænabant Ho
ſpitalitatis leges, aut peregrinorum Prin
cipum reverentia; cum enim junior
Mutinenſis Dux amplo cum comitatu
Bataviam luſtraturus, Embricam ve
niret, ac in Jeſuitarum Collegio di
verſaretur, non modo ejus ciſtas reti
nebant, illasque arma latere ſuſpican
perſcrutabantur, ſed etiam militibus
in Collegium immiſſis omnia cubicula
ipſosque lectos ſedulo excuſſerunt, a
paulopoſt ex Fœderatorum Ordinum
mandato Jeſuitas ex Collegio ac urbe
intra viginti quatuor horarum ſpatium
excedere juſſerunt. Incaſſum hi Elec
toris Brandeburgici patrocinium ob
tendebant, ejusque juſſa eſſe expectan
da cauſſabantur: Igitur biduo poſt ex
Collegio ad Templum, ac inde binis per
plateas a Batavis ſatellitibus ad Rhe
nanam portam deducebantur, relicto
unico fratre Collegii Cuſtode, & in
firmo quodam Sacerdote, qui ex mœ
rore biduo poſt deceſſit. Finito autem
bello Batavo tandem Jeſuitæ Embri
cam reverſi ſunt, eorum reditum ſero

promo

promovente Electore Brandeburgico & Barone de Goes Cæsareo Oratore. Auxit tamen Catholicorum lætitiam Elisabetha Dorothea Holsatiæ Schlesvicii Duciſſa, quæ hoc anno die quinta Augusti Viennæ ad Romanæ Eccleſiæ gremium reverſa eſt. Sæc. XVII. A. C. 1666.

§. LXVII.

Hiſtoria Sabathai Sevi falſi Meſſiæ.

Currens hujus ſæculi annus milleſimus ſexcenteſimus ſexageſimus ſextus vel ideo memoratu digniſſimus eſt, quod Proteſtantes putidæ fabulæ, ridiculi mendacii, & vanæ ac fanaticæ ſuperſtitionis convicti, prudentum ludibrio, & deſpectui hoc anno ſeſe expoſuerint, & Judæorum pertinacia de futuro Meſſiæ adventu detecta illuſione confutata fuerit; cum enim in Apocalypſi cap. 13. v. 18. hæc verba legerentur: *numeri ejus ſexcenti ſexaginta ſex*, fanaticorum non pauci annum Chriſti milleſimum ſexcenteſimum ſexageſimum ſextum miris revolutionibus, prodigiis, arcanisque eventibus celebrem fore præſagiebant, & quidem Proteſtantes, cum in præfata Apocalypſi de adventu Antichriſti ſermonem fieri cernerent, & hunc Antichriſtum non alium, quam ſummum Pontificem eſſe paſſim

Joan. de Lent de Pſeudo-Meſſ. c. 5. pag. 77. La Croix mem. part. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

passim calumniarentur, plenis bucis ovantes spargebant, hoc anno Regnum Pontificis, atque Ecclesiæ Romanæ certo destructum iri, ac puram Evangelii doctrinam, populumque Dei Israel integræ libertati donandum esse; cum autem in hanc usque diem summum Pontificem, Romanamque Ecclesiam portis inferni prævalere, ac pristino decore florescere, fateri cogantur, ob interpretationis suæ falsitatem, protervasque calumnias confusione ac pudore suffunduntur. Ex Judæis autem pene innumeri hoc anno Messiam adventurum sperabant, præallegatis S. Joannis Evangelistæ verbis ad firmandum suum commentum abutentes. Inde vero sese verum Messiam nominandi occasionem, hoc anno arripuit quidam Smyrensis Judæus, nomine Charam Sevi. Hic Hebræo, & Arabico idiomate, necnon Philosophia, & Theologia Rabbinica apprime excultus, sese Judæorum Messiam fore venditans, *a requie* suis procuranda se Sabatheium nominavit: primo autem Constantinopolin contendit, inde tamen, eoquod præter Judæorum morem Dei nomen pronuntiare ausus esset, velut Blasphemus a Rabbinis expulsus, & ad lapides condemnatus Smyrnam reversus est. Paulopost Thessalonicam profectus, uxorem duxit,

duxit, qua mox repudiata alteram, ac demum tertiam sibi conjunxit; postea Moream, indeque Gazam delatus, arctiorem contraxit amicitiam cum quodam Judæo, nomine Nathan, qui in Sabathaio Angelum & adhuc aliquid amplius ex ejus eloquentia admiratus, illum ubique divinis prope laudibus ad cælum efferebat; inde Sabathaius audacior factus, eidem se esse Messiam Hebræis promissum persuasit, huncque Virum in suum Eliam ac Præcursorem sibi elegit. Nathan igitur novo hoc munere egregie functus, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto verum Messiam esse venturum, per omnes Provincias divulgavit, atque Jerosolymitanis incolis jejunandi consuetudinem interdixit, asserens, adventante Messia non lugendi, sed lætandi tempus esse: datis etiam ubique literis suos hortatus est, ut Sabathaium Sevi non tanquam hominem privatum respicerent, sed pro vero Messia & Rege haberent, cujus Sanctitatem, ac potentiam luculentis prodigiis testatam brevi experturi essent. Divulgata novi hujus Messiæ fama, Judæi ubique ad ejus adventum sese parabant, dimissaque negotiandi cura, nonnisi de futura felicitate, qua sub novo Rege potituri essent, magna prolocuti sunt. Jero-

Sæc. XVII. A.C. 1666.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

solimitani etiam missis ad suos literis de existimato suo Messia vaticinabantur, fore, ut intra spatium unius anni, cujus initium sumeretur a die decima septima Junii, Messias coram Sultano comparsurus, eum diademate & regno exutum in triumphum deducturus esset, eo autem per novem Menses absente Judæis accerrima impenderet vexatio, plures Martyrio afficiendi, postea vero Messias iterum cælesti Leoni insidens, ac septem capitum hydram fræni loco tenens pro solo totius universi Monarcha habendus foret, moxque Templum a fabre ornatum e cælo descensurum, in quo Judæi in perpetuum sacrificaturi essent. Interim Nathan, ejus Præcursor Damascum venit, indeque datis ad Aleppenses Judæos literis eis nuntiavit, quod is juxta Sabathai mandatum duodecim Israelitas ex qualibet tribu selegisset, qui novo Messiæ ab obsequio essent, eumque comitarentur. Thessalonicenses quoque Judæi de adventu Messiæ haud dubii, nonnisi pœnitentiæ ac mortificationi, & orationibus vacabant, missisque terrenis occupationibus, clausisque officinis suis corpus suum jejuniis, flagris, ac severissimis pœnitentiæ exercitiis afflictabant. Interim Sabathaius Smyrna reversus, denuo a Rabbinis male habebatur,

batur, populus vero eidem addictiſſi- Sæc. XVII.
mus illum tanquam miſſum a Deo ve- A.C. 1666.
nerabatur, plateis, per quas tranſitu-
rus eſſet, auleis ſternebat, quem ta-
men honorem Impoſtor ſimulata mo-
deſtia acceptare recuſans, datis ad uni-
verſam Judaicam Nationem literis ſe
unicum ac primogenitum Dei Filium,
Meſſiam, & Salvatorem Iſrael nomi-
nabat, ſuum adventum, eorumque li-
berationem denuntians: Tum vero opi-
tulante Dæmonio, plusquam quadrin-
genti Judæi in exſtaſes rapi, convulſio-
nibus torqueri, abſona vaticinia evo-
mere, atque ex viſcerum fundo loqui,
& viſiones de Leone Judæ, & Saba-
thai triumphis narrare audiebantur.
Nec deerant conficta prodigia, nonnul-
lis etiam jurato affirmantibus, ſe igni-
tam vidiſſe columnam, quæ hunc frau-
dis Architectum comitaretur, ad cujus
pedes Judæi omnes ſuos theſauros cer-
tatim deferebant. Hoc demum anno
Menſe Januario Smyrna Conſtantino-
polin cum exiguo ſuorum comitatu
contendit, ſolemnem ibidem ingreſſum
celebraturus; cum autem Heleſponti
fauces prope attingeret, a Turcis
captus, vinculisque oneratus, ac ri-
goſo equo impoſitus Conſtantinopolin
ducebatur: nihilominus Judæi de ejus
adventu certiores facti turmatim ca-
tennis

Sæc. XVII. A. C. 1666.

tennis onusto Messiæ suo obviam effundebantur: Turcæ autem ex phreneticō hoc concursu tumultum veriti, novum hunc Messiam in fætidum carcerem conjecerunt, inde vero ad Natoliæ arcem raptatum, denuo in ergastulum detrusere: tum vero incertum erat, an turpior esset Turcarum avaritia, qua a Judæis pro obtinenda cum suo Messia colloquendi facultate aurum extorquebant, an insanior Judæorum hunc Impostorem in suis vinculis visendi aviditas: Hi enim maximo numero confluentes ad tantam prolapsi sunt insaniam, ut in Synagogæ paritiebus duas literas S. S. aureis literis una cum Psalmo 19. *Dominus regnavit &c.* pingi curarent, seque suum Messiam sæpius pluribus in locis sub varia specie vidisse, in vulgus spargerent, cum interim omnium infelicissimus Sabathaius in suo carcere ingemisceret: Hunc inter alios etiam Nehemias Judæus natione Polonus accesserat, eidem exponens, quod cum ipso Messiæ dignitatem partiri vellet, eoquod non modo Messias ex tribu Juda, sed & alius ex tribu Ephraim venturus esset: Accepta autem repulsa exacerbatus Nehemias, Sabathaium tanquam insignem fraudum Architectum, ac rebellionis incentorem apud Pro-Vezirium accusabat:

bat: Siſtitur ergo miſer hic Meſſias ante Turcici Judicis tribunal, ac Ottomani idiomatis ignarus, per Interpretem quemdam Medicum olim ſecta Judæum, ſe a Deo miſſum jactitat, cum autem Vezirius ab eo peteret, ut in vocationis ſuæ teſtimonium corpus ſuum omnino nudum ſagittis petendum objiceret, Impoſtor ſe nonniſi legis Doctorem eſſe fatebatur: unde ad evitandam temeritatis ſuæ pœnam, exuto Meſſia, Muſelmanum induere coactus eſt, Agi Mehmet Effendi nominatus: Nec tamen abominanda hæc Sabathai apoſtaſia Judæos a ſua veſana credulitate ſanare poterat, jactitantes, nonniſi illius umbram in terris permanſiſſe, illum vero ad cælos aſcendiſſe, tempore ad vaticinia adimplenda præſtituto reverſurum, multa prodigia in ejus captivitate fuiſſe patrata, milites ad unicum oris ſui verbum mortuos ad ejus pedes corruiſſe, moxque ad vitam ab eo revocatos fuiſſe, eum ultro carcerem ſubiiſſe, inde clauſis januis exiiſſe, ac vinculis ferreis in aurum commutatis libere in plateis Conſtantinopoli deambulaſſe. Ejusmodi commentis aliquamdiu Judæi ſeipſos lactarunt, & falſa ſpe produxerunt, cum interea mimicus hic Meſſias in ſuo carcere non modo unacum uxore ſua Mahometem palam profite-

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Sæc. XVII A. C. 1666. profiteretur, sed etiam suæ gentis plurimos ad eandem impietatem pertraheret, donec tandem anno hujus sæculi septuagesimo sexto in Olchinensi arce die decima Septembris miserrima morte periret, quin sui desiderium apud Judæos relinqueret, nec tamen etiam vanam alterius Messiæ spem extinqueret.

§. LXVIII.

Censura Facultatis Theologicæ Parisiensis in Historiam Universitatis Parisinæ.

Argentre coll. Jud. t. 3. p. 136.

Prodiit hoc anno quidam liber sub titulo: *Historia Universitatis Parisiensis Auctore Magistro Cæsare Egassio Bullæo, emerito Eloquentiæ Professore, & antiquo Universitatis Rectore*; cum autem Antonius de Breda Syndicus die prima Aprilis, quædam reprehensione digna in hoc libro reperiri exponeret, ad ejus preces Facultas quosdam nominabat Doctores, qui hoc opus maturo subjicerent examini. Hi ergo die prima Augusti referebant, I. Contra veritatem Sacræ Historiæ in hoc libro affirmari, quod David simul Rex fuerit & Sacerdos. II. De sacra Theologia Authorem asserere, eam degenerasse in varias hæreses, Petrum Lombardum esse

esse unum e quatuor labyrinthis, hæ- Sæc. XVII.
resin tanquam Minotaurum includen- A. C. 1666.
tibus .... Post Agapitum scripsisse Damascenum anno Christi septingentesimo præcepta Grammatices, indeque ortam esse disciplinam Scholasticam, eam vero a quibusdam comparari cum famosa illa scylla veterum, ad speciem quidem pulchra, sed latrantibus monstris succincta, utpote referta mille quæstionibus, & distinctionibus inutilibus. III. Authorem favere hæresi & hæreticis, eoquod scripsisset, Abælardum injuste damnatum fuisse in Synodo Suessionensi, quamvis fateatur, quod in ejus sententia Trinitas consistat in tribus attributis, potentia, sapientia & bonitate Dei, pariter quoque dixisset, Rupertum vindicari perperam ab hæreticis circa mysterium Eucharistiæ, eumque existimasse, panem non converti in Corpus Christi, dum conficitur Eucharistia, sed assumi a Verbo divino, & passim Berengario, Abælardo, & Gottescalcho Autorem favere.

IV. Contineri schismatica, cum Author dixerit, Innocentium II. agnitum fuisse pro Pontifice a Gallis non tam attenta ratione Electionis, quam meritis, & Dignitate Personæ, Tom. 3. p. 185. & approbarit, id quod dicitur apud

Sæc. XVII. A. C. 1666.

apud Mathæum Paris de poteſtate pet S. Clementem B. Dionyſio conceſſa de conſtituendo Papa in Francia.

V. Reperiri nonnulla contra Canones & diſciplinam Eccleſiaſticam, quia Author affirmat, quod tempore Leonis IX. & ſub Urbano II. imo etiam antea Sacerdotes & Epiſcopi publice uxores duxerint, non ſecus ac laici.

VI. Multa inveniri juri & dignitati Regis & Regni contraria, veluti cum Author aſſerit, Carolum magnum exemiſſe Regnum Franciæ homagio erga Imperatorem, quod repetit Tom. 3 pag. 406.

Pag. 306. inter proditores ab eo recenſeri eos, qui adhærebant Regi contra Comitem Veromanduæ ſubditum, & rebellem, his verbis: *anno 944. iterum orta eſt inter Regem & Heriberti filios diſcordia, propter quasdam urbes Comitis Veromanduæ a proditoribus Regi deditas, & ab eo retentas.*

Tom. 2. p. 665. illum hæc aſſerere: *In capitale pariſienſis ſtudii pro nullo crimine juſtitiam noſtram manum mittere, quod quidem privilegium cadere non poteſt, niſi in Laicum, aut qui Laicus exiſtimatur, non in Epiſcopum aut Cancellarium Eccleſiæ pariſienſis, qui cum clerici & ſacerdotes eſſent, aliunde nempe lege ſacra,*

seu Canonica, & jure divino securi erant, nec civili indigebant, ut a vinculis tuti essent. Sæc. XVII. A. C. 1666.

Pag. eadem illum affirmare, *Clericos & Sacerdotes jure divino non posse in carcerem compingi pro quocunque delicto.* „Quibus auditis sacra facultas die prima, decima octava, vigesima secunda, & vigesima tertia, ejusdem mensis & anni Congregata unanimi omnium consensu opus illud improbavit, indignumque judicavit, quod nomine academiæ parisiensis ederetur in lucem, utpote insulsum, ineptum, absurdum, & in multis scandalosum, contumelioſum omnibus ordinibus, turpe, obscænum, & inhonestum. Præterea censuit supradictas propositiones esse respective contra veritatem sacræ historiæ, contra sacram doctrinam, seu Theologiam, faventes hæresi, & hæreticis, schismaticas, contra Canones, & Disciplinam Ecclesiasticam, & contra jus & dignitatem Regis ac Regni.„

§. LXIX.

Balassus rebellis ob Hungariæ vastationes castigatus.

Sub idem tempus Leopoldus Imperator, cum post Sigismundi Francisci Archiducis ex Tyrolensi linea postre- *Diar. Europ. t. 14.*

Sæc. XVII. A. C. 1666.

mi obitum unicus esset Austriacæ Do-
mus hæres, de ineundo connubio cog-
tabat, quod & cum Margaretha The-
resia Philippi IV. Hispaniarum Regis
Filia secundo genita die vigesima quinta
Aprilis Madriti concluſum, Viennæ
die quinta Decembris incredibili cum
pompa, raroque ludorum ac spectacu-
lorum apparatu consummatum est.
Hanc quoque publicam lætitiam auxit
liberalitas Turcici Imperatoris, qui Bi-
bliothecam Mathiæ Corvini quondam
Hungariæ Regis dono dedit, ac Vien-
nam transferri jussit. Sub idem tem-
pus Comes Balassus Imbre rebellis Hun-
garus Cæsari negotium facessere co-
perat; cum enim Hungari nupera pac
ipsis haud consultis inita concitati
prædatum excurrerent, & non modo
in Turcas sed & in Cæsareos prom
scuo furore irruerent, ac vicissim Turc
Hungarorum & præcipue præfati Co
mitis pagos & incolas ferro flammaq
devastarent, Comes captata inde oc
casione in obvios Turcas inhuman
crudelitate desæviebat: quapropter
Vezirio sub violatæ pacis obtentu ac
cusatus, Viennam captus ducebatur
atque examini subjectus, totam cul-
pam a suo milite in Vesselini Palatini
Hungarici Hussaros exonerabat, pau-
lopost clam e carcere dilapsus: Cogni
illius

illius fuga Vezirius denuo importunius instat, ejusque bona proscribi postulat: Verum Balassus hanc pœnam præveniens, ipsus eadem expilavit, indeque in Transylvaniam excurrens, cum suo agmine ingentes ex agris prædas egit: Erant tum eæ temporum vicissitudines, ut Germanum militem rursus in Hungariam educere, nec consultum, nec tutum esset; quocirca Imperator hunc prædatorem potius clementia, quam armorum vi ad officium redigere intentus, delicti veniam per Joannellum eidem obtulit: Tergiversatur aliquamdiu Balassus, tam inexspectatæ, quam immeritæ gratiæ diffisus; cum autem imminens vindictæ periculum, necnon antehac Austriacæ Domui præstita ponderaret obsequia, præcipue quod cum suis Montanas urbes a Turcarum tyrannide servarit, spe inde concepta, oblatam gratiam acceptat, & obtinet; ea lege, ut jurato polliceretur, quod in proximis Regni comitiis se sistere ac purgare paratus esset. Ast prædandi consuetudine ac cupiditate pellectus, paulopost rursus, in ipsius Palatini potissimum ditiones excurrere cæpit, incensisque ac occupatis plurimis oppidis Turcas in rebellionis societatem sollicitavit, hancque in rem octo Nobiles unacum Filio suo tanquam obsides

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Budam misit, simulque Debinam arcem arte & natura munitissimam in pignus obtulit: tempestive autem ab aliquot Germanorum ac Hungarorum millibus cinctus, necnon suorum, præcipue Conjugis ac prolium lacrimis & precibus expugnatus, sese Cæsaris arbitrio dedit; rursus igitur vinculis onustus, Viennam ad pristinos carceres remittitur, uxori vero suæ, ejusque liberis alimenta ex proscriptis ejus bonis assignantur, arx vero Cæsareo, Hungaroque præsidio firmatur, captique Turcæ, qui in hac arce reperiebantur, Budam remittuntur: prævalente tamen Cæsaris clementia Balassus anno sequenti rursus libertati affectus est, eique cuncta bona plene restituta; quin tamen insolitæ pietatis exemplum quosdam Hungariæ Proceres a rebellione magis periculosa avertere posset, uti mox referemus.

§. LXX.

Venetæ classis Præfectus plurium Turcicarum navium præda potitus.

Nani Hist. Venet. l. 10.

Quamvis Alexander VII. Papa Venetis validas pecuniarum armorumque suppetias adversus Turcas subministrasset, eosque crebris cumulasset beneficiis, subinde tamen ab illis quasdam mole-

moleſtias perpeti cogebatur; cum enim Veneti antiquo jure a Pontificiis navibus in mare Adriaticum excurrentibus telonium exigerent, Papa, qui ſuos ſubditos ab hoc onere exemptos credebat, illorum damnum reparaturus, Venetorum navigia, quæ in Pontificiis portubus hærebant, intercipi juſſit. Veneti ergo vicem repenſuri, pariter ditionis Eccleſiaſticæ naves detinuerunt, inde vero intercepta utrinque negotiatione, ac Romano populo pene ad ſeditionem commoto, Pontifex ſuum mandatum revocare cogebatur, Venetis ſuum telonii jus ſartum ſervantibus. Hi quoque hoc anno ut Turcas a Cretenſi obſidione averterent, Caneam ſeu Cydoniam intercipere parabant: jamque Menſe Januario ad finem vergente valida claſſis e Paroſano portu ſolverat; tum vero patuit, homines quidem magnorum auſuum Miniſtros, Deum vero illorum arbitrum eſſe; quippe tanta erat adverſantium ventorum pertinacia, ut non ſine maxima vectorum moleſtia naves dudum in anchoris hærentes, nonniſi exeunte Menſe Februario, alto mari decurrere poſſent: rurſus vero immutata repente maris ſide, horrendus furentium Auſtrorum impetus navibus interitum minitabatur; reddita tamen paulopoſt

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

serenitate tam densa caligine suppri-
mebatur diei nitor, ut nec retro, nec
prorsum velificandi libertas reliqua
esset: tandem sedata tempestatum vio-
lentia classis Sudam attingere poterat,
exscensione autem facta rursus tanta
nivis copia præter disturbatum procel-
lis aerem, ventorumque rabiem ter-
ram inundaverat, ut inversa climatis
natura cælumque in miseræ hujus gen-
tis exitium conjurasse videretur: ac-
cesserat ad infortunii cumulum invalu
Turcarum, qui cognita Venetorum ex-
scensione impetum tentabant, mox ta
men a generoso Vertmillero profligat
Cydoniam reverti compellebantur, cum
vero Villa Bellidux fugitivos strenu
insequeretur, incautius, longiusque
abreptus, pene ad prælii necessitatem
prolapsus est, cognito autem pericu
receptui canere jussit, æquato utrinque
occisorum numero: inutilem tam
hunc insultum paulopost compensaban
crebræ non minus ac cruentæ velite
tiones semper Turcis infaustæ: Mag
prospero adhuc successu Hieronymu
Grimanni duodecim naves, quas Turc
commeatu plenas advexerant, eisdem
in Maliaco sinu eripuit, simulque nov
milite Candiam seu Cretam adversu
Barbaros firmavit: interea vero Vene
tis nimis præpropere ad quietem fes
nan

nantibus, Vezirius secundissimis usus flatibus die vigesimo octavo Octobris cum quatuor suorum millibus Cydoniæ exscensionem fecit, nimis infesta Cretensibus vicinia. Sæc. XVII. A. C. 1666.

§. LXXI.

Salubria Franciæ Regis edicta.

Enimvero Ludovicus XIV. Franciæ Rex jam a primis Regni sui auspiciis nunc belli, nunc pacis consilia agitabat, hocque anno Poloniæ Regi, ut Principem Lubomirskium, rebellesque subditos ad obsequium redigere posset, militum suppetias pollicebatur, simulque bello die vigesima sexta Januarii Anglis denuntiato, Hollandis valida submittebat auxilia: nihilominus inter gravissimas hasce curas haud oblivisce-batur publicæ Regni sui salutis, quam ut sublatis morum corruptelis firmam redderet, plura oppido salubria promulgavit edicta; præterquam enim, quod Viros scientiis & artibus insignes largissimis congiariis remunerari præceperit, regiam scientiarum societatem instituerit, atque ad Astronomorum usum turrim Syderum speculatoriam erexerit, insuper die trigesima Julii, ut religionem, pietatemque in primis habere curis ostenderet, pro-

Heliot Hist. des Ord. Mon. t. 3. & 8. *Abregé de l'Hist. Eccl.*

Sæc. XVII. A. C. 1666

mulgato edicto declarabat, quod omnes, qui sanctum Dei, B. V. aut Sanctorum Nomen blasphemasse convicti fuerint, pecuniarum mulcta coercerentur, si autem quinta vice aucta hac pœna castigati non resipuerint, Dominicis ac festivis diebus ferreo collari ad infamem palum per quinque horas adstricti hærerent, rursus vero relapsis superiora labra & nondum emendatis inferiora etiam labra candenti ferro, ac denique ipsa omnino lingua exscinderentur, indicta quoque pecuniarum mulcta illis, qui intra viginti quatuor horas, quos hujus criminis reos noverint, judicibus denuntiare neglexerint: Præterea Mense Decembri Rex ad sanctum Germanum in Laya novum condidit edictum, quo inhibitum, ne deinceps ullum Monasterium in regno sine Regis venia erigeretur; hancque in rem revocabantur cum Episcopi civiumque consensu quasdam Congregationes aut Conventus erigendi facultates generatim hucusque concessæ: cum enim per aliquot sæcula quamplurimi excogitarentur Religiosorum Ordines, etiam non sine gravi civium incommodo pene innumera construebantur monasteria, præcipue sæculo decimo tertio, in quo veluti in consuetudinem trahebatur, ut luculentum quoddam prodi-

prodigium in vulgus ſpargeretur, cujus ope in eo loco, ubi miraculum fuiſſe patratum dicebatur, primo Eccleſia poſtea Monaſterium erigi, atque ex turmatim confluentis populi eleemoſynis, & oblationibus largiter dotari poſſet: Hoc tamen edicto Rex Epiſcopis minime inhibuit, ne nova in ſuis Diæceſibus Seminaria erigere valerent, dummodo congrue dotarentur. Sæc. XVII. A. C. 1666.

Regia denique auctoritate ſtabilita eſt Congregatio Sanctimonialium Beatæ Virginis de charitate: Hæc a Venerabili Joanne Eudes anno hujus ſæculi quadrageſimo quinto erecta, hoc anno die ſecunda Januarii ab Alexandro VII. ſummo Pontifice Apoſtolicis literis confirmata eſt. Profitentur hæ Sanctimoniales Regulam D. Auguſtini, ac ſeſe quarto voto obſtringunt, quod puellas & fœminas, quæ a libidinoſa vitæ conſuetudine ad meliorem frugem redire anhellant, exciperent, atque ad purioris vitæ ſanctimoniam reducerent.

§. LXXII.

Principum obitus.

Haud diu Philippo IV. Hiſpaniarum Regi defuncto vita ſuperſtes erat ejus Soror Maria Anna Mauritia Auſtriaca, *Priorat. Hiſt. di Leop. p. 2. l. 7. p. 747.*

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Hode Hist. de Louis XIV. l. 29.

striaca, Ludovici XIII. Conjux & Ludovici XIV. Galliarum Regis Mater. Hæc jam integro semestri variis morbis afflictata tandem die sexta Januarii continua febri corripiebatur, cujus violentia indies ingravescente, cunctisque medicæ artis remediis incassum adhibitis die decima nona ejusdem Mensis sacrum Viaticum incredibili pietate recepit, ac demum omnibus suis posteris bene precata, præcipue Ludovico XIV. ejus filio salutaria reliquit monita, necnon conatu supra morientis morem ac fidem intenso hæc postrema addidit verba: *quæ tibi dixi, iterum iterumque dico Sacratissimam Eucharistiam in lingua tenens:* Altera die, cum illam vitalis calor linguere inciperet, totumque corpus pallore, sudoreque gelido sublueretur, tandem Parisiis animam Creatori suo reddidit, nondum expleto ætatis suæ anno sexagesimo quinto. Mascula erat fœmina, quæ Filio suo adhuc minorenne, Regnum cum tanta prudentia moderabatur, ut Principes ad debitam reverentiam, subditos ad obsequium, & populum a tumultu ad pacem revocaret: Erat in adversis constans, in prosperis moderata, in arduis intrepida: Par fatum subiit Albertus VI. Bavariæ Dux, Maximiliani Henrici Colonienſis Electoris

ac

ac Alberti Sigismundi Frisingensis Episcopi Parens, qui anno ætatis suæ octogesimo secundo die vigesima quinta Junii Monachii cum ingenti suorum præcipue pauperum luctu decessit. Erat enim Princeps religionis studio, pietatis fervore ac indolis lenitate conspicuus, insignis Religiosorum fautor, ac munificus pauperum Parens Eodem anno die vigesima prima Augusti Isabella de Este Francisci I. Mutinensis Ducis Filia, ac Rainutii II. Parmensis Ducis Conjux tertio connubii sui & trigesimo primo ætatis anno naturæ debitum solvere coacta est. Hanc pari fato præcesserat die vigesima quinta Julii Henricus Lotharingiæ Dux, Harcurtii Comes, qui in Regalis Montis Abbatia subitanea, non tamen improvisa morte sublatus est; eadem enim die, qua obiit, singulari pietate cum solo Deo non sine domesticorum stupore versabatur: Heros erat, cui tum Francia paucos similes felicitate, magnanimitate autem superiorem vidit neminem; integris enim quadraginta annis, quibus Gallica signa sequebatur, crebras victorias reportabat de Franciæ hostibus, præcipue Hugonotis, quos terra marique debellatos ad Regis obsequium revocavit, totque præliis ac laboribus non suam gloriam ambitiose, sed Religio-

Sæc. XVII. A.C. 1666.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

ligionis Regnique ſalutem religioſe quæſivit. Denique die decima ſeptima Auguſti Laurentius Adamus Comes de Törring Ratisbonenſis Epiſcopus in ſua arce Bertenſteiniana vivis valedixit, cui ſucceſſit Guidobaldus Comes de Thun Salisburgenſis Archiepiſcopus, poſtea S. R. E. Cardinalis.

§. LXXIII.

Jacobi Corradi Ferrarienſis Cardinalis vita & deceſſus.

Ciacon. in vita Innoc. X.

Hunc pariter annum vitæ ſuæ exitialem habuere quinque Purpurati, quos inter primus erat Jacobus Corradus Ferrarienſis, qui ob eximiam utriusque jurisprudentiæ ſcientiam, ſpectatam religionem & in ſententia dicenda conſtantiam ab Urbano VIII. ſacræ Rotæ Auditor, ab Innocentio X. Cardinalis, & Æſinus Præſul, ac demum ab Alexandro VII. Datariæ Apoſtolicæ Præpoſitus nominabatur, quo in munere, dum nec potentum favore, nec adverſantium timore ab æquitatis ſemita dimoveri poſſet, ſed cunctis affectibus unicam de Catholica Eccleſia benemerendi laudem præponeret, ingens ſibi nomen comparabat: tandem vero laborum aſſiduitate fractus, Romæ die decima ſeptima Januarii ætatis ſuæ anno

anno ſexageſimo quarto pientiſſime obiit: Egregius erat divitiarum contemptor, & pauperum æquique amator, ab affinium amore tam alienus, ut facultatum ſuarum hæredes nonniſi Transpontinam tituli ſui Eccleſiam, & Xenodoxium S. Mariæ ex aſſe inſtitueret. Sæc. XVII. A. C. 1666.

§. LXXIV.

Marcus Antonius Franciottus Cardinalis mortuus.

Sequentis Menſis die nona Corradi veſtigia preſſit Marcus Antonius Franciottus patria Lucanus, qui puer adhuc ſingularia pietatis ſpecimina edidit, ac ſæpe ſolus remotisque arbitris e lectulo ſurgere, poſitisque humi genibus ad Deum ferventiſſimas preces effundere viſus eſt, fœminam quoque impudicam in ſuum conclave immiſſam impacto in faciem colapho fugavit, exortasque inter Bononienſes Academicos diſſenſiones ſenili prudentia compoſuit. Harum virtutum fama Romam delata, a Paulo V. Protonotarius, a Gregorio XV. Fabrianus & Faventinus Prætor, ab Urbano VIII. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Auditor, necnon Annonæ Præfectus nominabatur: Eminuit in eo æquitatis amor, quo incitatus omnes benigne auſcultabat, nec ullum *Vitt. Siri in Hiſt.*

Sæc. XVII. A. C. 1666.

ullum inaudita parte judicabat: quare ab omnibus Judex rectiſſimus, & in labore impigerrimus audiebat. Talem igitur tantumque Virum Urbanus VIII. jure Cardinalium Collegio accenſuit, Romandiolæ Legationi pluribusque Congregationibus præfecit, ac patriæ ſuæ Epiſcopum renuntiavit; dimiſſi vero Eccleſia ſua Romam ſeceſſit, ubi Innocentio X. & Alexandro VII. a conſiliis, Eccleſiæ plurimum profuit; in ejus enim ſuffragiis Sanctitas pariter & operoſum ſtudium deprehendebatur, non aliam, quam Chriſtianæ Reipublicæ commodum promovendi ſollicitudinem in animo fovens: Tandem Romæ meritorum præmium beato fine a Deo adeptus eſt, annos natus ſeptuaginta quatuor.

§. LXXV.

Carolus Medices Cardinalis vita functus.

Ughell. Ital. Sacr. Ciacon. in vita Pauli V.

Nec invida mors Carolo Medici Magno Etruriæ Duci hoc anno pepercit: Erat is Regiis plane animi dotibus largiter a natura inſtructus, ac eximiis excultus diſciplinis: unde non tam ſanguinis nobilitate, quam propriæ meriti præſtantia Purpuram a Paulo V. adoleſcens novendecim annorum adeptus,

ptus videtur. Ætate provectior totum sese Ecclesiæ Romanæ obsequio devovit, pluriumque Sacrarum Congregationum Consultor semper luculenta prudentiæ, Religionis, & pietatis signa edidit, necnon Pontensis Ecclesiæ Præpositus jura libertatemque egregie vindicavit, magnamque suarum facultatum partem ad ampliandum Dei cultum impendit, præcipue vero sumptuosum Florentiæ Templum pro Regularibus Clericis seu Theatinis a fundamento erexit, ibidemque die decima nona Junii septuagenarius decessit, Sæc. XVII. A. C. 1666.

§. LXXVI.

Hieronymi Columnæ Cardinalis extrema.

Hunc pari mortis necessitate sequebatur Hieronymus Columna patria Romanus, qui a puero animum ad S. militiam propensum præseferens, a Paulo V. Abbatiam S. Marthæ obtinuit, emensoque Compluti studiorum cursu Romam laureatus Doctor reversus, ab Urbano VIII. Cardinalis, ac postea Bononiensis Archiepiscopus renuntiabatur, quam Ecclesiam per duodecim annos moderatus, non modo ampliato Palatio Archiepiscopali, Bibliotheca aliisque fabricis augustiorem reddidit, sed *Vitt. in add. ad Ciac. Rasp. de Basil. Lateran.*

Sæc. XVII. A. C. 1666.

sed insuper celebratis sæpius Conciliis, restaurata Christiana & Ecclesiastica disciplina, atque eliminatis vitiis, morumque corruptelis ad pristinum decorem revocavit: postquam vero annuente Papa Bononiensi Ecclesiæ nuntium misserat, in Hispaniam venire a Philippo Rege rogatus, summa pompa ac benevolentia ibidem excipiebatur. Adstitit etiam Regi moribundo, cui etiam defuncto justa persolvit, ipsamque Margaritam Austriacam Leopoldi I. Imperatoris Sponsam Madrito in Italiam comitatus est, ubi vero ad littora Ligustica appulerat, vix e navi egressus, violenta febri correptus est, qua etiam mox consumptus, Finarii die quarta Septembris annos natus sexaginta tres mortalitatem exuit, postquam totam sacram suppellectilem magnifico Templo S. Barnabæ a se exstructo in oppido Marini legaverat, atque argenteum scabellum B. Virgini Lauretanæ donaverat: Celebratur hic Cardinalis præcipue ab animi serenitate, sinceritate, morumque comitate, prudentia & pietate: acutus erat in dijudicando, succinctus in dicendo, cautior in agendo, atque insignis virorum doctrina & pietate illustrium fautor, ab omni fastu alienus, suæ tamen, qua præfulserat, dignitatis, honorisque vindex acerrimus. §. LXXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1666.

§. LXXVII.

Aſcanii Philomarini Cardinalis fata.

Poſtremus denique inter Purpuratos hoc anno defunctos erat Aſcanius Philomarinus patria Neapolitanus, qui in ſeverioribus diſciplinis rara indolis felicitate, & nunquam remiſſo plura ſciendi ardore tantum profecit, ut Doctoratus laurea decoratus jamjam Romæ indefeſſi ſui laboris præmia conſequi inciperet; quippe ab Urbano VIII. Cubicularius, Lateranenſis & Vaticanæ Eccleſiæ Canonicus, Nuntius Apoſtolicus in Hiſpania, Archiepiſcopus Neapolitanus, ac demum Cardinalis renuntiabatur: Harum tamen dignitatum proventus non ad luxum & pompam, ſed potius ad Eccleſiæ ſuæ ornatum, Diæceſis emolumentum, gregisque ſui levamen impendit; quippe Archiepiſcopale Palatium temporum injuria non minus quam incuria pene collapſum maximis impenſis reparavit, Domeſticum Sacellum, ipſamque Eccleſiam, Templum B. V. apud PP. Carmelitas, aliudque Sacellum apud Clericos regulares marmore, ſacra ſuppellectile, & pictis tabulis exornavit, ditavitque: populum vero rebellem non ſine propriæ vitæ periculo ad Re-

Priorat. in Theatr. Vir. Illuſtr. Silos in Hiſt. Cler. Regul. Ughell. Ital. Sacr.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

gis obsequium reduxit, aberrantes oves verbo & exemplo ad salutis pascua revocavit, contagione ac inopia laborantes indefessa sollicitudine corporis & animæ remediis adjuvit, omnibus omnia factus. Habebat Majestati morumque gravitati ita conjunctam modestiam, ut tristitiam & arrogantiam semper exueret, quin ipsius comitas authoritatem, aut severitas clementiam diminueret, nunquam ex candescere visus, nisi quando vitiorum inveterata pertinacia, aut violatæ immunitatis Ecclesiasticæ injuria acerbiorem censuram extorquebat. Protracto demum glorioſæ ætatis curriculo usque ad annos octoginta tres Neapoli die tertia Novembris hac vita ad cæleſtem, ut pie credimus, vitam emigravit.

§. LXXVIII.

Ludovici Maresii sermo in defensionem censuræ a Facultate Parisiensi contra Vernantum & Guimenium pronuntiatæ.

Vid. supra §. 28. p. 80. Collect. nova act. Cler Gall. tom. 2.

Crebræ adhucdum Parisiis ob nuperam Facultatis Theologicæ censuram contentiones fervebant; studiis enim in diversa trahentibus quidam Facul-

Facultatem, & Parlamentum de Pontificis auctoritate nimium læsa incusabant, alii e contrario Papam limites excessisse spargebant: cum autem præcipue Ludovicus Maresius Sacerdos ac Parisinæ Facultatis Doctor accusaretur, quod in suis sermonibus postposita omni veneratione adversus Papam declamasset, hinc suam vindicaturus innocentiam, die octava Octobris in Ecclesia ad S. Jacobum, quo Rector, totaque Sorbona habita solemni supplicatione convenerat, in veritatis, seu potius Facultatis defensionem sermonem habuit, a multis sugillatum, a sola tamen Sorbona maximopere deprædicatum. Selegerat sibi thema ex illis S. Lucæ verbis: *At illi tacuerunt* c. 14. Exposuerat, quod olim Pharisæi, tanquam canes muti, non valentes latrare, suo silentio veritatem injuste oppr ssam reliquerint: tanquam dormientes, & nil nisi vana videntes veritatem suis dolis & fraudibus corruperint, & veluti canes impudentissimi amant s somnia, veritatem furiosa erroris obstinatione etiam convicti everterint: hos appellitabat timidos, dolosos atque impios; econtra autem ostendebat, quod Doctor Catholicus, cujus est populum docere, nunquam veritatem suo silentio prodat, nunquam sua pravitate corrumpat,

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

ſed cognitam veritatem tueri paratus, nunquam in errore pertinaciter perſiſtat. Proin ſit intrepidus, ſincerus, & humilis: quam graviter autem Deus contra Paſtores timidos, & eos, qui veritatem injuſte opprimi, ſua conniventia patiuntur, queratur, demonſtrabat ex variis Prophetarum textibus, quibus ſubjunxit, quod quamvis circa veritates omnino ad ſalutem haud neceſſarias Chriſtiana prudentia ſilentium ſuadeat, quando ex nimio Zelo diſſenſiones & diſcordiæ inter fideles oriuntur timentur, nihilominus tamen ſi Eccleſiæ Doctor circa religionis articulum vel circa credenda, aut hic & nunc agenda conſultatur, ſuoque ſilentio veritatem opprimi cernit, haud ultra tacere valeat, etiamſi potiſſimos in errore verſari, aut nonniſi quatuor vel quinque homines veritatem ſequi agnoſceret: Poſtea adverſus doloſos declamans, adduxit hæreticos, qui ſacras literas pro tuendis ſuis erroribus depravarunt, tum ſermone converſo ad errores Jacobi Vernanti & impietates Guimenii, hunc verba S. Scripturæ profanaſſe, illum totam Hierarchiam, omnesque Eccleſiæ libertates evertiſſe ajebat, deprædicans cenſuram Facultatis contra *juratum hunc Eccleſiæ Dei hoſtem* ita declamantis: *Idcirco neceſſe eſt Doctor*

Facult. in Præf. cenſ. contra Jacob. Vern.

Doctores, quos Deus dedit ad consumma- Sæc. XVII.
tionem sanctorum in opus ministerii, in A. C. 1666.
ædificationem corporis Christi, quod est Ecclesia, animose & fortiter resistere hominibus illis, qui cum non acquiescant sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, etsi quæ secundum pietatem est doctrinæ, omnia potestatis Ecclesiasticæ jura confundunt, & Hierarchiam divina ordinatione institutam occultis & subdolis molitionibus subvertere non verentur &c. Laudat etiam Facultatem, quod Doctores Guimenio similes nominarit *fumosæ, laxiorisque Theologiæ agyrtas, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia.*

Acrius postea invehebatur in Pontificem, eique adjudicatam infallibilitatem, ita exclamans, „novissimis hisce „temporibus novum genus corruptorum exortum est, qui universali Ec„clesiæ prærogativam a suo Sponso ac„ceptam, seu supremam sine erroris „metu circa religionis controversias de„cidendi auctoritatem auferre molien„tes, absona novitate illam *unico ho„mini* adjudicant, cujus decisiones tam „circa fidem, quam mores velut ora„cula cæco obsequio recipere tenere„mur, quin eas, an S. literis, tradi„tionibus, & antiquis Ecclesiæ Cano„nibus consonæ sint, discutere liceret.„ Quod autem Facultas *tam periculoso er-* *In Præf. censf. contra Guim.*

Sæc. XVII A. C. 1666.

rori, tamque pernicioſæ conſecutioni ſeſe ingenito Zelo & conſtantia oppoſuerit, hancque doctrinam velut falſam, temerariam, ſcandaloſam & hæreticam in ſua cenſura damnarit, eam propterea hic Concionator ſummopere commendavit, rurſus in Vernantum invehens, eoquod, licet Papam Eccleſiæ & Conciliorum deciſionibus ſubjectum eſſe haud ignorarit, Papam tamen abſolutum Dominum & Miniſtrum independentem ab omnibus etiam Eccleſiæ legibus ſub frivola diſtinctione *directe & indirecte* effecerit, eumque adulatione haud toleranda & ſcandaloſa Eccleſiæ correctioni ſubtraxerit, *ut ejus errores inſanabiles, & ejus peccata ſine remedio eſſent:* Carpſit poſtea Vernantum, quod in totius Franciæ oculis ſcribere auſus fuerit hæc verba: *Dum Pontificum vel Liberii ignaviam, vel Felicis ambitum honorum, vel Joannis XXII. ſingularem opinionem, non ſolum quaſi privatorum hominum culpas, ſed Eccleſiæ Capitum hæreſes traducis, nonne promoves Calviniſtarum cauſſam, & iter ad perfugium Eccleſiæ inviſibilis munis? niſi malis nos in Atheorum voraginem præcipites dare.* Denique hic Concionator deteſtatur pertinaciam eorum, qui dicunt; *jam ſemel erravi, ergo in errore perſeverare debeo, agitur de meo honore & aucto-*

auctoritate, jam ſemel condemnavi hanc doctrinam, & hujus hominis Perſonam, neceſſe eſt, ut hunc & omnes, qui eum defendunt, ulterius condemnem & inſectер: contra hos adduxit exempla ſummorum Pontificum, S. Gregorii Magni, Hilarii, Paſchalis II. Gregorii XI. aliorumque, qui ſe Eccleſiæ reprehenſioni obnoxios, & fallibiles agnoverunt, hancque in rem etiam adduxit, quod ſummus Pontifex in Canoniſationum Bullis ita proloquatur: *antequam ad pronuntiandum veniamus, proteſtamur publice apud vos præſentes, quod per hunc actum canoniſationis, non intendimus aliquid facere, quod ſit contra Catholicam Eccleſiam, aut honorem Dei.* *Chriſt. Marcell. Congr. Epiſc. l. 1. Cærem. Rom. Eccl. ſect. 6.*

Hic ſermo die tertia Novembris Pariſiis a Joanne Payeno Sorbonæ Doctore & Parocho ad S. Genofevam approbatus eſt, prælique copia Typographo a Pariſienſi Curia die decima tertia Octobris fuit conceſſa.

§. LXXIX.

B. Franciſcus Saleſius ab Alexandro VII. Sanctorum faſtis adſcriptus.

Jam quintus evolvebatur annus, ex quo Alexander VII. Franciſcum Saleſium Gebenenſem Epiſcopum Beato- *Vid. ſupra l. 104. p. 650. §. 79.*

Sæc. XVII. A C. 1666.

rum honoribus celebrari indulserat, cum autem nihil deesset eorum, quæ ex S. Patrum auctoritate, & Ecclesiæ decretis ad ipsa Canonisationis solemnia requiruntur, hinc idem Pontifex ad Franciæ Regis, ejus Matris, & Henrietæ Angliæ Reginæ, necnon Bavariæ & Sabaudiæ Ducum, aliorumque preces hoc anno die duodecima Maji Beatum hunc Episcopum Sanctorum Catalogo adscripsit. Hunc in finem Apostolicum edidit diploma, in quo hunc actum non ex Divina institutione, sed duntaxat *juxta laudabilem & veterem Romanorum Pontificum consuetudinem* in Ecclesia fieri profitebatur, ac recensitis hujus sancti virtutibus, & Apostolico Zelo in hæreticis non vi, sed Divini Verbi potentia ad Ecclesiæ sinum revocandis, inter plurima, quibus Vir Dei inclaruit, prodigia duntaxat duorum mortuorum resuscitationes, quatuor Paralyticorum sanationem subitaneam, & unius cæci illuminationem retulit. His autem rite probatis, ejus diem festum vigesima nona Januarii quotannis recoli concessit. Huic Constitutioni duntaxat triginta & octo Cardinales subscripti leguntur.

Bullar. magn. Alexandri VII. Const. 166.

§. LXXX.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

§. LXXX.

Aliæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

Præter hanc Constitutionem idem summus Pontifex alia edidit decreta, & primo quidem, cum Cisterciensium Ordinem ob temporum calamitatem a primævæ institutionis semita deflexisse intellexisset, ut collapsa disciplina, & sublatis dissidiis inter communis & strictæ observantiæ Monachos exortis, pax restauraretur, habito consilio cum Claudio Vaussin Abbate Generali, aliisque Abbatibus novæ reformationis articulos confirmavit, atque inter alia circa carnium abstinentiam, gravioris dissensionis argumentum, sancivit, ut illi, qui hanc abstinentiam amplexi sunt, vel imposterum amplectentur, illam exacte retineant, nec ad communem observantiam sine S. Sedis licentia transire valeant, quin tamen communis observantiæ Professoribus sine sui Abbatis venia ad perpetuam hanc abstinentiam transire liceat; nulli quoque Superiores ullum ad eam recens amplectendam cogere, nec etiam in hac observantia educatis licentiam vescendi carnibus dare possint, nisi duntaxat tribus diebus in hebdomada.

Vide supra l. 104. §. 13. pag. 462. & 651. Bull. l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1666.

Statuit etiam idem Pontifex die vigesima octava Januarii, ut deinceps Capitulum Generale Congregationis Eremitarum Camaldulenſium de biennio in biennium, dieta vero ſeu Congregatio Provincialis anno poſt celebratum Capitulum Generale proximo celebranda ſit. Denique die nona Auguſti Papa Abbati Generali Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris indulſit, ut habitum Prælatitium deferre poſſet.

§. LXXXI.

Quædam deciſiones S. Congregationum Romanarum.

Deciſ. S. Congr. Rit. Epiſc. Conc.

Hoc item anno ſacra Rituum Congregatio die decima tertia Februarii decidit, quod, ſi exponitur Sacramentum in altari pro initio quadragintæ horarum vel ſpiritualium exercitationum, ſi accidat in feſto primæ vel ſecundæ claſſis, ſive in dominica privilegiata primæ vel ſecundæ claſſis, tunc in collegiatis vel duæ cantentur miſſæ, una de feſto, ſeu dominica poſt tertiam, altera votiva de ſacramento poſt nonam: vel una cantetur de die cum commemoratione SS. Sacramenti. Die autem undecima Septembris S. Concilii Congregatio declaravit, quod Canonicus

nonicus Pœnitentiarius, si Episcopo sic videbitur, possit eligi in Confessarium Monialium, dummodo valeat utrique muneri satisfacere, ac denique S. Rituum Congregatio die decima octava ejusdem Mensis decrevit, quod si simul transferenda sint festa S. Marci Evangelistæ, & SS. Apostolorum Philippi & Jacobi, prius reponatur festum S. Marci, dein alterum SS. Apostolorum. Sæc. XVII. A.C. 1666.

§. LXXXII.

Epistola Pastoralis Episcopi Monasterienſis ad Clerum.

Rursus Christophorus Bernardus de Gallen Monasterienſis Episcopus juxta Synodorum veterum legem, qua Diœcesana Synodus bis quotannis haberetur, Diœcesanam Synodum celebrare præpeditus, saltem epistolam Pastoralem ad suum Clerum transmisit, ac quidem hoc anno die tertia Aprilis præter innovata priorum Synodorum statuta præcepit, ut Clerici cunctas suspectas mulieres e domibus suis, imo etiam civitatibus & pagis excludant, ut nihil siniſtri de iisdem suspicari liceat: denuo etiam eos hortabatur, ne conspirationes inter se invicem, minus vero contra Prælatos & Superiores suos

Sæc. XVII. A. C. 1666.

ſuos conflent: Monuit etiam Clericos, ut in teſtamentis condendis ea bona, quæ potiſſimum ex Dei cultu, Eccleſiæ proventibus, & pauperum eleemoſynis receperunt, denuo ex teſtamenti diſpoſitione, majore ſaltem ex parte ad eosdem revolvant.

Indixit quidem idem Epiſcopus Synodum Diæceſanam ad feriam tertiam poſt Feſtum S. Gereonis, cui tamen ipſe aliis diſtentus negotiis non interfuit, omnia vero, quæ in prioribus ſancita fuere, confirmari curavit.

§. LXXXIII.

Catholici in Tranſylvania oppreſſi.

Sub idem tempus Sophia Georgii Ragotſii II. Tranſylvaniæ Principis defuncti Vidua Conjux e Calvini caligine in lucem Catholicæ veritatis traducebatur, ringentibus hæreticis Hungaris, qui non modo præfatum Georgium Principem ante obitum ſuum, ſed inſuper ejusdem Filios ejurata ſecta ſe cum Eccleſia Romana conjunxiſſe indignabantur: Acrius adhuc eos pupugit Carmen Epithalamicum *in gentilitiam Principis Ragotſii gladiatam in hæreſes aquilam*, quod Joannis Antonii Serinii Moderator typis ediderat eo tempore, quo Franciſcus Ragotſius Petri

Petri Serinii Comitis Filiam duxit: Sæc. XVII.
Postquam vero Sophia insuper Catho- A. C. 1666.
licam fidem in suis ditionibus propagare, strenue cæperat, Calviniſtæ inde in rabiem acti, extrema potius perpeti, quam Catholicæ religionis incrementum tolerare decreverunt: eapropter apud Michaelem Abaffium Transylvaniæ Principem, acerrimum Calvinianæ sectæ Fautorem questi, eundem instigarunt, ut jactato Sultani mandato Ragotsios non modo ex tota sua ditione, sed ipso etiam Principatu exturbare aggrederetur: Jamjam inopino impetu Schamblienſem Ragotiorum arcem intercepit, suoque trecentorum præsidio firmavit, junctaque cum ceteris Calviniſtis opera nil intentatum inausumque reliquit, ut Catholicos omni, quo posset modo opprimeret, & quamvis a Cæsare mandatum extorsisset, vi cujus Sophia reformationem sistere, sectæque libertatem relinquere jubebatur, nihilominus Catholicos & Ragotsios durius habere haud cessavit: Tandem ergo Cæsar horum calamitatem misertus, Kaszonio Metropolitanæ Strigonienſis Eccleſiæ Canonico negotium dedit, ut suo nomine Fogarasii apud Abaffium intercederet, ne utpote justitiæ Minister, ac patriæ Pater Catholicos subditos suos, eorum-

Sæc. XVII. A. C. 1667. eorumque Sacerdotes a furiosis Calvinistis turbari, opprimi, lædi, ac contumeliis affici pateretur, sed potius permitteret, ut sub ejus regimine Vicarius, Episcopus, ceterique Ecclesiastici Superiores libere suos inferiores Sacerdotes utpote receptæ Religionis Ministros regere, ac cum illis quiete & tranquille vivere valerent, necnon incolæ ad instar aliarum receptarum religionum liberam exercendæ religionis suæ facultatem haberent, nec ab aliis sub quovis obtentu vexarentur: Verum ad justam hanc Cæsaris petitionem surdas habuit aures Calviniana rabies, odiumque in Catholicos prævaluit.

§. LXXXIV.

Alexandri VII. Pontificis decretum circa Attritionem intra Sacramentum Pœnitentiæ.

Vid. supra t. 204. §. 92. pag. 674. Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 324.

Cum hoc anno in Duacensi Universitate summa animorum contentione agitaretur hæc quæstio, *an attritio ex metu pœnæ concepta peccandi voluntatem excludens cum spe veniæ, intra Sacramentum pœnitentiæ sufficiat?* hinc Alexander VII. majora mala inde oritura veritus, die quinta Maii in Generali Congregatione Romanæ Inquisitionis sequens

sequens decretum promulgari jussit (*). Sæc. XVII.
„Sanctissimus Dominus noster Alexan- A. C. 1667.
„der Papa VII. cum acceperit, non
„sine gravi animi mærore scholasticos
„quosdam acrius, nec absque fidelium
„scandalo inter se contendere, *an illa attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ ad impetrandam gratiam in sacramento pœnitentiæ requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei?* asserentibus quibusdam,
„negantibus aliis & invicem adversam
„sententiam censurantibus, Sanctitas
„sua enixe cupiens pacis vinculum in-
„ter fideles servari, omnemque scis-
„suræ fomitem extinquere, auditis vo-
„tis Eminentissimorum ac Reverendis-
„simorum DD. Cardinalium adversus
„hæreticam pravitatem generalium in-
„quisitorum, necnon Consultorum, &
„qualificatorum sacræ Congregationis
„hoc præsenti decreto in virtute sanctæ
obedien-

(*) Observandum videtur, ex eo, quod hic Papa alterutram opinionem censura affici vetuerit, non sequi, quod utramque agnoverit ut probabilem, quia id prohibuit duntaxat pacis reducendæ & scandali prævertendi studio, sicut ob parem rationem inhibuit alterutram sententiam de Immaculata Conceptione censuris perstringi, licet affirmativa sit moraliter certa.

Sæc. XVII. A. C. 1667.

„obedientiæ, & sub aliis pœnis ex-
„communicationis latæ sententiæ hujus
„sanctæ Sedi reservatæ, aliisque pœnis
„ejusdem sanctæ Sedis arbitrio taxan-
„dis, præcipit cunctis, & singulis fi-
„delibus, quocunque gradu ac digni-
„tate etiam Episcopali & majori, imo
„& cardinalitia fulgentibus, ut si dein-
„ceps de materia attritionis præfatæ
„scribent, vel libros aut scripturas e-
„dent, vel docebunt, vel prædicabunt,
„vel alio quovis modo pœnitentes, aut
„Scholares, cæterosve erudient, non
„audeant alicujus Theologicæ censuræ,
„alteriusve injuriæ aut contumeliæ nota
„taxare alteram sententiam, sive ne-
„gantem necessitatem aliqualis dilectio-
„nis Dei in præfata attritione ex metu
„gehennæ concepta, quæ hodie inter
„scholasticos communior videtur; sive
„asserentem, dictæ dilectionis necessi-
„tatem, donec ab hac sancta sede fue-
„rit aliquid hac in re definitum, sta-
„tuitque præterea decretum hoc, seu
„illius exemplum ad valvas Basilicæ
„Principis Apostolorum de urbe, & in
„acie campi floræ affixum omnes ubi-
„que existentes arctare & afficere, ac
„unicuique personaliter fuisset inti-
„matum.„

Attamen hoc decretum in Gallia non fuit receptum, imo Anno Christi millesimo

milleſimo ſeptingenteſimo Clerus Gallicanus in ſuis comitiis apud S. Germanum in Laya habitis die quarta Septembris declaravit, quod actum fidei & ſpei elicere in Sacramento non ſufficiat, niſi quis Deum tanquam fontem omnis juſtitiæ diligere incipiat. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. LXXXV.

Novem Præſules ad dijudicandam quatuor reclamantium Epiſcoporum cauſſam a Papa delegati.

Quantumvis non modo Alexander VII. ſummus Pontifex in ſuo decreto, ſed etiam Ludovicus XIV. Galliarum Rex in ſuo edicto mandata quatuor illorum Franciæ Præſulum, qui præſcriptam formulam ſine limitatione recipere recuſarunt, tanquam nulla & Pontificis menti adverſa rejeciſſet, nihilominus hi accitis etiam ſociis hanc ſuam opinionem pro aris & focis propugnabant: inde vero haud parum commotus Rex, ne Eccleſiaſticorum cauſſam ſuo judicio ſubjeciſſe videretur, datis ad Papam literis petiit, ut duodecim Franciæ Præſules nominaret, qui de quatuor horum Epiſcoporum contumacia cognoſcerent, & adverſus eos juxta Eccleſiæ Canones procederent: Ad has literas Pontifex reſpon- *Abb. du Mas Hiſt. des cinq. prop. lib. 6. Acta Card. Roſpil.*

Sæc. XVII A. C. 1667.

dit, quod ſolum Pariſienſem Archiepiſcopum tanquam executorem nominare decreverit, ipſe quoque quatuor hiſce Epiſcopis ſignificarit, ut formulæ ſimpliciter & pure ſubſcriberent, ſi tamen contumaces fuerint, Pontificiis functionibus interdicti & ab Eccleſiarum ingreſſu excluſi declararentur: poſtea tamen Papa tres adhuc Epiſcopos nominare ſtatuit: id vero Franciæ Præſulibus non probabatur, viciſſim vero Pontifici duodenarius Judicum numerus diſplicuit, ne ratum habere videretur privilegium, vi cujus Franciæ Epiſcopi a paucioribus, quam duodecim Prælatis judicari haud poſſe, prætendunt; licet enim id in quodam Canone ſancitum legatur pro caſu, quo Epiſcopus coram Metropolitano accuſatur, non tamen id vim obtineat, quando talis inſimulatur coram Papa: Ne vero Pontifex Regis voto deeſſet, tandem in Congregatione hanc in rem ſtabilita die vigeſima ſecunda Aprilis novem delegavit Præſules, conceſſa eisdem facultate, alios ſibi ſubrogandi, ſi forte eorum nonnulli Janſenio favere crederentur, aut hoc negotium in ſe ſuſcipere recuſarent: Attamen cum Judicum delectus haberetur, multique aut de Janſenii lecta,

secta, aut Jansenistarum favore in suspicionem traherentur, Alexandro VII. interim satis functo, totum negotium interruptum est, atque inter varias contentiones, quæsitasque moras hi quatuor Episcopi sat commodum suas partes numero & auctoritate firmandi spatium nacti sunt. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. LXXXVI.

Octo Cardinales ab Alexandro VII. Papa inaugurati.

Ex gravibus, quibus Alexander VII. Papa jam a longo tempore afflictabatur morbis, ipsus vicinum vitæ suæ finem sibimetipsi præsagiebat, ac propterea, quæ ad Ecclesiæ utilitatem, tranquillitatemque conferre autumabat, adhuc perficere intentus, præcipue sacrum Purpuratorum Collegium die septima Martii novis octo augebat Cardinalibus, quorum primos quatuor jam anno priori selectos hucusque tacitis eorum nominibus in animo retinuerat. Erant autem sequentes I. Julius Spinula Genuensis Patritius Cardinalis Presbyter tit. SS. Sylvestri & Martini. II. Carolus Robertus de Victoriis ex Archiepiscopo Tharsensi Cardinalis tit. S. Mariæ in Ara Cæli. III. Vitalianus de Comitibus Mediolanen- *Ciacon. in vita Alexandri VII. tom. 4.*

Sæc. XVII. A. C. 1667.

lanensis, Archiepiscopus Ephesinus, Cardinalis tit. S. Agnetis. IV. Innocus Caracciolus Neapolitanus Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis. V. Joannes Delphinus Patriarcha Aquileiensis Presbyter Cardinalis S. Salvatoris in Lauro. VI. Guidobaldus de Thun natione Germanus Presbyter Cardinalis sine titulo. VII. Ludovicus de Vendome Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Porticu. VIII. Aloysius Guilielmus Moncata Cardinalis Diaconus sine titulo.

§. LXXXVII.

Alexandri VII. summi Pontificis obitus.

Ciacon. in vita Alexandri VII. tom. 4.

Senserat equidem Alexander Papa proximius halitum suum ad ultimam lineam decurrere, seque divina voluntate in æternitatis forum evocari, quocirca die decima tertia Aprilis Purpuratorum conventum indixit, in qu habita pia, ac pro more suo diserto oratione cunctis supremum veluti vale dicens, eos lacrimis ubertim interfluentibus hortabatur, ut solius Dei gloriam Sedis Apostolicæ honorem, ac Eccle siæ incrementum respicientes, virum Ecclesiæ tam periculoso tempore re gendæ idoneum seligerent: Ab eo tem

pori

poris momento plerumque solus & sibi plane, suisque curis relictus, in pœnitudine delictorum, & præteritæ ætatis accusatione sese ad supremam luctam accingebat; tandem vero post diuturnos, acerbissimosque dolores invicta Christiani animi fortitudine toleratos die vigesima secunda Maji placidissime obdormivit in Domino, anno ætatis suæ sexagesimo octavo, Pontificatus vero duodecimo cum unico Mense, & quindecim diebus. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. LXXXVIII.

Ejusdem Pontificis gesta in Pontificatu.

Sub ipsa Pontificatus auspicia Alexander VII. jamjam gravissimis undique rerum angustiis premebatur, ac sæpe innumeras tam ardui muneris curas dolebat, mæstoque prioris vitæ desiderio, & recordatione, præsentem, miseramque servitutem sub ampliſſimi honoris specie impositam deplorabat: nihilominus virtute ex alto roboratus, cuncta adversa invicto animo excepit, atque impigro labore & prudentia superavit: Afflictabatur Romana Urbs fame ac pestilentia, quæ tamen mala providus ac liberalis Parens humanis, Divinisque remediis & copiosa annona *Palat. in vita Alexandri VII.*

Sæc. XVII. A. C. 1667. a remotis etiam Batavis coempta de-pulit: Inclaruit ſingulari religionem Catholicam propagandi ſtudio, necnon profuſa liberalitate, qua Chriſtianis Principibus contra orthodoxæ fidei hoſtes pugnantibus pecuniam, copias & claſſes ſubminiſtravit, præcipue Caſolo Emanueli Sabaudiæ Duci adverſus Calviniſtas Vallium Alpinarum incolas bellum gerenti, Regi Poloniæ armis Suecorum pene oppreſſo, Regi Hungariæ a Turcis infeſtato, Catholicis in Helvetia per Tigurinos & Bernates hæreticos dire vexatis, necnon Venetæ Reipublicæ, quam in Cretenſi Inſula a Turcis diuturno bello preſſam claſſibus, & pecuniarum militumque ſuppetiis adjuvit, atque ad parem liberalitatem Cardinales & Principes Chriſtianos incitavit. Ceterum, cum in veſtitu omnique alio proprii corporis cultu munditiem & decorum, non vero affluentiam aut pompam quæreret, in exornanda tamen Romana urbe, & reſtaurandis Eccleſiis ingentes profudit theſauros; præprimis enim Pantheon, clariſſimum illud veteris Romæ Templum inſigni porticu, & raræ magnitudinis columnis exornavit, Divi quoque Petri Cathedram a quatuor Eccleſiæ Doctoribus ſuffultam ex ære deauratam in aſpide Templi Vaticani conſtituit, nec-

necnon conſtructis navibus portum Cen- Sæc. XVII.
tum cellarum reſtauravit, ſacras ædes A. C. 1667.
B. V. Mariæ de Populo, de Pace, B. Mariæ Aſſumptæ, & B. Mariæ gratiarum, necnon Monaſterium Monialium de refugio, pluresque alias ſacras ædes vel recens erexit, vel auguſtiores reddidit: Palatium quoque Caſtri Gandulfi, & Archigymnaſium Romanum locupletiſſima Bibliotheca auxit, & ad regiam pene magnificentiam perduxit, denique Officinam monetariam, aliaque ædificia Romanæ antiquitatis ac pompæ æmula conſtruxit. Erat hic Pontifex ſane literarum, & omnigenæ eruditionis ornamentum longe maximum, in perveſtigandis antiquitatum monumentis ſolertiſſimus, & in veterum manuſcriptorum Codicum lectione adeo verſatus, ut quoscunque barbaro etiam atque exoleto caractere exaratos prompte penetraret, & feliciter aſſequeretur, atque ex his plura ad illuſtrandam obſcuriorum temporum eruditionem aſſiduo non minus ac proficuo labore colligeret, quæ etiamnum præter ipſius poemata, aliosque Codices notis a ſe illuſtratos Romæ aſſervantur. Literatos quoque ſingulari æſtimatione & affectu præcipuo complexus, Romæ Collegium inſtituere decreverat Virorum ingenio & ſcientiæ fama in-

Sæc. XVII. A. C. 1667. clytorum, qui ex omnibus Christiani Orbis Provinciis accersiti, suis lucubrationibus fidei dogmata tutarentur, & Sedis Apostolicæ hostes, eorumque molimina retunderent. Præclarum tamen hoc opus exequi præpediebatur exorto Romæ dissidio cum Crequio Franciæ Oratore, cujus jam supra meminimus. Talis tantusque Pontifex, quem nequidem Coburgenses Academici consuetis suis vituperiis lacessere audebant, Hübneri tamen lividos dentes effugere haud poterat, qui illum triplicis voti, quo tamen Alexandrum se obstrinxisse, præter hunc maledicum, nullus memorat transgressorem criminatur: solus Joannes Baptista Nani privato in Alexandrum odio incensus, illum carpit, *quod otiosis studiis, & vanis ædificiis intentus, Principum necessitates & populi miserias neglexerit, suosque Nepotes ultra modum locupletans, atque inutilia ædificia erigens, inter gravissimas calamitates & vexationes Pontificias ditiones ad inopiam redegerit, eapropter a Principibus ob Regiminis sui labes vilipensus decesserit. & populus eidem infensus, post ejus obitum fratris sui familiam injuriis cumularit.* Hæc vero censura sat superque confutatur encomio Joannis Trösteri Acatholici, testantis, quod *Alexander VII. suis virtutibus tam a Romana Eccle-*

Ecclesia, quam ab exteris potentiis inmortale sibi compararit nomen. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. LXXXIX.

Julius Rospiliosus Cardinalis in Papam electus & Clemens IX. appellatus.

Mortuo Alexandro VII. eique novendialibus exequiis de more persolutis, Cardinales numero sexaginta quatuor, nonnisi quatuor absentibus, Vaticana comitia die secunda Junii ingressi sunt: Vix ullum memoratur conclave, in quo major esset suffragantium unio, & ferme nulla adversantium factio; adeo enim spectatam omni occasione virtutem, prudentiam, regiamque celsi animi magnitudinem præ ceteris præseferebat Julius Rospiliosus Cardinalis, ut ad primam Decii Azolini propositionem ceteri ferme omnes Purpurati in solum Julium conspirarent. Ejus electionem paulisper retardabat diuturna ac periculosa corporis infirmitas, a qua cum nondum plene convaluisset, ac pedum usu destitutus esset, in eandem brevi ægritudinem relapsurus timebatur, nimis etiam præfestinus incerto auctore per urbem rumor volitabat, omnia Patrum suffragia in Julium conspirasse; inde enim quorumdam

Ciac. in vita Clem. IX.

Sæc. XVII. A. C 1667. acuebatur æmulatio, quæ aliquot dierum moram electioni ingeſſit: tandem vero ſuperatis omnibus, Roſpilioſus unanimi ſuffragantium conſenſu, ac Franciæ & Hiſpaniæ Regum, Cæſarisque beneplacito, die vigeſima Junii vacantem nonniſi viginti novem diebus Sedem Apoſtolicam implevit Pontifex Maximus, qui Clementis IX. nomine inſigniri voluit, quod nomen placidi ejus moribus, & profitendæ mitiſſimi ingenii indoli aptiſſime congruebat: eapropter moneta Romæ cudebatur, pellicanum roſtro pectus mordentem exhibens, cum hac epigraphe, *alii, non ſibi Clemens.* Poſtmodum in Sede D. Petri collocatus, ad congregatos Cardinales orationem plurium ſane virtutum indicem habuit, ita prolocutus:

„Primum agimus, ac ſemper actu„ſumus humilimas gratias omnipotenti „Deo, qui noſtram humilitatem re„ſpexit ſupra meritum, ſupra votum. „Deinde ut Leonis Magni verbis utar„mur, veſtræ quoque humanitatis ar„bitrium debita gratiarum actione con„celebramus, qui nullis præcedentibus „meritis tale de nobis judicium protu„liſtis. Hinc imbecillitatis noſtræ ge„mina exoritur in tanti operis diſcri„mine ſubſidii ſpes, altera ex præpo„tentis

Sæc. XVII. A. C. 1667.

„tentis Dei patrocinio, ex Consilio ve-
„stro altera. Certum enim est, nos
„non modo agere non posse aliquid,
„sed ne cogitare quidem a nobis, tan-
„quam a nobismetipsis, sed omnem
„sufficientiam nostram esse a Deo, ideo-
„que gaudemus freti hac spe, fore, ut
„Clementissimus Dominus, qui ad osten-
„dendas divitias omnipotentiæ suæ vo-
„cat ea, quæ non sunt, tanquam ea,
„quæ sunt, Nobis abunde impertiatur
„eam divini spiritus auram, qua felici-
„ter in tot sæculi fluctibus Ecclesiæ na-
„vim regamus. At nunquam navis
„regitur a solo nauclero. Prævidere
„is potest pericula, cursum ordinare,
„instruere vela, sed eget consilio, &
„ope multorum. Igitur vestra consilia
„nobis esse perquam necessaria intelli-
„gimus; nam ex oraculo Spiritus sancti,
„ubi multa Consilia, ibi salus, ideoque
„uti par est, vos in consortium labo-
„ris advocamus. Communis erit om-
„nium nostrum in cælo merces, si in
„Ecclesia rebus adjuvandis communis
„fuerit labor. Et vestra interest, ne
„Christiana respublica jdicio vestro in
„nos eligendo inter tot sapientia, vir-
„tute, atque experientia Præstantissi-
„mos Patres fraudatam se conqueratur.
„Nos certe non faciemus animam no-
„stram pretiosiorem quam nos, nec
„refu-

Sæc. XVII. A. C. 1667.

„refugiemus laborem aliquem, qui ad „noſtri miniſterii partes adimplendas „conferri poſſit. Hoc animo divina „favente Clementia, veſtrisque coad„juvantibus virtutibus, quas nobis „nunquam defuturas ſperamus, libenter humeros, quamvis longe impares „tanto oneri ſubjicimus.„

Poſtea die vigeſima ſexta Junii de more in Baſilica Vaticana coronatus, gratum animum erga Cardinales, præcipuos pacificæ electionis promotores opere exhibuit, ac primo quidem Petrum Cardinalem Ottobonum Datarii officio honoravit, Azolinum vero a ſecretis habere voluit; tanta enim dexteritate & prudentia hic idem Cardinalis eligentium animos in comitiis moderabatur, ut tam Alexander VII. quam Clemens IX. palam aſſerere non dubitarent, ſe ex Divinæ Providentiæ inſtrumentis, quorum miniſterio ad Pontificatum aſcendiſſent, Cardinalis Azolini operam, conſilium, & ſolertiam potiſſimum agnoſcere.

Porro Clemens die tertia Julii poſſeſſionem Baſilicæ Lateranenſis adiit, populo feſtive acclamante, ac proſpera quæque amantiſſimis votis apprecante; ejus enim inopiam remiſſo magni momenti vectigali, & imminuto annonæ pretio in ipſo Pontificatus exordio ſub-

levabat.

levabat. Primas vero curas intendit, ut contra Turcas Cretenſis Inſulæ excidium minitantes a Chriſtianis Principibus validam opem ſollicitaret, quocirca Franciæ ac Hiſpaniæ Reges bello Belgico inter ſe implicitos ad mutuam pacem, & jungendas contra Ottomanum vires non modo literis, ſed etiam miſſo in Galliis Nepote ſuo Jacobo Roſpilioſo hortabatur, profeſſus, ſemetipſum, quamvis gravi ſenio & attrita valetudine preſſum in Franciam, vel quocunque terrarum reddendæ concordiæ ſpes invitaret, haud gravate, ſi res ita depoſceret, profecturum. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. XC.

Hujus Pontificis geſta ante Pontificatum.

Natus erat Julius Roſpilioſus anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo die vigeſima ſeptima Januarii Piſtorii celebri Etruriæ urbe ex nobiliſſima ejusdem Urbis familia oriundus, qui a teneris virtutum amore, diſcendi aviditate, & morum candore, nonniſi magna præſagiebat: Puer adhuc Romam miſſus, politioribus ſtudiis ſub Famiano Strada, aliisque Magiſtris, necnon Philoſophiæ in Collegio Romano operam navabat: in Piſana dein Academia Pontificii ſimul

ac

Sæc. XVII. A. C. 1667. ac Cæsarei Juris lauream consecutus Romam reversus est, ubi ad Antonii Barberini Cardinalis Aulam, quæ tum doctissimis Viris referta erat, admissus, discipulum simul & Magistrum egit, ab aliis discere percupidus, & alios docere sollicitatus; celebrabatur enim ob insignem elegantiam Etruscæ Poeseos præsertim Drammaticæ, novo scribendi genere Christianæ pietati instillandæ apto usus: cum ergo Urbanus VIII. Papa in his quoque literis versatissimus esset, ab eodem non modo laudatus, sed & liberaliter habitus primo utriusque Signaturæ referendarius, mox Canonicus & Vicarius Liberianæ Basilicæ, & S. Rituum Congregationis Secretarius renuntiabatur, sensimque per plures ac excelsiores honorum gradus ad Archiepiscopi Tharsensis Cathedram ascendebat: Hac dignitate auctus, in Hispaniam Nuntius Apostolicus legatus est, ubi in rebus maxime arduis Innocentio X. Pontifici simul & Philippo IV. Hispaniarum Regi tam prosperam impendit operam, ut Rex perbenigne annuam ac perpetuam quatuor aureorum millium pensionem pro præfata Basilica, concederet, Julio autem discedenti Regias ad Cardinalatum impetrandum literas commendatitias iterum iterumqus offerret,

quas

quas tamen ipse acceptare recusans, nonnisi ex meritorum suffragio ab Alexandro VII. Purpuram obtinuit, jam tum ipsius quoque thiaræ Pontificiæ dignissimus. Sæc. XVII. A.C. 1667.

§. XCI.

Acta in caussa quatuor Gallorum Præsulum.

Peractis omnibus, quæ Romani Pontificis electionem sequi solent, solemnitatibus, Clemens IX. Pontifex totum sese promovendæ Reipublicæ Christianæ applicuit, ac præcipue memor eorum, quæ Deo, quæ Dei Ecclesiæ, & quæ gregi suo deberet, non modo concordiam profanam inter Principes Christianos, sed etiam Ecclesiasticam pacem inter dissidentes Franciæ Præsules reddere sategit: Ea de re præprimis novem Episcoporum delegationem in caussa quatuor reclamantium Præsulum a suo Prædecessore factam confirmavit, insuper præter Fridericum Borromæum Patriarcham Alexandrinum, quem ad Franciæ Reginam ablegaverat, Petrum quoque Bargellinum Thebarum Archiepiscopum ad Ludovicum Regem decrevit, qui in promovenda formulæ subscriptione strenuam egregiamque navabat operam, necnon

Sæc. XVII. A. C. 1667.

necnon ab ipsomet Rege quædam ... petrabat decreta, quæ quidem speciem præseferrent pœnæ Episcopis contumacibus irrogandæ, re tamen ipsa eo collimarent, ut Episcopos incusso salutari terrore ad obedientiam Pontifici præstandam adigerent. Attamen, quo minus Pontifex ad ipsam Episcoporum damnationem juxta Regis totiusque Cleri Gallicani vota procederet, obstabant difficultates quamplurimæ, ... prudens majoris mali timor; haud enim incognitum erat, contumaciam factionem auctoritate, numero & viribus indies crescere, eamque partim Regiorum Ministrorum favore, partim Parlamenti imo & regii sanguinis feminarum patrocinio firmari, partim quatuor hisce Episcopis plerosque Sorbonæ Doctores, Regni Curias, necnon etiam Religiosos in contumaciæ societatem pertrahi.

§ XCII.

Novendecim Franciæ Episcoporum literæ ad Papam & Galliarum Regem in favorem quatuor Episcoporum contumacium.

Abrege de l'Hist. Eccl. tom. II.

Enimvero haud vanus erat summi Pontificis timor; brevi enim Romæ innotuit, quod novendecim alii Franciæ Epi-

Episcopi palam quatuor horum Præsulum causſam defendere decreviſſent, & alii viginti Præſules adhuc ſecreto cum ipſis conſpirarent. Erant autem hi novendecim, omnes doctrina æque ac pietate & auctoritate Præſules longe clariſſimi, & quidem I. Henricus Gondrinus Senonenſis Archiepiſcopus II. Felix Vialard Catalaunenſis III. Bononienſis IV. Meldenſis V. Engolismenſis VI. Henricus Lavalius Rupellenſis, VII. Gilbertus Choiſellius Convennenſis VIII. Bernardus de Marmieſſe Conſerranus IX. Petrus de Montgaillard Pontipolitanus, X. Cæſar Eſtræus Laudunenſis XI. Antonius Godeau Vincienſis XII. Hercules de Vantadour Mirapolitanus XIII. Claudius Joli Aggennenſis XIV. Santonenſis XV. Hodencurtius Rhedonenſis XVI. Sueſſionenſis XVII. Franciſcus Ambianenſis XVIII. Tutellenſis & XIX. Trecenſis, omnes Franciæ Epiſcopi, qui ſuo chirographo & ſigillo ſequentem epiſtolam munierunt, atque inter ceteros Antonius Godeau ſubſcribere ſollicitatus exclamabat: *meo etiam ſanguine, ſi opus fuerit, ſubſcribam.*

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Hi ergo die prima Decembris in quatuor contumacium Epiſcoporum favorem ad Clementem ſummum Pon-

Sæc. XVII. A. C. 1667.

ti ficem literas dederunt, in quibus præmissa gratulatione ad Pontificatum commemorant, quod Papa sibi coram hominibus immortalem gloriam, & coram Deo ingens meritum aquirendi occasionem in præsentibus controversiis comparare posset; quod suorum quidem Prædecessorum Constitutiones circa quinque propositiones debita erga Sedem Apostolicam submissione ab omnibus Franciæ Episcopis fuerint receptæ, proin præfati quatuor Episcopi quos a virtute, scientia, præprimis pietate erga Pontificias Constitutiones summis encomiis celebrarunt, falso & inique fuerint accusati, perinde ac minus reverenter Constitutiones & formulam Alexandri VII. recepissent: *quæ enim*, inquiebant ipsi, *a fide quidam ipsi in suis de subscriptione mandatis discrepare criminantur, alienissima ab ipsis, Beatissime Pater, & inanis suspicio est. Quid enim in illis mandatis, quod vel a Catholicæ doctrinæ norma, vel a Romanæ Sedis Reverentia tantillum deflectat? novum & inauditum apud nos nonnulli dogma procuderunt, Ecclesiæ nempe decretis, quibus quotidiana, nec revelata divinitus facta declarantur, certam & infallibilem constare veritatem, adeoque ipsa, non minus quam revelata in scripturis & traditione dogmata fide esse tenenda. Hoc vero dogma B.*

Sæc. XVII. A. C. 1667.

quod ab omnibus antiquis, recentibusque Theologis damnatum est, ex prædecessoris vestri Constitutionibus iidem, qui invexerunt, stabilire nitebantur. Huic malo ut occurrerent prædicti Episcopi, simul & quorumdam scrupulis mederentur, oppositam manifesto huic errori doctrinam, manifestissimam simul & certissimam, in mandatis suis exposuerunt, humana scilicet nec divinitus revelata facta non omnimoda & infallibili certitudine ab Ecclesia definiri, ideoque in hujusmodi rebus nihil aliud ipsum a fidelibus exigere, quam ut sua decreta reverenter, ut par est, habeant. Quid in hac doctrina B. P. in Romanam Sedem irreligiosum & injurium? imo quid non religiosum & pium? cum non modo a summis apostolicæ Sedis veneratoribus, ejusque acerrimis vindicibus Baronio, Bellarmino, Palavicino asserta & tradita sit, & eo nomine potissimum constabilita, quod eam ad vindicandam Ecclesiæ Authoritatem in sanciendis fidei dogmatibus, & ad Hæreticorum criminationes repellendas necessariam judicarint. Ita sentire, si criminosum existimetur, non hoc proprium ipsorum, sed omnium nostrum, immo totius Ecclesiæ crimen fuerit.

Quinimo non defuerunt, nec primi, nec postremi nominis Episcopi, qui idem prorsus quod illi præstiterunt, vel publicis mandatis, tametsi prælo non excussis, vel

Sæc. XVII. A.C. 1667. *quod non minus ponderis habet, in publ actis, sive tabulis, in quibus eandem doctrinam explicarunt; plerique alii faci se Clericis præbuerunt, quibus fortasse a quid addere in subscriptione libuit, dum modo rectum & Orthodoxum.*

His subjunxerunt Episcopi, „nob „mus autem fidem habere rumori, qu „spargitur, actum iri cum Episco „modo in Francia haud usitato contr „Canones, nec dubitamus, quin Co „fratres nostri, qui decus & ornamen „tum sunt Ordinis Episcopalis, sal „sua persuasione, summam Sedi Ap „stolicæ venerationem & obsequiu „sint præstituri, si igitur Sanctitas s „precibus nostris annuat, cessabu „illico omnes altercationes, & pax „fidelibus adeo exoptata Ecclesiæ Ga „licanæ reddetur, Sanctitati suæ gl „riosa, & omnibus necessaria.„

Præter has literas novendecim Episcopi die quarta Februarii anno s quenti aliam ad Regem epistolam p scripserunt, in qua quatuor hosce E scopos immodicis laudibus efferebant eosque non ob fidem, Constitution Pontificias, earumque declaration sed propter novam, & religioni, Reg honori, & Regni securitati noxiam doctrinam, qua summo Pontifici infa libilitas in factis soli Deo propria att buit

buitur, vexari asserebant, simulque Regem haud dissimulanter suggillabant, quod ipsemet in Regni sui Curiis Sorbonæ doctrinam, quæ contra Pontificis auctoritatem longe apertius, quam horum Præsulum sententia pugnat, promulgari jussisset, proin hæc sentiendi libertas quatuor hisce Episcopis auferi non posset, quin simul cuncta, quæ Rex ad Regni juriumque suorum conservationem adeo necessaria duxit, everterentur. Postea querebantur, quod Pontifex Judicum numerum ad *novem* contra Cleri privilegia restrinxisset, ac propterea *Canones & prima æquitatis naturalis principia* evertisset. Verum hæc epistola tantopere displicuit Regi, ut per Harlayum suum Procuratorem Parlamento Parisiensi significari jusserit, se haud ignorare illicitos conventus & fraudes, quibus Episcopi, ut cuidam epistolæ ad Regem directæ subscriberent, sollicitantur, horum autem artes nonnisi ad perturbandam Ecclesiæ pacem, & infringendam Regis Declarationem & Papæ Constitutiones, quæ Parlamenti actis nuper insertæ fuissent, collimare: Eapropter Parlamentum die decima nona Martii an. sequenti in hosce pacis perturbatores, scilicet præfatæ Epistolæ Authores, inquiri jussit, simulque dictam Episcoporum Epistolam vel

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Sæc. XVII. A. C. 1667.

alia ejusmodi scripta typis edi, divend aut in vulgus spargi inhibuit. Interi tanquam Judices a Papa delegati era Tolosanus & Bituricensis Archipræ sules, & Episcopi Vaurienſis, Lute vanus, Mimatensis, Suessionensis, De lensis, San-Maclovianus, & Lomb rienſis, quibus omnibus jam Alexa der VII. Papa demandatæ facultat diplomata submiserat.

§. XCIII.

Monasterienſium Canonicorum diſſid circa Coadjutoris electionem.

Tuld. Hist. decenn. l. 3. pag. 276.

Jam anno Christi milleſimo ſexcent ſimo ſexageſimo quinto Alexand VII. Pontifex Maximus, qui ſapient ſua res futuras ut præſentes intue aſſuetus, Monaſterienſem Eccleſia gravibus diſſidiis turbatum iri proſper rat, die vigeſimo ſexto Septembris ad C thedralis Eccleſiæ Monaſterienſis Ca nicos literas dedit, quibus eos imper hortabatur, ut quantocius Coadjutore aliquem eligant cum futura ſucceſſion *ne moderno præſule quondam ad æter præmia vocato, cum de ſucceſſore agen diſſenſio & paucorum ambitio prioribus m lis denuo latus aperiant, illaque bona commoda, quæ multo auro & ſangu parta ſunt, perdantur, ac partibus in*

versa sciſſis patria novis motibus involvatur.

Sæc. XVII. A.C. 1667.

Verum hoc negotium Hungarico æque ac Batavo bello usque ad hunc annum fuit interruptum, quo tamen finito ipsemet Christophorus Bernardus Monasterienſis Episcopus jamjam gravi senio pressus, die vigesima tertia Maji Capitulum suum convocavit, atque expositis laboribus in Diæcesis utilitatem tamdiu exantlatis, veluti meritorum præmium id unice a suis Canonicis petiit, ut ex sua & Pontificis mente ad Coadjutoris electionem progrederentur, atque in idoneum, quorum quamplurimos tam in suo gremio, quam extra Diæcesin haberent, sua suffragia conjungere satagerent: postmodum prælectis Papæ literis, cunctisque promissa votorum libertate dies vigesima Mensis Junii futuræ electioni præfigitur: Favebat Pontifex Ferdinando Fürstenbergio Paderbornensi Episcopo, qui ab Alexandro VII. cui percharus erat, nonnisi inter obortas lacrimas ante sexennium Roma ad suum Episcopatum dimissus fuerat, cumque insuper Clemens IX. Papa ex Canonicis plures in eundem Ferdinandum conspirare nosset, omnibus dissidiis & ambitioni aditum esse præclusum sperabat: Attamen sciſſis in partes Cano-

Sæc. XVII. A. C. 1667.

nicis non pauci Maximilianum Colonienſem Archiepiſcopum obfirmato animo expetebant, utque ſuffragiis prævalerent, eorum aliquos Majoribus Ordinibus & Sacerdotio, qui forte nunquam alias eos Ordines ſuſcepiſſent, repente initiari curarunt, alii inter ſe Canonicatus partim commutarunt, partim illo ex fine aliis ceſſerunt, ut emancipatorum atque idoneorum ſuffragantium numerus augeretur, quo facto ceteros præventuri, unacum Decano, & Pro-Decano ad Capituli locum proceſſere, & de futura electione agere cæperunt: Re comperta Epiſcopus Monaſterienſis edito decreto hos Canonicos ab officio ſuo ſuſpendit, eoquod præ foribus præſtolari, & pro more Epiſcopum ſuum ad chorum deducere neglexiſſent, aliunde etiam ob culpas eo usque toleratas ſuis beneficiis privari promeriti fuiſſent. Inſuper illi, qui Ferdinando favebant, adverſus ceterorum molimina vehementer reclamabant, opponentes Pii V. Conſtitutionem, vi cujus Canonicatuum abdicationes futuræ electionis tempore factæ tanquam irritæ declarantur, & abdicantes jure ſuffragii privantur. Diſceptatum aliquamdiu, utrum hæc Pontificis Conſtitutio in Germania ſit recepta, & recipi potuerit: Agitabatur hæc

hæc controversia magna utrinque animorum contentione; cum autem Episcopus & Canonici Ferdinando suffragantes hanc quæstionem contra reliquos interim decidirent, ac definirent, pro cantando sacro & ferendis suffragiis locum Capituli ingressi sunt, ceteri vero Electori faventes, etiam illi, qui ab officiis suspensi non erant, finito sacro e Capitulo excesserunt, ore & calamo adversus futuram electionem reclamantes: nihilominus deliberatione usque ad vesperam protracta tandem præsentes Canonici Ferdinandum Paderbornensem Episcopum unanimi suffragio in Monasterienſis Ecclesiæ Coadjutorem elegerunt, eumque palam solemni ritu in Basilica Cathedrali Divi Pauli proclamarunt. Adversus hanc electionem ceteri Canonici scriptis & minis oppido infestis pugnabant, & grave bellum jam impendere videbatur; ipsemet enim Colonienſis Elector valida rationum momenta opponebat, datisque ad Brandeburgicum Electorem literis Monasterienſem Episcopum accusabat, quod hac electione Diœcesin pro se, suisque Cognatis quasi hæreditariam facere sategisset, tandem vero utraque pars Romam ad summi Pontificis Tribunal provocabat, ubi re dudum ac serio ponderata, multisque in utram-

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Sæc. XVII. A. C. 1667.

que partem acerrime ventilatis, Clemens IX. anno sequenti die trigesimo Aprilis hoc negotium in Ferdinandi favorem decidit, eique Coadjutoris dignitatem cum Successionis jure auctoritate Apostolica asseruit, congratulantibus eidem Cæsare, Galliarum Rege, Electoribus, Imperiique Principibus, quos inter Fœderati Belgii Ordines Calviniani præprimis sua obsequia deferre gestiebant.

§. XCIV.

Gallica versio Novi Testamenti Montensis prohibita.

Bibl. Sorb. Argentre Coll. Jud. tom. 3. Esprit de M. Arnauld pag. 2.

Sub idem ferme tempus Portu-Regienses Theologi Novum Testamentum in linguam Gallicam juxta Vulgatæ, ut ajebant ipsi, editionem traducebant, indicantes loca, in quibus Vulgata a Græco textu differat: Huic tamen versioni nomen suum non appesuere, ac insuper illam in Montibus Hannoniæ in Belgio Catholico typis impressam fuisse, commenti sunt, cum tamen in Hollandia editam fuisse constet. Insuper nonnisi per fraudes & mendacia hujus versionis approbationes emendicarunt, quippe ab Archiepiscopo Cameracensi typis licentiam obtinuerunt, mentiti, quod quidam Sorbonæ Doctor

Doctor fidelissimam novi Testamenti versionem jam antea a celeberrimo Librorum censore approbatam adornarit. Archiepiscopus ita deceptus Anno 1665. petitam impressionis licentiam concessit, qua obtenta approbationem extorserunt a Pontano Lovanienſi Doctore, qui plures libros pro Jansenio editos approbaverat, ac propterea ab Innocentio X. jam anno hujus sæculi quadragesimo septimo ab hoc munere amotus erat. Quoniam vero hi Theologi in sua verfione plurimum a Vulgata recederent, & Calvini, Janseniique errores incautis lectoribus non sine gravi rudium aliorumque periculo ac offensione instillasse viderentur, hinc Senatus Regius utpote *sine Authoris nomine editam & a Viris notorie Ecclesiæ refractariis compositam* die vigesima secunda Novembris necnon Perefixus Parisiensis Archiepiscopus die decima octava ejusdem Mensis hanc versionem edito decreto suppresserunt, eamque postea Rex, Embrodunensis & Rhemensis Archiepiscopi, necnon Ebroicensis & Ambianensis Franciæ Præsules illam damnarunt: Anno autem sequenti die vigesima Aprilis Clemens IX. Papa eandem non modo Montibus & Lugduni, sed in quibuscunque aliis locis editam inter libros prohibitos recenseri jussit, pro-

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Sæc. XVII. A. C. 1667. proscripsitque edito hoc diplomate Pontificio:

„Debitum Pastoralis officii, quo Ec-
„clesiæ Catholicæ per universum orbem
„diffusæ regimini, divina dispositione
„præsidemus, exigit, ut sacras scri-
„pturas in ea puritate, in qua per tot
„sæcula ingenti divinæ bonitatis bene-
„ficio conservatæ fuerunt, illibatas cu-
„stodire omni studio, atque vigilantia
„satagamus. Cum itaque, sicut ad au-
„res nostras pervenit, liber quidam ver-
„sionis Gallicæ novi Testamenti, cui
„titulus est: *Novum Testamentum Domini*
„*nostri Jesu redditum Gallice juxta*
„*editionem vulgatæ &c. Montibus Ha-*
„*noniæ, & Lugduni* (ut inscribitur) ty-
„pis impressus, ac editus in lucem fue-
„rit. Nos librum hujusmodi nonnul-
„lis Venerabilibus Fratribus nostris
„S. R. E. Cardinalibus, aliisque viris
„pietate, doctrina, atque sapientia præ-
„stantibus, mature, quantum rei gra-
„vitas postulat, discutiendum, atque
„examinandum commisimus, quorum
„sententiis auditis, atque consideratis,
„eundem librum Versionis Gallicæ novi
„Testamenti, ut supra, & ubicunque
„impressum, sive imposterum impri-
„mendum, tanquam temerarium,
„damnosum, a vulgata editione præ-
„dicta difformem, & offendicula sim-
„plicium

„plicium continentem Authoritate Apo- Sæc. XVII.
„ſtolica tenore præſentium damnamus, A. C. 1667.
„& prohibemus; ita, ut nemo dein-
„ceps, cujuscunque gradus, & condi-
„tionis exiſtat, etiam ſpeciali, & ſpe-
„cialiſſima nota dignus ſub pœna ex-
„communicationis latæ ſententiæ, ipſo
„facto incurrendæ, illum legere, reti-
„nere, vendere, aut imprimere, vel
„imprimi facere audeat, vel præſumat;
„ſed ſub eadem pœna, quicunque illum
„habent, locorum Ordinariis, ſeu In-
„quiſitoribus ſtatim atque præſentis
„prohibitionis notitiam habuerint, ex-
„hibere teneantur, &c.

Hanc cenſuram poſtea Innocentius XI. anno hujus ſæculi ſeptuageſimo nono innovavit: non deerant tamen, qui hanc Teſtamenti verſionem pertinaciter defenderent, cunctosque motus adverſus eam concitatos Jeſuitarum artibus adſcriberent: hos inter præcipuus erat Arnaldus ad impugnandos Janſeniſtarum hoſtes livido ſemper calamo promptus. qui Malletum Sorbonæ Doctorem, & Rothomagenſis Archiepiſcopi Vicarium generalem, eoquod præfatam verſionem impugnaſſet, indignis plane dicteriis laceſſivit.

§. XCV.

Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. XCV.

Franciæ Regis edictum pro reformandis Regularibus.

Hode Hist. de Louis XIV. l. 30. Mem. Chronol. & Dogm.

Interim Franciæ Rex cum validissimo exercitu Mense Majo moverat in Belgium, quod sibi Mariæ Theresiæ Uxoris suæ & Delphini nomine deberi contendebat, eoquod novus Hispaniæ Rex nonnisi ex secundis Philippi IV. Hispani Regis nuptiis, Maria Theresia vero ex primis suscepta fuisset. Adspirabat Gallico Marti fortuna; quippe Ludovicus Rex exiguo admodum tempore qua vi, qua arte & Hispanorum incuria aut perfidia Tornacum, Duacum, Aldonarum, Cortracum, aliaque non pauca, eaque haud ignobilia oppida in suam redegit potestatem. Hujus tamen belli curis Parlamentum Parisiense haud adeo distentum erat, quin Religiosorum numerum & proventus imminuere decerneret. Hanc in rem Talonus in Curia præprimis contra Mendicantium Ordines corruptosque eorum mores, ac postea adversus ceteros Regulares & Moniales declamare jubebatur, quo facto velut aptissimum restaurandæ disciplinæ remedium proponebat, Regi esse supplicandum, quatenus tanquam S. Canonum & disciplinæ Protector inter-

interpoſita ſua auctoritate procuraret, ut a Mendicantium Ordinum Generalibus quantocius Deputati natione Galli peterentur, qui plena facultate irrepentes corruptelas tollerent, ac præprimis hiſce Religioſis inhiberent, ne Novitios, donec reformatio plene ſtabilita fuerit, ſacro habitu induerent, ac poſtea ſuorum numerum imminuerent: Moniales vero deinceps non auderent de *cenſibus*, ut vocant, *vitalitiis* vel de dote paciſci earum, quas ad Monaſterium, vel ſolemnem votorum nuncupationem admittunt; cum ejusmodi pacta a pluribus Conciliis tanquam illicita & ſimoniaca fuiſſent rejecta: ne vero ejusmodi Aſceteria ad inopiam redigantur, ſimulque eis divitias corradendi anſa præripiatur, proventuum ſuorum rationem exhibeant, & hiſce reditibus correſpondens Religioſarum numerus præfigatur. Abſoluta hac oratione Parlamentum in eandem Taloni ſententiam concordibus ſtudiis convenit, editoque decreto die quarta Aprilis pro impetranda ejusmodi reformatione ſupplex Regem acceſſit: Igitur Ludovicus Rex ad Parlamenti vota edictum promulgavit, vi cujus utriusque ſexus Regularium numerum & bona imminui præcepit, ſimulque datis ad Papam literis rogavit, quatenus Gene- Sæc. XVII. A.C. 1667.

Sæc. XVII. A. C. 1667. Generales quatuor Ordinum Mendicantium Præpositos in Franciam ablegaret, ut hi primævam Instituti disciplinam restituerent. Annuit Regis petito Pontifex, moxque quatuor Deputatos in Gallias decrevit, eisque Apostolicam excommunicandi, interdicendi, Conventus supprimendi vel aliis uniendi facultatem concessit. Hi ergo in Franciam delati, ampliſſimæ hujus potestatis literas Regi exhibent, qui, ut major accederet authoritas, eisdem hanc potestatem exequendi veniam concessit, datis desuper Regiis literis, quas ad acta referri, Parlamento injunxit. Hanc vero reformationem ex sola Pontificis voluntate fieri, Parlamentum iniquo ferebat animo, ut ergo suam quoque auctoritatem interposuisse videretur, regias literas ad acta referre renuit, nisi Apostolicorum Deputatorum facultas limitaretur, simulque ei alii adjungerentur a Parlamento nominandi, qui eos in Monasteriorum visitationibus comitarentur; hoc negotium reipsa Parlamentum jamjam Cathedralis Ecclesiæ Parisiensis Decano, & Petri Boulardo Abbati ad S. Genovefam demandabat. Ast Deputati Apostolici se inferioribus subjici, ac Pontificiam potestatem restringi, indigne ferentes,

potius

potius infecta re Romam reverti ma- Sæc. XVII.
luerunt: ne ergo Parlamenti cavillis A.C. 1667.
res bene cæpta suo frustraretur successu, Rex eidem præcepit, ut sine ulla restrictione demandatæ facultatis literas ad acta referret; inde vero factum, ut quamvis Deputati Apostolici egregie suo fungerentur officio, ac sine omni tumultu suas absolvissent visitationes, in sacras tamen familias Novitios cooptandi libertas haud diu restricta permaneret, eoquod Parlamentum indignatione ex eo concepta, quod Apostolicæ potestatis literas sine limitatione approbare jussum fuisset, suum edictum urgere negligeret: religiosius tamen observabatur edictum dotem vel census Monialibus inhibens; cum autem exin Virginum Monasteria ad extremam redigerentur paupertatem, & Parentibus filias suas elocandi copia adimeretur, aliaque gravia incommoda exin emergerent, non modo Laici sed & Archiepiscopi & Episcopi iteratas, tamque graves ad Regem deferebant querelas, ut hic anno hujus sæculi nonagesimo tertio die vigesima octava Aprilis edictum suum moderari coactus, sublatis, si quæ hac in re irrepsissent corruptelis, ea monasteria designaret, in quibus exigere liceret, quantum pro sustentanda Filia Deo per

Sæc. XVII. A. C. 1667.

votorum ſponſionem dicanda neceſſa-
rium eſſet.

§. XCVI.

Quorumdam Theologorum effugia pr eludenda formulæ ſubſcriptione.

Acta Cleri Gall. tom. 3. pag. 230.

Quamvis Perefixus Pariſienſis Epiſco-
pus ſubſcriptionis mandatum circ
quæſtionem facti excogitato *fidei hu-
manæ & Eccleſiaſticæ* temperamento mo
deraſſet, non deerant tamen, qui va
riis effugiis hoc quoque præceptum e
ludere niterentur; cum enim Archiep
ſcopus Gaudino Sorbonæ Doctori a
ſuo Judici Eccleſiaſtico injunxiſſet, u
Diæceſis ſuæ Clericos ad juratam for
mulæ ſubſcriptionem adigeret, Nico
laus Thibult Eccleſiæ Collegiatæ a
S. Thomam Canonicus, & Ludovicu
Fournier Regii Pariſienſis Sacelli Ca
pellanus die quinta Februarii præfa
Judici libellum ſupplicem porrexerunt
exponentes, quod ejus nomine Promo
tor Epiſcopalis die vigeſima prima Ja
nuarii ab illis juratam, puram, & ſim
plicem formulæ ſubſcriptionem exege
ſet, cum autem juramento confirma
non liceat, niſi ſententias certiſſimas
quæ in alium ſenſum detorqueri ne
queunt, petita tamen ſubſcriptio diver
ſos ſenſus capiat, hinc Judex ex fa
ſenſ

sensibus illum, juxta quem juramentum ab eis exigere intendat, designare dignetur: Horum autem primus sensus erat hic: *ut credatur, quod hæc subscriptio externa non sit signum internæ fidei circa jus & factum, sed duntaxat significet reverentiam erga Pontificis judicium, cui absque offensione contradici nequit, quod idem est, acsi diceretur, subscribo, ut tester, quod Constitutionibus contradicere nolim, non autem, quod circa factum vel jus fidem profitear.* Sensus II. *est, credere, quod hæc subscriptio sit pignus meæ fidei circa jus, non autem circa factum, proin ita subscribam, ut significem, me credere jus in Constitutionibus definitum, nullatenus autem factum.* Sensus III. est me *credere, quod fidem meam obstringam circa jus, reverentiam vero circa factum, seu quod subscribam in signum fidei meæ circa jus, & reverentiæ erga factum.* Sensus IV. est, *quod credam me obstringi ad credendum jus & factum tanquam inseparabilia & ad fidem spectantia, proin subscribam in signum, quod ita jus & factum credam.* Sensus V. esse potest, *me credere, quod hoc juramento me obstringam ad credendum jus fide divina, & factum fide humana, tanquam infallibiliter a Papa decisum, ita ut subscribam in signum, quod credam fide Divina jus, & factum humana fide Pontificiæ decisionis infallibilitati innixa.*

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Postremus denique sensus est, quod *credam me promittere, quod credere velim jus fide Divina, & factum fide humana, eoquod illud æque notorium est, ac Luther & Calvini factum, id est, receptum, & a nemine negatum, de quo nonnisi nequiter dubitari posset: seu, quod subscribam in signum, quod jus credam fide Divina, & factum humana, utpote notorium, receptum & a nemine negatum.*

Hunc igitur libellum supplicem unacum expositis hisce sensibus Promotor coram Judice Ecclesiastico exhibuit, hæc subjungens: hi Sacerdotes *sex quidem sensus, quorum subscriptio capax esset, exposuerunt, sciscitantes, in quonam horum subscriptio ab eis exigatur? id vero eis declarare nolumus*, eoquod satis abunde omnibus constaret, quod propositiones e libro Jansenii in proprio ejusdem Authoris sensu, sicut Sedes Apostolica eas condemnavit, condemnare, idque sua subscriptione pure & simpliciter testari teneantur: Eapropter utrique huic Sacerdoti a Judice significatum est, ut intra octiduum simpliciter subscriberent, secus, a Divinis officiis arcendi: quod & comperta eorum contumacia factum est.

§. XCVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

§. XCVII.

Candia a Turcis arctius cincta.

Hic annus Venetis oppido funeſtus fluxerat; præterquam enim, quod Dalmatia die ſexta Aprilis tam horrendo terræ motu fuerit concuſſa, ut Raguſæ parte maxima ſubverſa, & nonnullis civitatibus penitus abſorptis, ſoloque æquatis omnes perierint incolæ, exceptis quadringentis, & Monialibus ſexaginta, quæ ex ruinis, in quibus ſemiſepultæ triduo jacuerant, extractæ fuere, inſuper hoc anno Achmet Veziriùs Cretenſem Inſulam terra marique oppugnare ſtatuit. Veneti enim vana pacis ineundæ ſpe deluſi ſegnius hoſtiles copias, bellique tormenta advehendi opportunitatem intercluſerunt; quocirca Vezirius innumero pene milite auctus, urbem die vigeſima ſecunda Martii tormentorum copia, maximoque belli apparatu cingere cæpit; quaſſantur muralibus machinis mænia, nudantur tecta, maximique ponderis globi, necnon ſaxa ex bellicis mortariis vibrata mortem per aera circumferunt, ac ne punctum temporis defenſoribus ad reſpirandum indulgent: viciſſim vero obſeſſi crebris eruptionibus hoſtem laceſſunt, non ſine ſtrage repel-

Nani Hiſt. Ven. l. 10. & 11.

Sæc. XVII A. C. 1667

repellunt, incenſisque cuniculis a
igne toſtos in fruſta diſcerpunt, a
vivos ſub congeſtæ terræ ruinis ſep
liunt. Tum vero ad mutuas cædes i
genioſa erat crudelitas, & ipſa neceſ
tate fortitudinem acuente, obſeſſi p
mediam Turcarum aciem cum mul
ſuorum atque hoſtium ſanguine erum
punt; nec ſegnius Turcæ hoſtiles c
niculos cuniculis adverſaque foſſione e
cipere, peſtiferoque ſumo foſſores Chr
ſtianos ſuffocare adlaborant, iterata
aggreſſione urbem tentant, tanta t
men clade repulſi, ut Turcæ non mo
præter exſpectationem longioris opp
gnationis tædio, ſed potiſſimum m
tiplici ſuorum ſtrage dejecti, non
facta proximæ pacis ſpe ad ſigna re
cari poſſent: Tentabat inſuper Ve
rius obſeſſorum conſtantiam labefact
aut jactatis crudeliſſimæ mortis, ſer
tutisque diriſſimæ minis, aut amp
ſimis præmiorum promiſſis. Ten
nihilominus jam quartum menſem h
obſidio, quin Turcæ vel terræ pu
lum ſine ſudore ac ſanguine aquiſi
ſent. Tanta erat Chriſtianorum virt
tantusque ac frequens periculi mort
que concurſus, ut jam nullus aut m
tem timeret, vel mori recuſaret; ſo
tamen vincendi æmulatio, totamq
victoriæ gloriam ſibi ſolis vindica
cup

cupiditas inter Antonium Barbarum Venetum belli Præfectum, & Caterinum Cornarum Generalem aliosque Belliduces intempestivam dissensionem excitabat, quocirca Senatus Barbarum revocare, consultum censuit, in ejus locum subrogato Bernardo Nanio. Interea Venetorum exercitus, Pontificii, Galli & Sabaudi militis suppetiis, & Veneta classis subsidiariis navibus augebatur, inde vero magis adhuc utrinque exarsere certaminum studia, ac Turcæ in unius propugnaculi, cui Panigra nomen, oppugnatione tanto tempore incassum hæsisse indignantes, illud impositis loricæ exteriori pluribus tormentis quatiunt, muro ruinam inferunt, incensoque sepimento fossam aggere munitam occupare aggrediuntur, a Venetis tamen fortiter excepti, ac viginti quatuor tormentorum ignea tempestate repulsi, subruto cuniculo, quem incautius quinquaginta pulveris pyrii doliis infartum transibant, unacum suis vallis magno numero in aera raptantur: Tandem Vezirius die decima octava Novembris, cum assidui imbres castris, bellicisque laboribus infesti essent, lacerum exercitum suum Cydonia Cytheram induxit, postquam triginta octo impetus in urbem tentaverat, & plusquam viginti suorum

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Sæc. XVII A. C. 1667.

millia amiserat, Christianorum nonnisi tribus millibus & ducentis in hujus anni expeditione desideratis.

§. XCVIII.

Sforția Pallavicinus Cardinalis mortuus.

De trib. Hist. Conc. Trtd. Cæsar. Aquil. Ciacon. in vita Alexandri VII. Alegamb. Script. S. J.

Inter Cardinales, qui Sede vacante post Alexandri VII. obitum decesserat Sforția Pallavicinus, patria Romanus, qui veluti discere præfestinans vix emenso decimo quarto ætatis anno jam Philosophicæ ac Theologicæ facultatis lauream emeritus est, adultior vero factus, atque ab Urbano VIII. utriusque signaturæ referendarius nominabatur, cumque hujus Pontificis animum erga se haud leviter refrigeratum sentiret, relicta Roma quasdam Pontificiæ ditionis urbes regendas suscepit, tandem vero infidæ fortunæ pertæsus, Societatem trigesimo ætatis anno ingressus est, ubi sacratiores literas aliquamdiu professus, totum se studiis dicabat, ac singularem Alexandri VII. favorem promeritus, ab eodem Cardinalis, pluriumque Congregationum Consultor renuntiabatur. Denique meritis plenus die quinta Julii Romæ sexagenarius decessit. Reliquit plurima ingenii sui momenta, inter quæ

quæ potiſſimum celebratur ejus Hiſto- Sæc. XVII.
ria Concilii Tridentini contra Paulum A. C. 1667.
Sarpium, quamvis quidam Author, qui ſe *Cæſarem Aquilinum* nominat, Palavicini Hiſtoriam minus præſtantem eſſe propugnet Sarpii & Scipionis Henrici Hiſtoria, eoquod *innumera a longe petita, non dicam utilia ac bona, ſed etiam pernicioſa & peſſima adjunxerit, necnon abſcondita & incerta evulgarit, & quæ ab Henrico ut indigna ac vilia contemnebantur, ut magna & neceſſaria ampliſicarit, ac denique ſummo livore imbutus, omnia*, quæ Paulus Sarpius ſcripſit, *ut paſſim reprehenderit, ac promiſcue ſive bona, ſive mala verborum profluvio involverit, atque ut falſa ſuadere niſus fuerit.* Utut vero de hujus cenſuræ æquitate ſit, negari haud poteſt, quod Palavicinus a ſummis Romanæ Curiæ Miniſtris abundantius genuinos fontes ſeu libros vel manuſcriptos vel typis editos, necnon acta & epiſtolas ac relationes de hoc Concilio ex archivis obtinuerit, ejusque Hiſtoria pro Catholicæ fidei veritate & Concilii authoritate vindicanda utilior ſit, cum tamen illa Pauli Sarpii ad Concilii fideique orthodoxæ detrimentum tendat, & hæreticis calumniandi anſam præbeat.

Edidit inſuper Sfortia libros novem de univerſa Theologia, vindicias So-

Sæc. XVII. A. C. 1667

cietatis, Libros VIII. assertionum Theologicarum, Disputationes in primam secundæ D. Thomæ, Philosophiam Moralem, artem perfectionis Christianæ, fastos sacros, præter epistolas varias.

§. XCIX.

Volumnii Bandinelli Cardinalis obitus.

Ciacon. l. c.

Alter erat Volumnius Bandinellus, Nobilis Senensis, qui in patria uxorem duxit, ex qua plures suscepit filios, atque in aula Magni Etruriæ Ducis cum summa nominis sui laude versatus aliquamdiu sese detinuit; Conjuge autem sua orbatus, ac Fabio Chisio Cardinali intima amicitia junctus, ab eodem in Papam electo Romam accersitus est, ubi Pontificii cubiculi Præfectus, & Palatii Oeconomus, deinde Patriarcha Constantinopolitanus, ac demum Presbyter Cardinalis renuntiabatur: Rexerat etiam per triennium Legatus Æmilianam Provinciam, Romam postea reversus, in pia humanarum, Divinarumque rerum contemplatione residuos vitæ dies transegit, tandem die quinta Junii vita functus. Erat Vir natura, consuetudine, & disciplina leniissimus, ac prudentia & religione singulari præstans.

§. C.

Sæc. XVII.
A.C. 1667.

§. C.

Stephani Durantii Cardinalis deceſſus.

Præter hos duos regnante Clemente IX. Papa adhuc alii tres ex Purpuratis hoc anno mortalitatem exuerunt, quos inter primus eſt Stephanus Durantius patria Genuenſis, qui emenſo ſtudiorum curriculo Romæ legalibus diſciplinis operam navavit, ubi etiam a Gregorio XV. utriusque Signaturæ Referendarius, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & ab Urbano VIII. annonæ Præfectus, Eccleſiæ Theſaurarius, demum vero Presbyter Cardinalis nominatus eſt. Poſtquam vero aliquamdiu Ferrarienſi Legatione functus erat, ab eodem Pontifice in laboris, beneque adminiſtratæ Reipublicæ præmium Archiepiſcopatu Genuenſi honorabatur, quam Eccleſiam ſumma vigilantia usque ad finem Pontificatus Alexandri VII. moderatus, Seminarium pro Clericis, Monaſterium pro Sacerdotibus Congregationis Miſſionum, necnon Rurales Diæceſis ſuæ Eccleſias aut recens erexit, aut collapſas ſuis ſumptibus reſtauravit: dimiſſo demum Epiſcopatu ſuo aliquamdiu in Romana Curia pie ſanctèque, uti Principem Eccleſiaſticum

Gualdus in Hiſt. Ughel. Ital. Sacr.

Sæc. XVII. A. C. 1667. cum decebat, vixit, & placidissime die vigesima secunda Julii annos natus septuaginta in Domino obdormivit.

§. CI.

Odorardus Vecchiarellus Cardinalis mortuus.

Ciacon. in vit. Alex. VII.

Ejusdem quoque Mensis die ultima decessit Romæ Odoardus Vecchiarellus patria Reatinus. Hic per varios honorum gradus, quos impigri labores pro Ecclesiæ utilitate exantlati præcesserant, tandem ad Reatinum Episcopatum & Cardinalitiam dignitatem ascendit, moxque pluribus cooptatus est Congregationibus, quas tamen frequentare haud poterat, eo quod partim ab urbe absens, partim gravi diuturnoque morbo impeditus esset: Attigit nonnisi quinquagesimum quartum ætatis suæ annum.

§. CII.

Ernesti Adalberti de Harrach Cardinalis decessus.

Victorell. in add. ad Ciac. Tuld. Hist. Decan. l. 3.

Postremus ex Purpuratis hoc anno denatis erat Ernestus Adalbertus de Harrach natione Germanus, qui Romæ bonarum artium studiis insigni profectu vacans, Pontifici a cubiculo erat,

erat, postea Pragensis Archiepiscopus & Cardinalis ab Urbano VIII. absens renuntiatus, progressu temporis simul etiam Tridentinam Ecclesiam obtinuit, ac vigilantissimus Pastor commissas sibi oves singulari cura pavit, Ecclesiasticorum mores correxit, Clerique disciplinam non modo monitis & præceptis sed præcipue exemplis instaurare sategit, templisque nitorem pristinum, aut etiam ampliorem reddidit. Innumeræ sunt calamitates, quas in Germaniæ bellis, præcipue in Pragensi obsidione ab hæreticis Suecisque perpessus est, quin propterea ab immoto fidei conservandæ studio, & suo grege ab hæresis peste aut præservando, aut revocando absterreri posset: tandem vero Viennæ die vigesimo quarto Octobris anno ætatis septuagesimo secundo Purpuram cum vita exuit. Habuit in Pragensi Archiepiscopatu Successorem Comitem Guilielmum de Kolowrath, quo mox defuncto nominatus est Ferdinandus a Bilenberg Ord. S. Benedicti Episcopus Reginæhradecensis. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. CIII.

Tres Cardinales a Clemente IX. Papa renuntiati.

Hoc

Sæc. XVII. A. C. 1667.

Hoc item anno die duodecima Decembris Clemens IX. Pontifex Maximus in Quirinali Palatio tres Cardinales, unum Presbyteris, & duos Diaconis Cardinalibus aggregavit. Horum primus erat Jacobus Rospiliosus Papæ Nepos Cardinalis tit. S. Sixti. II. Leopoldus Medices Ferdinandi II. Magni Etruriæ Ducis Frater Cardinalis primum tit. SS. Cosmæ & Damiani, postea S. Mariæ in Cosmedin. III. Sigismundus Chisius Alexandri VII. Pontificis ex Fratre Nepos, Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica.

§. CIV.

Ejusdem Pontificis Constitutiones.

Bull. magn. Const. Alexandri VII. & Clem. X.

Nonnisi duas Constitutiones Alexander VII. hoc anno edidit, jam gravi morbo præpeditus: die tamen duodecima Martii Patribus Congregationis Somaschæ indulsit, ut suos Scholares, Clericos, & Alumnos in seminario, suisque Collegiis, sine præjudicio jurium Parochialium, Ecclesiasticæ sepulturæ tradere valeant, ita tamen, ut antequam eos sepeliant, Parochos desuper certiores reddant: die autem vigesima secunda Januarii declaravit, quod in duplicibus Missæ de requiem non celebren-

lebrentur, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictis. Sæc. XVII. A. C. 1667.

Ejus vero Successor Clemens IX. die decima octava Julii Universale Jubilæum pro salutari Ecclesiæ Catholicæ regimine indixit; die etiam decima septima Septembris & die undecima & vigesima prima Octobris indulsit, ut in tota Pontificia ditione ab omnibus Clericis etiam Jesuitis, & Augustinianis officium cum octava de præcepto & Missa de Conceptione B. V. recitari & celebrari valeat, necnon Festum S. Ignatii sub ritu duplici, & quidem ab omnibus, qui ad Horas Canonicas adstringuntur: cum autem Joannes Baptista de Marinis Ord. FF. Prædicatorum Generalis summo Pontifici exposuisset, quod in Hibernia exorto novo persecutionum genere Catholici & præsertim Sacerdotes carceribus, exiliis, opprobriis, aliisque calamitatibus ob fidem orthodoxam graviter vexentur, & plures Religiosorum Communitates dissipentur, ac Missionarii dispergantur, atque ejiciantur, proin Missionarii ad labores Apostolicos ibidem numero sufficientes desint, hinc summus Pontifex ad præfati Generalis preces die decima nona Octobris concessit, ut pro sublevandis hisce Missionariis extra Hiberniam in aliis Catholicorum Principum Re-

Sæc. XVII. A. C. 1667. Regnis nationalia sui Ordinis domicilia & Collegia erigere possit, in quibus tam exules Missionarii ob fidem proscripti asylum inveniant, tum Hybernorum juventus Catholica studiis controversiarum, Sacrarumque literarum jugiter ad Apostolicas Missiones eruditur.

§. CV.

Synodi Monasterienſis Decreta.

Celebrabat hoc anno die vigesima prima Martii & decima octava Octobris Christophorus de Gallen Monasterienſis Episcopus duas Synodos Diœcesanas, in quibus confirmatis priorum Conciliorum decretis præcepit, ut Parochi Vicario Generali indicent in Paschate communicantium, Baptizatorum, Matrimonio junctorum, Acatholicorum, ad fidem reversorum, alienigenarum & a fide deficientium numerum, ætatem, sexum, & conditionem. Præcepit insuper, ut Catholici mox ab hæreticorum famulatu revocentur. Denique prohibuit, ne quis deinceps ad beneficia aliquem præsentet, vel jus investiendi habentes præsentatum in possessionem beneficii inducant, qui ob evidentem redituum tenuitatem statui Clericali non congruere, nec vivere, nec in locis beneficiorum residere valet.

§. CVI.

Sæc. XVII.
A.C. 1667.

§. CVI.

Scriptorum religione Catholicorum obitus.

Occurrunt ex Scriptoribus Eccleſiaſticis admodum pauci, qui hoc anno vitam cum calamo poſuere; ex his deceſſit trigeſima Decembris Joſephus Lainez Gaudicianus in Hiſpania Epiſcopus, qui edidit commentaria in Jonam, ſermones quadrageſimales, tractatum de Ninivitis ex Jona, vitas Joſephi & Danielis, pluresque alios ſermones. II. Leo Allatius ſummi Pontificis Bibliothecarius, Vir in Antiquitatum cognitione celeberrimus, qui perutilem in uniendis cum Eccleſia latina Græcis operam impendit, ſcripſitque vindicias Synodi Epheſinæ, Catenam SS. Patrum in Jeremiam, Euſtachium Antiochenum in Hexameron, Apes Urbanas, tractatus de Pſellis, de Simeonibus, de Georgiis, de octava Synodo Photiana, de Menſura temporum antiquorum, de libris Eccleſiaſticis Græcorum, & de Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ perpetuo conſenſu. Edidit quoque exempla varia Græcorum Sophiſtarum, confutationem fabulæ de Joanna Papiſſa & alia quamplurima. III. Petrus Franciſcus de

Du Pin Bibl. t. 18. p. 2. Cerf Hiſt. & Crit. Bibl. Echard. Script. Ord. Præd. Bibl. Script. Carm.

Sæc. XVII. A. C. 1667. Sueur Ord. S. Benedicti Congreg. S. Mauri, qui Mabillonio in concinnandis Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti egregiam navavit operam, ipsusque plures Sanctorum Vitas descripsit, illustravitque. Asservatur quoque in Bibliotheca S. Wandrillæ vita B. Alani ab eodem Authore composita. IV. Ignatius Ciantes Ord. FF. Prædicatorum Episcopus S. Angeli Lombardorum, edidit Synodi suæ Constitutiones & decreta, orationes tres ad Urbanum VIII. & Gregorium XV. præter laudationem S. Thomæ Aquinatis. V. Paulus Piromellus ex eodem Ordine in Persida Missionarius edidit ad preces Persarum Regis tractatum, in quo ex solis Prophetarum dictis Mysterium Incarnationis exsplicabat, scripsit quoque apologiam de duplici natura Christi, alias apologias contra Stephanum, & Nierssen Sacerdotes, præter responsiones ad dubia Armenorum. VI. Petrus a S. Andrea Carmelita Excalceatus, qui Historiam generalem sui Ordinis edidit, præter tragœdiam Christianæ Susannæ, & S. Dorotheæ Martyris, tractatum de Chyromantia & Physonomia naturali, pluresque Venerabilium Ordinis sui Vitas. VII. Philippus Labbeus Jesuita, edidit Collectionem omnium Conciliorum, necnon Bibliothecam Biblio-

Bibliothecarum, concordiam Chronologicam, Bibliothecam Anti-Janſenianam, Hiſtoriam omnium Galliæ Synodorum, Bibliothecam novam Manuſcriptorum ſeu Collectionem veterum Franciæ Chronicorum, ſpecimen novæ Bibliothecæ, chronicon Dolenſis Cænobii, librum de Scriptoribus Hiſtoriæ Byzantinæ pluraque alia. Sæc. XVII. A. C. 1667.

§. CVII.

Acatholicorum Scriptorum mors & opera.

Ex Scriptoribus Acatholicis, quorum opera recenſebimus, deceſſerunt ſequentes. I. Joannes Hottingerus, qui poſteris reliquit analecta Hiſtorico-Theologica, Bibliothecam Orientalem, theſaurum Philologicum, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Grammaticam Chaldaicæ & Syriacæ linguæ, Smegma Orientale, Juris Hebræorum leges, epitome utriusque Juris hæbraici, præter plura alia II. Joannes Reading ſcripſit meditationem ad Civitatem ſanctam, Antidotum adverſus Anabaptismum, tractatum de menſura Templi, & commentaria in quatuor Evangelia, III. Balthaſar Coppius edidit utilitatem doctorum Virorum, Ecſtaticon de nihilo, & Catechismum græcum Rhodoma- *Freherus Theatr. erud. p. 1. ſect. 3. Wood Athene. Oxon.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

domani cum obſervationibus. IV. Joannes Henricus Urſinus elucubravit commentaria in quosdam Prophetas minores & in Jonam, item Regulam fidei chriſtianæ, arboreum Biblicum, collationem de una religione, Iſagogen Hiſtorico-Chronologicam, de neceſſitate Calicis conſecrati, Sylvam Theologiæ ſymbolicam, & alia quam plurima. V. Matthæus Hofman edidit clavem Apocalypticam, viridarium Spiritus ſancti ex plantis biblicis, Chronographiam Terræ ſanctæ, & Topographiam Hieroſolymitani & Salomonis Templi. VI. Jacobus Rappius prælo ſubjecit commentarium ſynopticum in univerſa Biblia, Bibliothecam portatilem, Jurisprudentiam SS. Theologiæ, Aphoriſmos & Memoriale Biblicum.

§. CVIII.

Clementis Papæ IX. Conſtitutio adverſus Gallicam verſionem Ritualis Romani.

Abrege de l'Hiſt. Eccl. tom. 3. Argentre Coll. Jud. tom. 3.

Fuit & hic annus Chriſti milleſimus ſexcenteſimus ſexageſimus octavus lætis ac triſtibus fatis intermixtus, ſed tamen prævaluere triſtia, & Eccleſiæ tranquillitatem perturbantia, præcipue in Galliis, ubi novi faſtidii argumentum exſtitit Gallica verſio Ritualis Romani

Sæc. XVII. A.C. 1668.

mani, quod Nicolaus Pavillonius Aletenſis Epiſcopus Pariſiis hoc anno excudi curabat, ſub hoc titulo: *Rituale Romanum Pauli V. Pontificis Gallice redditum ad uſum Diœceſis Aletenſis unacum inſtructionibus & rubricis*, cum autem in hac verſione quædam doctrinæ & propoſitiones falſæ & erroneæ continerentur, hinc Clemens IX. Papa die nona Aprilis hoc Rituale flammis conſignari juſſit, edito deſuper hoc diplomate:

„Creditæ nobis divinitus omnium „Eccleſiarum ſollicitudinis ratio exigit, „ut Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cujus cu„ſtodes a Domino conſtituti ſumus, ubi„que conſervandæ jugiter incumbentes, „omni cura, atque vigilantia præcavere „ſtudeamus, ne quid in eam irrepat, „quo quomodolibet turbari aut a præ„ſcriptis ritibus aberrare, & via erro„ribus aperiri poſſit. Cum itaque (ſicut „nobis innotuit) anno proxime elapſo „typis impreſſus, ac in lucem Pariſiis „editus fuerit Gallico idiomate liber, „cui titulus eſt: *Rituale Romanum Pauli V.* „*ad uſum Diœceſeos Aletenſis, unacum In„ſtructionibus & rubricis Gallice.* In quo „non ſolum continentur non nulla ab „ipſo Rituali Romano juſſu felicis re„cordationis Pauli Papæ V. prædeceſ„ſoris noſtri edito aliena, ſed etiam „doctrinæ quædam, & propoſitiones

 „falſæ,

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„falſæ, ſingulares, in praxi periculoſæ,
„erroneæ, & conſuetudini in Eccleſia
„communiter receptæ, atque Eccle-
„ſiaſticis Conſtitutionibus oppoſitæ, &
„repugnantes, quarum uſu & Lectione
„Chriſti Fideles in jam damnatos er-
„rores ſenſim induci, ac pravis opi-
„nionibus infici poſſent. Nos oppor-
„tunum huic malo remedium adhibere
„volentes, motu proprio, & ex certa
„ſcientia, ac matura deliberatione no-
„ſtra, librum ſub titulo Ritualis Gal-
„lico idiomate editum præfatum Au-
„thoritate apoſtolica tenore præſen-
„tium omnino damnamus, reprobamus
„& interdicimus, ac pro damnato, re-
„probato, & interdicto haberi vole-
„mus, ejusque impreſſionem, lectio-
„nem, retentionem & uſum univerſis
„& ſingulis utriusque ſexus Chriſti Fi-
„delibus præſertim civitatis, & Dio-
„ceſis Aletenſis, cujuscunque gradus
„conditionis, Dignitatis, & præemi-
„nentiæ exiſtant, licet de illis ſpecialis
„& individua mentio habenda foret,
„ſub pœna excommunicationis latæ ſen-
„tentiæ ipſo facto incurrendæ perpetuo
„prohibemus. Mandantes, ut ſtatim,
„quicunque illum habuerint, vel in
„futurum quandocunque habebunt, lo-
„corum Ordinariis, vel inquiſitoribus
„qui vero Venerabili Fratri Epiſcopo
„Ale-

„Aletenſi ſubſunt, Metropolitano, aut „uni ex vicinioribus Epiſcopis, reali- „ter & cum effectu exhibeant, tra- „dant, & conſignent; qui nulla inter- „poſita mora exemplaria ſibi tradita, „& alia quæcunque habuerint, igne „comburant, & comburi faciant; in „contrarium facientibus non obſtanti- „bus quibuscunque. ut autem præſen- „tes literæ ad omnium notitiam faci- „lius deveniant, volumus, & Autho- „ritate prædicta decernimus, illas ad „valvas Baſilicæ Principis Apoſtolo- „rum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac „in acie campi Floræ de urbe per ali- „quem ex curſoribus noſtris publicari, „ac illarum exempla ibidem affixa re- „linqui, illasque ſic publicatas omnes „& ſingulos, quos concernunt, perinde „afficere & arctare, ac ſi illorum uni- „cuique perſonaliter notificatæ, & in- „timatæ fuiſſent, Ipſarum vero præ- „ſentium literarum tranſumptis, ſeu „exemplis, etiam impreſſis, manu ali- „cujus Notarii publici ſubſcriptis, & „ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica digni- „tate conſtitutæ munitis, eandem fi- „dem in judicio, & contra illud ha- „beri, quæ eisdem præſentibus habe- „retur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.„ Sæc. XVII. A.C. 1668.

Verum huic Pontificis Conſtitutioni mox viginti novem Franciæ Epiſcopi

Sæc. XVII. A. C. 1667.

sese oppoſuere, hujusque verſionis defe- ſionem palam in se ſuſceperunt, inſi- per Ludovicus XIV. Franciæ Rex nos ſine maxima ſummi Pontificis moleſtia Bragellinio Nuntio Apoſtolico in hibuit, ne Pontificis Bullas, quibus tam Ritualis quàm Teſtamenti Nov Gallicam verſionem proſcripſit, pro mulgaret.

§. CIX.

Quatuor Franciæ Epiſcoporum litera encyclicæ ad omnes Galliarum Præſules.

Vid. ſupra Hiſt. abrege de la Paix du Clement Recueil. II. pag. 120. *Abbé du Mas Hiſt. des cinq. prop. l.* 6.

Cum interim quatuor illi Francia Præſules, qui hucusque formulam ſignare recuſabant, ex nupero Senatus decreto haud obſcure proſpicerent, quo cauſſæ ſuæ patrocinium a Rege nullum ſperare poſſent, totius Cleri Gallicani opem implorare ſtatuerunt. Igitur hanc in rem die vigeſima quinta Aprilis datis ad omnes Franciæ Epiſcopos literis contra Romanam Curiam acerbe queſti, eos rogabant, ut ſui defenſionem in se ſuſciperent, utpote in cauſſa ipſis etiam communi, *cum non modo de privata eorum oppreſſione, ſed ſacrorum Canonum everſione, primorum æquitatis naturalis præcipiorum violatione, & ſummæ dignitatis Epiſcopalis contemptu agetur:*

ut

Sæc. XVII. A.C. 1668.

id vero attentari autumabant per nuperam Conſtitutionem, quam a Papa fuiſſe extortam dicebant per occultos eorum hoſtes (ſcilicet Jeſuitas) *qui jam ejusmodi Bullam a moribundo Pontifice Alexandro eblanditi ſunt, quamvis hic Papa auſus adeo illegitimi funeſtos ſucceſſus haud ultra proſpiciendo capax fuiſſet.* Poſtea ex veteri & hodierna Eccleſiæ Hiſtoria comprobare nitebantur, agendi rationem, quam Curia Romana hac in cauſſa tenuiſſet, injuſtam eſſe, eamque ex ambitioſis Romanæ Curiæ conſiliis ortum traxiſſe, necnon Franciæ Epiſcopos ab ea in pluribus occaſionibus contemptui fuiſſe habitos . . . *non autem*, ſubjunxerunt hi quatuor Epiſcopi, *agitur de fide, nec de re religionem ſpectante . . . ſed de mandato nobis impoſito, cui nos nunquam obtemperaturos haud ignoratur, eoquod non ignoretur, nobis omnino perſuaſum eſſe, quod ſine veritatis detrimento parere non valeamus.* „Veſtram igitur ſententiam exquirimus, „an ad ſtabiliendum errorem, diſci„plinæ relaxationem, & promovendos „Eccleſiæ tumultus quid aptius ſit, „quam ſi adeo pernicioſum in Eccleſia „toleraremus exemplum, & permitte„remus, quin vel ullus ſeſe opponere „& palam damnare auderet, ut ſex „vel ſeptem Pontificii Deputati nobis

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„in crimen vertere præsumant ea
„agendi rationem, quæ per plusquam
„viginti alios Episcopos fuit approbata
„scilicet rejecta simplex & pura fo
„mulæ subscriptio,„

Verum hæc Episcoporum molimi
summopere displicuere Ludovico Reg
qui se præsente a suo Senatu d
quarta Julii edictum promulgari jussi
vi cujus hæ literæ supprimerentur, &
mulque omnibus Regni Archiepiscop
& Episcopis injungeretur, ut nullam
omnino earum rationem haberent, e
quod indubium esset, quod quatuo
horum Præsulum causa esset ex maj
ribus, quas etiam in prima instanti
vel per se vel per Delegatos judicar
ad Sedem Apostolicam pertineret.

§. CX.

Plurium molimina pro componen hoc negotio.

Hist. abrege de la Paix de l'Egliſ. pag. 120.

Cum interea quatuor hi Episcopi pr
tuenda sua causa ubique patron
sibi conciliare niterentur, non pau
hanc controversiam Romæ compone
moliebantur, haud ignari, desperatu
esse de pace in Galliis reddenda, n
prius summo Pontifici satisfactum esse
Hos inter prior Henricus Godrinus Se
nonensis Archiepiscopus, ceteris se

& auctoritate ſpectabilior Bragellinium Sedis Apoſtolicæ Nuntium acceſſit, eique expoſuit, turbas in Galliis exinde eſſe natas, quod Alexander VII. ab aliis deceptus, hos quatuor Epiſcopos circa Janſenii factum, aliter quam omnes ferme ceteri Franciæ Epiſcopi, ſentire crediderit: pacem vero, quam Clemens IX. Franciæ & Hiſpaniæ tam feliciter dediſſet, pariter Eccleſiæ reddendi gloriam ſummo huic Pontifici reſervatam videri, dummodo a quatuor hiſce Epiſcopis ad obtinendam ſinceram eorum ſubmiſſionem nihil peteretur, quod aut illorum conſcientiam, aut dignitatis ſuæ honorem læderet. Pariter Lionneus, qui Regi a ſecretis erat, Nuntio ſignificabat, quatuor horum Epiſcoporum cauſſam cum novendecim illis, & ceteris omnibus ferme Galliarum Epiſcopis communem eſſe, eosque illis ſuffragari paratos fore: His perceptis Senonenſis Archiepiſcopus cum Catalaunenſi Præſule & Lionneo de opportunis hanc cauſſam componendi mediis conſultabat: tandem vero inter eos in hæc capita conventum. I. Quatuor hi Epiſcopi ob præteritam contumaciam nulla pœna Canonica afficiantur. II. Sua mandata revocare non adſtringantur. III. Novam tamen formulæ ſubſcriptionem ſuis

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

suis Clericis injungant, edito desuper Processu verbali seu sermone, quem tamen Episcopi in suis tabulariis absconditum tenerent, occulte autem in hisce processibus declararent, quod Ecclesia illos circa factum duntaxat ad venerationem & obsequiosum silentium adstringeret, suumque nomen ad calcem hujus declarationis apponere tenerentur. IV. Denique quatuor hi Episcopi literas ad Papam darent novæ hujus subscriptionis testes. Præter hosce transactionis articulos insuper conventum, ut hujus transactionis conditiones nequaquam scriptotenus concíperentur, ne Jesuitæ, & præcipue P. Annatus, vel Parisiensis Archiepiscopus intimus eorum amicus illarum notitiam hauriant, totamque rem evertant. Cunctis in hæc consilia conspirantibus Choiselius Convennensis Præsul Aletensem & Apamiensem Episcopos, cum Andegavensis & Bellovacensis ultro consentirent, ad acceptandas hasce conditiones persuadere nitebatur: Verum Aletensis diu multumque obsistebat; quippe haud temere suspicabatur, ne conditio circa quæstionem facti aut dolose ambiguis verbis exprimeretur, aut omnino in literis ad Papam dandis reticeretur, quam tamen, si Pontifex approbaturus esset, quatuor hi

hiEpiſcopi non tam transactionem, quam plenam ſuæ cauſſæ victoriam reportarent, cum tota hujus controverſiæ difficultas unice circa hunc articulum hucusque agitata fuiſſet. Eapropter Aletenſis & Apamienſis Epiſcopi huic transactioni ea duntaxat lege acceſſerunt, ut non modo ſubſcriptionis mandatum ad ſuos Clericos, ſed etiam epiſtolam ad Pontificem unicuique, prout videbitur, concipere liceat, nec ipſi in illis terminos obſcuros, ambiguos, aut æquivocos apponere compellantur. Tandem vero cunctis huic conſilio acquieſcentibus Senonenſis & Catalaunenſis Epiſcopi Lionneum acceſſere, ſupplices, ut Papæ Nuntium ad hanc transactionem ratam habendam induceret. Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXI.

Pontificii Nuntii epiſtola ad Clementem IX. Papam.

Rebus ita conventis Nuntius Apoſtolicus die nono Junii Romam literas dedit, ſignificans, quod penſato factionis, quam ſibi quatuor hi Epiſcopi conciliaſſent, numero & potentia, necnon Regii Senatus & Univerſitatis favore, ſeveritatem nimis intempeſtivam eſſe cenſeret, ſibi tamen a Lionneo aliisque Præſulibus rei e ſententia componen- *Hode Hiſt. Louis XIV. lib. 30.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

ponendæ ſpem fuiſſe factam, dummodo contumaces Epiſcopi ſua mandata revocare non adſtringerentur, ſed duntaxat ab eis ſincera formulæ ſubſcriptio peteretur. Eapropter Pontifex receptis Nuntii literis & perſpecta rei difficultate mandatorum retractationem urgere, ac per nuper Delegatos Præſules contra contumaces procedere haud conſultum ratus, duntaxat, ut formulæ ſine ulla diſtinctione inter jus & factum ſubſcriberetur, vehementer inſtitit, hac in re uſus opera Eſtræi Laudunenſis Epiſcopi ac poſtea Cardinalis, qui dein Catalaunenſi Epiſcopo partes ſuas demandavit, utpote cui familiarius erat cum hiſce quatuor Epiſcopis commercium. Hic in laboris ſocietatem pariter Senonenſem & Catalaunenſem Præſules vocabat, quorum opera effectum, ut quatuor præfati Epiſcopi concepto ex præſcripta formula jurejurando conſentirent, ſuisque Eccleſiaſticis præciperent, ut præfatæ formulæ *ſimpliciter & abſolute* ſubſcriberent, hujusque ſuæ ſubmiſſionis teſtes literas ad Clementem Papam ſe daturos promitterent. Ceterum alto ſilentio premebant, quod in ſuis proceſſibus ſeu literis ad ſuum Clerum dandis, quibus omnes ſuæ Diæceſis ſubſcribere juberentur, formulam ita interpretari conveni-

veniſſent, ut quæſtionem juris ad fidem pertinere declararent, circa quæſtionem autem facti non plus exigerent, quam ut per obſequioſum ſilentium & reverentiam conquieſcerent, nihilque opponerent, quo ſinceram, ſimplicem & abſolutam ſubſcriptionem negare crederentur. His peractis Senonenſis & Catalaunenſis Epiſcopi Tellierum & Colbertum Regios Adminiſtros ad approbandas transactionis conditiones inducere adlaborabant, ſimulque illam epiſtolam, quam ad Papam quatuor illi Epiſcopi mitterent, jam paratam exhibebant; hanc paucis duntaxat mutatis Miniſtri ad Regem detulerunt, qui eam ratam habuit, dummodo etiam Pontifex illam approbaturus foret. Interim Nuntius Apoſtolicus ineunte Menſe Auguſto Roma literas accepit, quibus Pontifex, ut Eccleſiaſtici Epiſcopalibus literis de novo ſua apponerent nomina, ratum habuit, ac Nuntio facultatem fecit, ut cum Senonenſi, Catalaunenſi, & Laudunenſi Epiſcopis de epiſtola nomine quatuor Epiſcoporum ad Papam transmittenda convenire poſſet. Igitur præfati Præſules hanc epiſtolam jam antea confectam Nuntio exhibent, qui iterum paucis immutatis illam approbabat, eamque a Pontifice ratam haberi pollicebatur, viciſſim

Sæc. XVII. A.C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668. viciſſim vero Senonenſis, ejusque ſoci ſpondebant, ſe effecturos, ut quatuor hi Epiſcopi eidem quoque ſubſcriberent.

§. CXII.

Quatuor Epiſcoporum contumacium epiſtola ad Papam.

Hucusque ſummus Pontifex ignorabat, conventum fuiſſe, ut in Epiſcoporum mandatis circa jus ſincera ſimplex & abſoluta ſubſcriptio exigeretur, in eorum tamen literis & declarationibus ad Clerum ſuæ Diæceſis congregatum habendis, quas Galli *procès-verbales* vocant, adjiceretur diſtinctio juris & facti; id enim ſi reſciviſſet Pontifex, nunquam hanc transactionem approbaſſet; firmum enim fixumque ſemper habuit, ut formulæ pure & ſimpliciter juxta ſuorum Prædeceſſorum Conſtitutiones ſine omni exceptione aut reſtrictione ſubſcriberetur, prout etiam Epiſcopi in ſuis ad Papam literis conteſtati ſunt, quibus etiam Rex, Nuntius & præfati Epiſcopi Mediatores, necnon Lionneus ad tollendam omnem fraudis ſuſpicionem ſuas addidere literas: Epiſtolæ autem a quatuor Epiſcopis contumacibus ſcriptæ ſumma erat hæc:

„Cum

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„Cum non minus ad officium Episcoporum pertineat, charitatis unitatem servare, quam ipsius fidei tenere veritatem, id nobis in instituenda vita sequi semper propositum fuisse norunt omnes, quibus interius familiariusque noti sumus, sed ut illius propositi in hoc subscriptionum negotio illustre toti Ecclesiæ daremus argumentum, eo præcipue sumus adducti, quod Consilium in hoc nostrum cum Apostolicæ Sedis honore & reverentia conjunctum esse putavimus. Nam cum in exequenda decessoris vestri de subscribenda fidei formula constitutione, Gallicani Episcopi nobiscum sensibus conjunctissimi eam disciplinæ formam amplexi sunt, quam Sanctitati Vestræ acceptiorem fuisse intelleximus: Nos, quibus nihil est antiquius, quam paci & unitati consulere, & nostram erga sedem apostolicam reverentiam testificari, non piguit eorum institutum imitari. Quamobrem congregata sicut illi diæcesana Synodo & imperata nova subscriptione, nos etiam subscripsimus: quæ suis ipsi clericis tradiderunt, nostris tradidimus; quod in Apostolicas constitutiones obsequium injunxerunt, injunximus; prorsusque nos ipsis, ut pridem Doctrina, ita nunc in hac disciplinæ forma conjunxi-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„mus. Arduum id nobis ac perdifficil
„fuisse non diffitemur; non ignaris
„quot malevolorum voculas excire po
„set hæc disciplinæ mutatio, sed cum
„collegæ quidam nostri Ecclesiastic
„Concordiæ studiosissimi, hoc & u
„Ecclesiæ pacem opportunum, & n
„Sanctitatem Vestram honorificum a
„que ipsi gratius fore significassent, qu
„non illi a nobis his rationum mo
„mentis impetrassent, quibus & ho
„mana omnia & ipsam vitam libent
„impendere parati sumus? Enimver
„B. Pater, quoscunque demum de no
„bis rumores æmuli sparserint, illu
„tamen conscientia cum Deo teste co
„firmare possumus, eam nobis semp
„in Romanam Ecclesiam mentem fuis
„quam a primis temporibus Galliarum
„Episcopi semper professi sunt, quæq
„semper Apostolicæ Sedi acceptissim
„fuit. Novimus enim ut fluxam fi
„charitate fidem, sic vanam esse ch
„ritatem, quæ constitutos in Eccles
„honorum gradus servare renuat: qu
„collatum divinitus B. Petro Eccles
„primatum in ejus successoribus no
„agnoscat; nec hoc fateatur univers
„per orbem Ecclesiis necessarium, ut cu
„Romana tamquam cum unitatis fon
„indivulso vinculo cohæreant. Ha
„fidem B. Pater ad ipsum Christi trib

„nal perferemus: hanc dum in vivis „agemus, palam semper apud homines „profitebimur, nec ullis unquam deeri„mus officiis, quæ a catholicis Epiſco„pis hæc profeſſio poſſit exigere.„ Sæc. XVII. A. C. 1668.

„Atque hæc, Beatiſſime Pater, in „omnes Apoſtolicæ Sedis ſummos præ„ſules in ipſa fide fundata Religio no„ſtris penitus animis impreſſa eſt. Ve„ſtræ autem privatim ſanctitati, quam „temporalis & Eccleſiaſticæ pacis ſin„gulare ſtudium toti Eccleſiæ præci„pue commendat, ſingularem quem„dam ac præcipuum amorem & obſe„quium hoc nomine debere nos fate„mur, debitumque præſtabimus: ac „viciſſim quoque fore ſperamus, ut „diſcuſſis ſuſpicionum nebulis apoſto„lica in nos charitas veſtra nova qua„dam luce reſplendeat: ita compoſitis „undique cum ſumma ipſius laude diſ„ſenſionum ſeminibus, quæ vel Re„gnorum, vel Eccleſiæ tranquillitatem „ſollicitare poſſent, licebit Sanctitati „Veſtræ ad alia commiſſæ ſibi totius „Eccleſiæ vulnera curas ſuas, labores„que conferre. Quod ut diutius poſſit „fructuoſiusque præſtare longam ipſi „ſummi Pontificatus uſuram, & divi„norum donorum abundantiam preci„bus ac ſacrificiis noſtris aſſidue flagi„tabimus.„

Sæc. XVII. A. C. 1668. Ceterum hæc epiſtola data eſt die prima Septembris, in qua affirmatur Synodos jam fuiſſe habitas, novam ſubſcriptionem jamjam præceptam, & ſubſcriptionem jam fuiſſe factam, cum tamen hæ Synodi primum die decima quarta, decima quinta & decima ſeptima ejusdem Menſis fuerint convocatæ. Forte hujus dicti veritas primum in itinere, & in latoris pera fuit maturata.

§. CXIII.

Horum declarationes in ſuis Synodis ad Clerum factæ.

Interim vero hi quatuor Epiſcopi ſuum Clerum convocarunt, ad quem quilibet orationem, prout illa ipſis a Pariſinis Præſulibus fuit transmiſſa, habuit; cum autem horum quatuor declarationes ſeu proceſſus verbales iisdem ferme verbis concepti eſſent, ſufficiat illum Henrici Arnaldi Andegavenſis Epiſcopi adducere:

„*Chariſſimi Fratres.*

„Semper Eccleſiæ pacem procu„randi ſtudio animati, omnes ad id „perveniendi vias exploravimus: tan„dem vero iter nobis per Dei Provi„dentiam & plurium doctrina & pietas „inclyt

„inclytorum Præſulum conſilia apertum Sæc. XVII.
„eſt. Hi enim nobis ſignificarunt, ſi no- A. C. 1668.
„vam ſubſcriptionem fecerimus, eas-
„demque, quas ipſi in ſuis Synodis de-
„derunt, inſtructionem dederimus, ſpem
„fore, ut eam Pontifex ratam haberet,
„ſicque Eccleſiæ tempeſtas plene ſeda-
„retur. Eapropter vos ad hunc locum
„convocavimus, ut de obligatione, quam
„Eccleſia vobis per hanc ſubſcriptio-
„nem imponere intendit, probe edocti
„ſitis: vobis itaque declaramus.

I. „Quod vos obſtringatis, ut ſin-
„cere, abſolute & ſine ulla reſtrictione,
„aut exceptione omnes ſenſus ab Ec-
„cleſia & Pontifice in quinque propoſi-
„tionibus damnatos damnetis, itaque
„profiteamini, quod circa hunc arti-
„culum non aliam, quam Eccleſiæ Ca-
„tholicæ fidem teneatis.

II. „Declaramus vobis, injuriam
„irrogari Eccleſiæ, ſi in his ſenſibus
„condemnatis doctrina SS. Auguſtini
„& Thomæ circa gratiam ex ſeipſa effi-
„cacem, & ad omnes pietatis Chri-
„ſtianæ actiones neceſſariam & Electo-
„rum prædeſtinationem comprehende-
„retur.„

III. „Declaramus, quod circa fa-
„ctum in ultima formula contentum,
„hac ſubſcriptione duntaxat ad reve-
„rentiæ & diſciplinæ ſubmiſſionem ad-

Sæc. XVII. A. C. 1668. „ſtricti ſitis, hæc autem in eo conſ„ſtat, ut contra deciſionem jam factam „non inſurgatis, ſed ſilentium teneatis, „ut debita inferiorum erga Superiores „Eccleſiaſticos ſubordinatio obſervetur. „ſi vero præter exſpectationem noſtram „aliquis hac in re ſuis partibus defue„rit, in eum via juris procedemus, „prout in Innocentii X. & Alexandri VII. „Conſtitutionibus ſancitum eſt.„

Ad calcem vero hujus declaratio-nis apponebatur formula a cunctis ſub-ſcribenda, hujus tenoris: *Ego N. con-ſtitutioni Apoſtolicæ Innocentii X. datæ 31 die Maij* 1653. *& Conſtitutioni Alexan-di VII. datæ* 16. *Octobris* 1656. *ſummo-rum Pontificum, me ſubijcio & quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro cui nomen Auguſtinus excerptas, & in ſenſu ab eodem Authore intento, prout illas per dictas conſtitutiones Sedes Apoſtolicas damnat, ſincero animo rejicio ac damno & ita juro: ſic me Deus adjuvet; & hæc ſancta Dei Evangelia.*

Attamen ejusmodi declarationes hæ-rum Epiſcoporum literis ad Papam da-tis opponi, adjectumque juramentum eludere videntur; quomodo enim jura-rare poterant, ſe ſincero animo damnare quinque propoſitiones, tanquam ex Jan-ſenio excerptas & in ſenſu ejusdem Auctoris damnatas, prout illas Sedes

App

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Apoſtolica per Innocentii X. & Alexandri VII. Conſtitutiones damnavit, cum tamen circa utrumque factum ſincere & juxta horum Pontificum mentem jurare recuſent, & nonniſi ſilentium obſequioſum ſuis Clericis præſcripſerint? quomodo aliam & *novam* ſubſcriptionem in ſua epiſtola promittere potuerunt, cum in ſua declaratione duntaxat *eandem*, quam antea, & nonniſi *iteratam* ſubſcriptionem cum diſtinctione juris & facti jam tum rejectam mandarint? qua ratione affirmare poterant, quod formulæ ſubſcriptionem ſummo Pontifici magis *acceptam* adhibere velint, cum tamen nil mutarint in illa ſubſcriptione, quam Pontifici adeo exoſam noverant, ut etiam via juris contra eos procedere decreverit: quomodo hanc diſciplinæ mutationem ipſis *perdifficilem & valde arduam* accidiſſe, dicere poterant, quæ tamen ipſis antea *voluntaria* fuit, & quam mutare duntaxat ſimularunt? qua fronte obtendere poterant, quod hac ſubſcriptione pacem Eccleſiæ reddere intendant, cum tamen ſuam diſtinctionem innovarint, ex qua omnes hi tumultus Eccleſiæ fuerunt exorti? An non ſubleſta fides, doloſæ artes, & præcipue in Religionis rebus damnanda ſimulatio exinde nimis luculenter elucet? Inſuper An-

Sæc. XVII. A. C. 1668. degavenſi declarationi ſubſcripſiſſe fingitur Antonius Arnaldus, qui tamen a Diæceſi abſens erat.

§. CXIV.

Clementis IX. Epiſtola ad Ludovicum Franciæ Regem.

Haud dubium eſt, quin hi quatuor Epiſcopi, eorumque fautores, priusquam ſuas celebraſſent Synodos, Pontifici & Ludovico Regi de ſincera & ſimplici ſua ſubſcriptione fidem fecerint, hacque ratione utrumque deceperint: certum eſt enim, quod eas Synodos nonniſi decima quarta, quinta & decima ſeptima ejusdem Menſis habuerint, & quatuor Epiſcoporum epiſtola jam jam die vigeſima quarta Septembris Romam advenerit, Pontifex autem jam die vigeſima octava ejusdem Menſis reſponſum dederit ad Regis epiſtolam, qui hic Pontifici ſignificabat, hos Epiſcopos ſincero animo ſeſe Pontificiis Conſtitutionibus ſubjeciſſe: Hujus autem epiſtolæ a Pontifice ad Papam datæ ſumma erat hæc:

„Quam infixa eſt æque cordi ac officio debitoque noſtro de conſervanda „Catholicæ Religionis per univerſam „Eccleſiam unitate, impenſa cura & „ſollicitudo; tanta ſane cum lætitia „cogno-

„cognovimus in ſimplici ac pura ſub- Sæc. XVII.
„ſcriptione formulari quatuor illorum A.C. 1668.
„Epiſcoporum obedientiam & obſe-
„quium, a quo profecto magis nos ju-
„vat ad clementiam invitari, quam ad
„ſeveritatem rigoris a contumacia com-
„pelli. Quare Majeſtatis tuæ in ea re
„ſtatim nuncianda, & inſigni gratula-
„tione proſequenda ſtudium & amorem
„incomparabili cum gaudio animique
„grati mutua reſponſione pervidimus.
„Libenter quoque ex ejusdem Majeſta-
„tis tuæ literis & expoſitione dilecti
„filii Magiſtri de Bourlemont, intellexi-
„mus Venerabilem Fratrem Archiepi-
„ſcopum Thebanum Nuntium Apoſtoli-
„cum in executionem mandatorum no-
„ſtrorum accerſitum. operam impen-
„diſſe, ſed imprimis & ante omnia ad-
„mirabilem Zeli tui præſtantiam, &
„ſanctæ Religionis ardorem in præſenti
„quoque negotio vel maxime cognoſci-
„mus, & unice amplectimur. Tum ab
„eo, etſi minime par eſſe videmus, ta-
„men pro rei gravitate, & muneris
„noſtri partibus exigentibus ſummopere
„petimus, ut Authoritate Regia effici
„velit. ut rei tantæ, & non minus ad
„publicas Regni rationes, quam ad
„ipſius Religionis incolumitatem atti-
„nenti, ſi quid remaneat, ſuprema ma-
„nus imponatur; & omnibus ſanctæ

Sæc. XVII. A. C. 1668. „fidei rationibus extendendis quoque „ac propagandis pio ac potenti Majes„ſtatis tuæ brachio conſulatur, uti ple„nius & idem Nuntius coram ediſſeret. „Cæterum conſiliis inclitis ac religioſis „tuis præclaras & aſſiduas novæ gloriæ „acceſſiones & omnis felicitatis jugia „incrementa a Retributore divino pre„camur, Apoſtolica Benedictione et „omni animo paterno amantiſſime im„pertita.„

Hanc Pontificis epiſtolam Ludovicus Rex die octava Octobris recepit, qua perlecta, a ſuis Miniſtris perſuaſus quod Epiſcopi ſincere egiſſent, per ſuum Senatum edictum die vigeſima tertia Octobris promulgari juſſit, quo ſignificatum „ſe ex Papæ literis perce„piſſe, quod obſequio Apoſtolicis Con„ſtitutionibus præſtito, per quatuor il„los Epiſcopos ſummo Pontifici plene „ſatisfactum eſſet, eoquod hi Alexan„dri VII. formulæ ſincero animo ſub„ſcripſiſſent, & in ſuis Synodis ſub„ſcribi curaſſent, hinc jubere, ut in „univerſo Regno Bullæ & Conſtitutio„nes deinceps inviolabiliter obſervaren„tur, & eorum, necnon præteritæ op„poſitiones tanquam non factæ reſpice„rentur, nec etiam propterea aliqui „tanquam hæretici, Janſeniſtæ, vel „Semi-Pelagiani traducerentur, aut „circa

„circa controverſas haſce materias, Sæc. XVII.
„calami acuerentur.„ Præterea in ſi- A.C. 1668.
gnum reconciliationis die vigeſima ſeptima ejusdem Menſis datis quoque literis ſignificatum eſt quatuor illis Epiſcopis, „quod ex Papæ literis, & oretenus „ex ejus Nuntio non ſine maximo „gaudio intellectum fuerit, eos ad „reddendam Eccleſiæ pacem, quantum „in ipſis eſſet, contuliſſe, & propter „formulæ ſubſcriptionem plenam Pon„tifici ſatisfactionem præſtitiſſe, proin „eos omnem operam impenſuros, ne „hæ diſſenſiones novis contentionibus „circa controverſas haſce quæſtiones „renaſcerentur, ad pium autem hoc „propoſitum ipſos quoque absdubio „pro viribus concurſuros.„

§. CXV.

Pontifex per Laudunenſem Epiſcopum de ſincera horum quatuor Præſulum ſubjectione male edoctus.

Haud parum Clemens IX. Papa in ſua de ſincero horum Præſulum obſequio concepta opinione firmabatur ipſis quoque literis Caſparis Eſtræi Laudunenſis Epiſcopi, qui res in Epiſcoporum Synodis geſtas ignoraſſe ſimulans, aut verius reipſa ignorans, eoquod ipſemet *Abbé du Mas recueil pag. 324.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

met abſens, nullumque cum Epiſcopis contumacibus commercium habens, ſuas partes Catalaunenſi Epiſcopo commendaſſet, Romam literas dedit, in quibus ſummo Pontifici de negotio ſibi demandato rationem redditurus, eumdem pariter de plena horum Epiſcoporum ſubmiſſione certiorem fecit his verbis:

„Firmata armis quibusque Candiæ „pacata Europa, reſtitutis apud Lu„ſitanos Epiſcopis, aut propemodum „reſtituendis, nihil usquam majus ab„jici poterat, aut ſplendidius, quam „Eccleſiæ Gallicanæ tranquilitas. Hoc „ſemper in piorum omnium votis „ſummopere fuit: & pro viribus non „exſpectatum modo, ſed a decem an„nis tentatum a me non ſemel fuerat, „ſed fruſtra, atque immature, quam „ſolum imperante Beatitudine Veſtra „perficiendum fuit. Abſolvis tandem „magnum illud opus, Beatiſſime Pater, „nova nec non ſincera ſubſcriptione a „liis Epiſcopis conſentiunt Illuſtriſſimi „Aletenſis, Apamienſis, Andegavenſis, „& Bellovacenſis: a quibus in ſub„ſcribenda fidei formula aliquatenus „receſſerant. Illud in communi non „ſolum ad Beatitudinem veſtram epi„ſtola, ſed in privatis ad Illuſtriſſimum „Felicem Epiſcopum Catalaunenſem „lite-

„literis, dissertis verbis professi sunt, Sæc. XVII.
„adeoque in præstanda & exigenda con- A. C. 1668.
„stitutionibus Apostolicis debita obser-
„vantia diligentem operam navaturos se
„pollicentur, ut subditos sibi Clericos
„omnibus pœnis Canonicis mulctandos
„esse crediderint, qui quolibet modo
„vel obtentu, seu doctrinæ librive Jan-
„senii occasione quavis, vel minimum
„Constitutionum Authoritati detraxisse
„videbuntur. Verum de eventu tam
„fausto atque felici gratulationem non
„tam illorum quatuor Episcoporum pie-
„tati atque obsequio, aut laboribus
„utcunque nostris, quibus negotium
„illud adjuvimus, Illustrissimus Episco-
„pus, Catalaunensis & ego, quam Bea-
„titudinis Vestræ summæ prudentiæ,
„atque eximiæ benignitati debere exi-
„stimavimus, sed animos omnium specta-
„tissimæ atque suavissimæ virtutes tuæ
„ita devinciunt, ut durum ac difficile
„nihil appareat, quod Beatitudini Ve-
„stræ gratum acceptumque futurum est.

„Laudanda etiam atque præcipue
„æstimanda Illustrissimi tui Nuncii gra-
„tia, sagacitas, atque dexteritas; qua
„in dominorum amicitiam adeo com-
„mode sese insinuat, ut quod authori-
„tate alii nequeant, ipse singulari hu-
„manitate possit facili negotio consequi.

„Quod

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„Quod reliquum est Beatissime Pa„ter, universalem Ecclesiam tuis au„spiciis, tuis curis, sub tuo, ut ita „dicam, splendidissimo sidere clarioremque „in dies ornatioremque fore confidimus. „Quo magis parenti optimo & Clementis„simo salutem optimam atque diu„turnam ardentissimis votis, omnique„quo possumus studio, assidue precemur.„

§. CXVI.

Summus Pontifex de horum Præsulum sinceritate dubius.

Hist. du Paix de Clem. p. 204.

Tandem summus Pontifex tot testimoniis, quæ tunc a pluribus de sincer quatuor horum Præsulum, submissio receperat, expugnatus pacem e confectam, ac Prædecessorum suoru Constitutiones a nemine, saltem a nu Franciæ Episcopo impugnatum iri sp rabat: Attamen eorum artes & fallac ita occulte fieri haud poterant, qu non etiam in Gallis multi essent, q de integra horum Præsulum fide, fi ceroque animo dubitarent, & pala etiam scriptis spargerent, quod hi qu tuor Episcopi in Synodi actis declara tiones Pontificiis Constitutionibus co trarias inseruissent, simulque affirma sent, quod Pontifex quinque propo tion

tionibus in ſenſu Janſenii hæreſis notam inurere non potuerit; quamvis enim hi Præſules doli gnaris ſummum impoſuiſſent ſilentium, ac inſuper ad ſuas Synodos nonniſi ſibi fidos advocaſſent, multi tamen probi Viri, atque inter eos præcipue Apamienſes Canonici ſubleſtam horum Præſulum fidem detexerunt, die decima octava palam teſtantes, quod Franciſcus Stephanus de Caulet Epiſcopus in ſuo ſermone dixiſſet. I. Quod prius mandatum nec a Papa nec a Rege fuerit unquam damnatum, nunc vero a quadraginta eruditiſſimis Franciæ Epiſcopis duntaxat in aliam formam redactum. II. Aperte fuerit aſſerta diſtinctio inter jus & factum, & quinque propoſitiones quidem fuerint damnatæ, excepto tamen ſenſu, quem circa gratiam efficacem ex mente SS. Auguſtini & Thomæ habent. III. Quod Epiſcopus hujus ſermonis exemplar ſibi exhiberi petentibus reſponderit, *an hoc ſit neceſſarium, videbimus*, nec ullus etiam Religioſus ad hanc Synodum fuerit vocatus, excepto quodam Religioſo S. Genovefæ, qui generalibus verbis veluti nomine omnium dixit: *quicquid in his* propoſitionibus hæreticum eſt, condemno. IV. Quod Eccleſiaſtici fuerint juſſi ſua nomina apponere ſeparatæ cuidam paginæ, quibus alia

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

alia juramenti formula inſciis ſubſcribentibus, juxta Epiſcopi beneplacitum præfigi potuiſſet. V. Quod Epiſcopus dixerit, Papam & Regem fore contentos, dummodo quatuor Epiſcopi in ſuis Synodis mandato & formulæ ſubſcriberent, & ſubſcribi curarent, ac propterea etiam ipſi Canonici ſubſcripſerint, poſtquam vero ſe deceptos fuiſſe & reſtrictionibus præfato mandato annexis ſe ſubſcripſiſſe compererant, apud Archidiaconum adverſus hanc fraudem reclamarint.

Igitur de tot fraudibus rumore per Franciam ſparſo Nuntius Apoſtolicus Pontificem certiorem reddidit, qui eidem injunxit, ut in rei veritatem ſedulo inquireret, cum Sedis Apoſtolicæ auctoritas, necnon Eccleſiæ tranquillitas & quies in graviſſimum diſcrimen duceretur, ſi Epiſcopi juramento formulæ verba præſtito integra fide non acquieſcerent, & jactatam ab eis hinc in parte ſinceritatem tam publica, conſtansque fama oppugnaret: quocirca ſecretioris ſui Senatus literis admonet juſſit Nuntium, ut certius veritatem exploraret, ac deſuper Romam accurate perſcriberet; ſummopere enim etiam ſollicitus erat Pontifex, ut rite cognoſceret, quid tandem contineatur illis declarationibus, quas quatuor Epi-

Sæc. XVII. A. C 1668.

Episcopi suis actis Synodalibus addiderunt; postquam igitur Papa, hos Episcopos minus integra fide egisse, a Nuntio suo edoctus fuerat, per eundem ab illis petiit, ut publico instrumento, suo chirographo, sigillo, & Notarii testimonio plenam fidem facerent, se prorsus sincere, & ad sensum in Constitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. expressum formulæ subscripsisse, utque eidem ab Ecclesiasticis ita subscriberetur, curasse. Hæc Pontificis mandata Nuntius Apostolicus ea, qua par erat, fide ac diligentia exequebatur, nec etiam tergiversati hi Præsules confestim eidem sequens tradiderunt instrumentum: *Nos testamur, quod in convocata Synodo formulæ fidei in Constitutione S. D. N. Papæ Alexandri VII. conformiter ad Epistolam nostram ad eundem datam sincere subscripserimus, & eidem ab Ecclesiasticis per nos convocatis subscribi curaverimus: In quorum fidem præsens instrumentum nostra manu & sigillo munivimus, datum* &c. Observandum tamen, 1. quod hi Episcopi eandem diem, scilicet primam Septembris, qua suas signabant literas ad Papam, apposuerint, cum tamen primum ab eis exeunte Mense Octobri hoc instrumentum fuerit petitum: novum sane suspectæ fidei argumentum, & miserum desperatæ causæ remedium?

Sæc. XVII A. C. 1668

II. quod hoc inſtrumentum non fuer
munitum teſtimonio Notarii public
ſed illorum, quos quilibet Epiſcopus
epiſtolis habuit. Propterea tam
nondum ceſſabant plurium querelæ co
tra hoſce Præſules, eorumque fal
artes; unde rumore hoc primum Gal
dein Romam pervagante, Pontifex
lam hiſce Epiſcopis reconciliari ter
verſabatur, rurſus ſuo Nuntio inju
gens, ut exactius, caute tamen, in
veritatem indagaret: nihilominus h
Papæ mandatum brevi innotuit Reg
Miniſtris, qui, cum pacem plene co
fectam eſſe, Regi perſuadere adla
raſſent, Harlayum tunc Rothomag
ſem Archiepiſcopum inſtigarunt, ut
talaunenſem Epiſcopum. qui ex pa
Conciliatoribus tum ſolus Pariſiis
gebat, eo adduceret, quatenus lite
apud ſummum Pontificem datis de
cera Epiſcoporum ſubſcriptione te
monium redderet. Hic ergo quam
cius unacum Antonio Arnaldo, cui
timo amicitiæ vinculo junctus erat,
Clementem Papam hanc dedit epiſtol
„Quapropter illi Epiſcopi, ceteri
„Eccleſiaſtici perfecta prorſus agunt
„tegritate, & ſine dubio pro con
„vanda Eccleſiæ fide, magno Zelo,
„profunda ſubmiſſione erga S. Sed
„accenduntur: Quinque propoſitio

„in omnibus ſenſibus ab Eccleſia dam- Sæc. XVII.
„natis ſine ulla exceptione & reſtrictio- A. C. 1668.
„ne damnarunt, & damnari curarunt:
„longiſſime ab eis abeſt, ut ſub quocun-
„que obtentu earum errores innova-
„rent, aut ab aliis innovari paterен-
„tur, nec etiam ullo pacto condem-
„nationem ab Eccleſia factam labe-
„factare intendunt. Quantum vero hæ
„propoſitiones Janſenii libro attribuun-
„tur, etiam in hoc omnem obedien-
„tiam illam Eccleſiæ debitam detule-
„runt, quam omnes Theologi docent
„ipſi eſſe exhibendam circa libros ab
„ea damnatos, juxta doctrinam Catho-
„licam ab omnium ſæculorum Doctori-
„bus traditam, & etiam a noviſſimi
„temporis ſummis S. Eccleſiæ defen-
„ſoribus, Cardinalibus Baronio, Bel-
„larmino, Pallavicino, Richelio, &
„Patribus Sirmondo & Patavio, con-
„formiter ad Bullas Apoſtolicas, quæ
„exigunt, ut nihil dicatur, ſcribatur,
„aut doceatur contrarium iis, quæ hac
„in cauſſa a ſummis Pontificibus ſunt
„tradita. His quoque quatuor hi Epi-
„ſcopi addiderunt, proceſſuros ſe ad
„pœnas Canonicas in ſuis Diœceſibus
„contra eos, qui ſuo defuturi eſſent
„officio: Nos denique declaramus,
„teſtamur, notumque facimus, probe
„gnari in eorum ſermonibus ſeu *pro-*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„*ceſſu verbali*, in Synodis Diæceſanis „concepto nihil contineri huic eorum „doctrinæ ac profeſſioni contrarium. „Hæc mea etiam fides eſt, & novem „decim Epiſcoporum, qui ad Sanctita „tem veſtram ſcripſerunt. Datum Pa „riſiis die tertia Decembris anno Chri „milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo „octavo.„

Felix Epiſcopus Catalaunen.
Antonius Arnaldus Presbyter
Doctor Sorbonæ, Capella
Garennæ Eccleſiæ Jumelenſis.

Hoc teſtimonium die quarto ejus dem Menſis conſignatum eſt Nunc Apoſtolico, qui illud nulla mora ſu mam ad Pontificem transmiſit, un cum literis Senonenſis & Rothom genſis Archipræſulum, & Laudunen Epiſcopi, qui idem teſtati ſunt.

§. CXVII.

Clementis IX. Pontificis epiſtola hos quatuor Epiſcopos.

Hode vie de Louis XIV. lib. 30.

Perceptis hiſce Epiſcopi Catalaunen ſis literis Clemens IX. Papa ſumm tripudiabat gaudio, haud ultra dubi tans, a quatuor hiſce Epiſcopis, alio que in eorum favorem teſtantibus fa cere & optima ex fide ſecum agi; qua

propter illos in gratiam esse recipiendos existimavit, præcipue, cum ipsimet datis Romam literis fidem suam & obedientiam ampliſſime conteſtati essent: Hanc suam voluntatem præprimis Nuntio suo significabat, his ferme verbis: „Teſtimonium Episcopi Cata„launensis ab Arnaldo Doctore subscri„ptum, a Senonensi Archiepiscopo con„firmatum, & legitima quatuor Episco„porum instrumenta, necnon Lionnei „atteſtatio præterRothomagensis Archi„episcopi aliorumque teſtimonia elidunt „omnem siniſtram opinionem ex priva„tis relationibus & literis conceptam: „proin Regis verbo, & tanti ponderis „teſtimoniis innixus, haud dubitandi „locum supereſſe existimo, quin „quatuor hi Episcopi plene obtempe„rarint, ac formulæ subscripserint, proin „seſe paternæ benevolentiæ dignos red„diderint. „ Sæc. XVII. A. C. 1668.

Enimvero die decima nona Januarii anno sequenti Pontifex literas ad hoſce Episcopos paterno affectu plenas dedit, hujus tenoris:

Venerabilibus Fratribus Henrico Arnaldo Andegavensi, Nicolao Choart Belovacensi, Franciſco Stephano Apamiensi & Nicolao Pavilonio Alectenensi Episcopis.

Sect. XVII. A. C. 1668.

Clemens Papa IX.

„Venerabiles Fratres Salutem. Ve
„nerabilis Frater Archiepiſcopus Th
„barum Nuntius iſthic noſter miſit n
„nos elapſis diebus Fraternitatum Ve
„ſtrarum Epiſtolam. in qua cum inge
„obſequii Nobis & huic ſanctæ Se
„per vos debiti teſtatione ſignificar
„vos juxta præſcriptum literarum Ap
„ſtolicarum a Felicis recordationis pr
„deceſſoribus Noſtris Innocentio X.
„Alexandro VII. emanatarum, ſince
„ſubſcripſiſſe, & ſubſcribi feciſſe fo
„mulario in ejusdem Alexandri VI
„literis edito. Etſi autem quædam
„hac re ſecus circumlata occaſion
„nobis præbuerant, in tam gravi nego
„ſerius procedendi (nam dictorum Pr
„deceſſorum noſtrorum firmiſſime in
„rentes nullam circa illud exceptione
„aut reſtrictionem admiſſuri unqua
„fuiſſemus) in præſens tamen, cum no
„& gravia iſtinc acceperimus doc
„menta veræ & totalis obedientiæ v
„ſtræ, qua & formulario ſincere ſu
„ſcripſiſtis, & damnatis absque u
„exceptione aut reſtrictione quinq
„propoſitionibus in omnibus ſenſibus
„in quibus a Sede Apoſtolica damna
„fuerunt, alieni prorſus eſtis a rec
„vandis in hac re erroribus illis,

„ab eadem damnati sunt, tribuere Sæc. XVII.
„vobis volumus hoc paternæ benevo- A. C. 1668.
„lentiæ nostræ argumentum: fidentes
„plane divinæ gratiæ, ac virtuti &
„pietati vestræ, quod omni conatu
„facturi sitis imposterum, ut sinceræ obe-
„dientiæ ac submissionis a vobis in hoc
„actu nobis præstitæ plenitudo semper
„magis appareat, doctrinam & probi-
„tatem vestram in id potissimum adhi-
„bentes, ut unacum obsequio nobis &
„huic sanctæ Sedi per vos debito Ca-
„tholicam veritatem firmiter tueamini.
„Zelo curæque pontificis sedulo coope-
„rantes in extirpando ab Ecclesia Dei
„novitates omnes ac perturbationes Fi-
„delium animarum. Vobis Venerabili-
„bus Fratribus Apostolicam bene-
„dictionem peramanter impertimur.„

Nec his contentus Pontifex, insuper tribus Episcopis pacis existimatæ conciliatoribus gratias rependit, datis ad eos hisce literis:

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Senonensi & Episcopis Catalaunensi & Laudunensi.

CLEMENS Papa IX.

Venerabiles Fratres, salutem &c.

„Non sine lætitiæ sensu pervidimus
„etiam ex literis Fraternitatum vestra-
„rum id, quod a vobis prius ample

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„ſignificatum, ac deinde iteratis ac
„gravibus documentis confirmatum
„fuit, de perfecta, ac integra obedien-
„tia Nobis & Apoſtolicæ Sedi præſtita
„per Epiſcopos Andegavenſem, Bello-
„vacenſem, Apamienſem, & Aletes-
„ſem, ſubſcriptione formularii ſincero
„animo & juxta præſcriptum literarum
„Apoſtolicarum, ab eis facta; utque Ca-
„ritatis Apoſtolicæ fervore ſuccen-
„potius erga obedientes Clementia
„quam juſtitia in contumaces uti ga-
„demus; voluimus iis paterna benevo-
„lentiæ noſtræ argumenta præbere;
„quæ profecto ſpeciali mentis affectu
„cumulata vobis Venerabiles Fratres
„benevolentiſſime tribuimus, ſperantes
„utique fore, ut doctrina & probitas
„veſtra, quæ nunc optime merita es
„de Eccleſia univerſa cooperando hos
„debitæ ſubmiſſioni ab illis Vicario
„terris Jeſu Chriſti, ac ejusdem vi
„bili capiti redditæ cum plena & ſin
„cera executione Conſtitutionum Apo
„ſtolicarum, etiam impoſterum eunde
„prompti ſtudii Zelum adhibitura us
„que ſit, in ejiciendo, quidquid qua
„vis ratione conferat ad extirpandas
„ab agro dominico Zizanias omnium
„novitatum, veritati Catholicæ & per
„fectæ fidelium unioni contrariarum.
„Tales animi vere pii ac religioſi in
„vobis

„vobis laudes ut perpetuæ ac indies Sæc. XVII.
„etiam clariores eniteant, ex animo pre- A. C. 1668.
„camur, Fraternitatibus vestris Aposto-
„licam Benedictionem impertientes.
„Datum Romæ apud sanctam Mariam
„Majorem sub annulo piscatoris die de-
„cima nona Januarii 1669. Pontificatus
„Nostri anno secundo.„

Promulgatis hisce Papæ literis quamplurimi Ecclesiastici antea interdicti, sacris fuere restituti, Magister quoque Sacius e custodia dimissus, Arnaldus vero, quamvis ad Regis alloquium admissus fuerit, a Sorbonæ tamen gremio exclusus permansit.

Hac igitur ratione seu potius malis hisce artibus juxta Jansenistas reddita fuit Ecclesiæ pax, quæ tamen non erat pax, sed duntaxat judicii contra quatuor hosce Episcopos intentati suspensio, quam conficta eorum submissio extorserat, proinPapa quidem pacem his Episcopis restituit, ob eorum tamen ac sequacium contumaciam, licet occultatam, *Ecclesiæ* nondum pacem restituere voluit, nondum enim sublata erat belli Ecclesiastici ad viginti quinque annos protracti radix; quamvis enim Clemens IX. fraude deceptus, præfatos Episcopos in gratiam receperit, nequaquam tamen obsequiosum silentium, & restrictionem subdole annexam approbavit,

Sæc. XVII A. C. 1668.

bavit, sed, ut testatur Rospilliosus Cardinalis, Pontifex *in re tanti momenti nihil connivere, quinimo acerrime obviam ire decreverat, neque unquam circa factum exceptionem aut restrictionem admissurus fuisset*, & ad reconciliationis gratiam Episcopis concedendam nullatenus adigi potuisset, nisi a Rege, Regiis Ministris, Nuntio Apostolico, tribus pacis Conciliatoribus, aliisque Episcopis de horum contumacium Præsulum sincero obsequio, pura & simplici formulæ subscriptione testimonia omni exceptione majora accepisset: Dissimulandum quidem existimabat Pontifex, ne hi quatuor Episcopi priores suos *processus verbales PUBLICE* revocare cogerentur; nunquam autem illis remisit obligationem, sine limitatione subscribendi & damnandi quinque propositiones ex Jansenio extractas & in sensu ab hoc Authore intento damnatas: hanc restrictionem in novis eorum *processibus verbalibus* fuisse additam ignorabat Pontifex, nec eam ullo pacto scire poterat; eoquod insuperhabita Pontificis mandato, insuperhabita Nuntii sui solertia, nunquam illorum acta verbalia ad Papæ notitiam pervenerint; tam religioso enim silentio ea Episcopi tenebant occulta & sepulta, ut quamvis primum anno Christi millesimo sexcente-

centesi-

centesimo septuagesimo quinto collectionem actorum, *quæ gestorum veritatem demonstrant*, cum hisce processibus typis vulgassent, hæc ipsa tamen collectio adhuc multis post annis adeo Anti-Jansenistis incognita erat, ut Andegavensis Episcopi processus nonnisi duodecim annis post factam Salmurii subscriptionem in Diœcesi scriptus, a solo Royero Parocho visus fuerit. Equidem Nuntius Apostolicus notitiam habuit de Apamiensium Canonicorum declaratione, qua sui Episcopi artes detexerant: ast hujus Episcopi fautores coram Regiis Ministris tot verosimilibus argumentis ab hisce Canonicis falsa referri, exponebant, ut rem dissimulare, quam novas turbas excitare, consultius crederetur, Ex his videant Jansenistæ, an in sua caussa victoriam cantandi honestum titulum ex perfida & perjura simulatione, malisque artibus habeant. Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXVIII.

Monetæ in hujus pacis memoriam Parisiis cusæ.

Tanta erat Jansenii fautorum lætitia, ut in extortæ hujus pacis memoriam, quam tamen potius æternæ oblivionis tenebris sepelire debuissent, usur- *Mem. Chron. & Dogm.*

Sæc. XVII. A. C. 1668. usurpato jure Monetam seu Numisma excudi curarint: Præseferebat illud in Altari reposita Biblia Sacra, penes quae decussatim jacebant sceptrum, & claves D. Petri, quo indicatum, ad hanc pacem concurrisse Pontificiam simulque Regiam auctoritatem, desuper visebatur columba repræsentans Spiritum Sanctum, cum hac epigraphe: *Restituta Ecclesiæ Gallicanæ* (*) *Concordia*: altera vero ex parte hæc legebantur verba: *gratia & pax a Deo*. Hoc Numisma Academia inscriptionum in sua scrinia reponere dignabatur: Quamprimum vero Bragellinus Sedis Apostolicæ Nuntius ejusmodi Monetas passim in urbe divendi compererat, mox duas coemi jussit, quarum unam ad summum Pontificem transmisit, alteram Ludovico XIV. Regi exhibuit. Hic vero inde commotior, unacum Nuntio ad Senatus sui Curiam contendit, ex Ministris ibi congregatis scisscitatus, quis eorum hanc Monetam cudere ausus esset, cunctis vero ignorantiam obtendentibus, palamque declarantibus, Jansenistas hoc ausu datam violasse fidem,

(*) Observandum venit, quod in monetis hoc anno excusis desideretur verbum *Gallicanæ*, quod tamen additum reperitur in libris, in quibus de hac moneta sermo fit.

dem, qua se hanc reconciliationem haud divulgaturos polliciti essent, confestim Rex Varino negotium dedit, ut monetalem typum confringi juberet, ne plures ejusmodi monetæ imposterum cudi possent. Ita rursus intempestiva gloria in frusta dissiliit. Sæc. XVII. A.C. 1668.

§. CXIX.

Portus Regii Moniales pariter reconciliatæ.

Hucusque contumaces Moniales a Parisiensi Archiepiscopo Sacrorum usu interdictæ in Portu-Regiensi Monasterio de Campis hærebant, de quarum reconciliatione quatuor hi Episcopi adeo erant solliciti, ut Aletensis Episcopus literis ad Papam mittendis subscribere recusaret, nisi reconciliationis beneficium ad ipsas hasce Moniales extenderetur, a suo tamen proposito destitit, per suos amicos monitus, rem agi haud posse, inconsulto Parisiensi Archiepiscopo earum Superiore, cui proin arcanam Episcoporum negotiationem detegere oporteret, absdubio per eum Jesuitis & P. Annato manifestandam, ne ergo bene cæpta a Sociis everterentur, consultius esse, ut post confectam Episcoporum pacem de restituendis quoque Monialibus ageretur.

Hist. abregé de la Paix du Clem. IX. pag. 129. Hist. des cinq propos. lib. 6.

Sæc. XVII. A. C. 1668. tur. Quamprimum ergo ſecretæ artes ad eblandiendam Epiſcoporum reconciliationem optatum nactæ erant ſucceſſum, mox Senonenſis & Catalaunenſis Præſules Pariſienſem Archiepiſcopum adibant, ſupplices, ut Eccleſiæ pacem reſtitutis quoque hiſce Monialibus pleniorem redderet. Hic vero dolum latere ſuſpicatus, reſpondit, ſe ex Pontificis voluntate illas cenſuris innodaſſe, mox etiam iis exſoluturum, quamprimum de vera ejusdem voluntate ſibi conſtiterit. Perlecta autem Clementis IX. epiſtola ad quatuor hoſce Epiſcopos data, cum pacem ob ſinceram eorum ſubmiſſionem eſſe conceſſam haud ambigeret, haſce Virgines, poſtquam fidei ſuæ declarationem, Catalaunenſis Epiſcopi literis Romam miſſis omnino ſimilem, exhibuerant, Sacrorum uſui reſtituit, edito deſuper hoc decreto:

„Perlecta declaratione, qua Portu„Regienſes Moniales juxta Innocentii X. „& Alexandri VII. Conſtitutiones quin„que propoſitiones omni ſinceritate *ſine* „*ulla exceptione aut reſtrictione* in omni„ſenſu ab Eccleſia damnatas damnaſſe, „videntur, ſimulque hos errores ſub „quocunque obtentu renovandi, aut, „ut ab ulla earum renoventur, aut earum damnatio ab Eccleſia facta labe„factetur, tolerandi animum valde alie„num

„num habere teſtantur, ſeque Eccleſiæ Sæc. XVII.
„doctrinæ circa hunc articulum ceteros- A.C. 1668.
„que omnes addictiſſimas profitentur,
„& quantum hæ propoſitiones libro Jan-
„ſenii adſcribuntur, etiam Sacræ Sedi
„deferunt omne obſequium & obedien-
„tiam eidem debitam, quam omnes
„Theologi tradunt ipſi exhibendam eſſe
„reſpectu librorum omnium ab ea dam-
„natorum juxta mentem Conſtitutio-
„num Apoſtolicarum, quæ diſerte pro-
„hibent, ne quicquam contrarium iis,
„quæ hac in cauſſa a ſummis Pontifici-
„bus ſunt definita, dicatur, ſcribatur,
„aut doceatur, non ſine externo gaudio
„novum hoc & authenticum veræ &
„perfectæ earum obedientiæ teſtimo-
„nium (Nos enim prædictorum Pon-
„tificum Conſtitutionibus inviolata
„fide inhærentes nunquam hac in re
„ullam exceptionem vel reſtrictionem
„admiſiſſemus) approbare cogimur:
„cum ergo ex præfato earum teſtimo-
„nio credamus, quod quinque propoſi-
„tiones *ſine ulla reſtrictione & exceptione*
„condemnent, & ſummorum Pontifi-
„cum Conſtitutionibus ſeſe ſubmittant
„&c. his de cauſſis, & viſa declaratione
„ad Pontificem transmiſſa, necnon e-
„jusdem Pontificis epiſtola, qua hic
„ſibi ſatisfactum teſtatus eſt, earum
„vero declaratio præfatæ declarationi
„a Pa-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„a Papa receptæ & approbatæ ſimilli-
„ma ſit, hinc ſummi Pontificis exem-
„plum ſecuti, earum declarationem re-
„cipimus & approbamus, easque Sa-
„cramentorum participationi reſtitui-
„mus, & propterea eas ab omnibus
„cenſuris, quas prius ob mandatorum
„meorum transgreſſionem incurrerant,
„abſolvimus, necnon interdictum tol-
„limus, quo in choro officium Divinum
„decantare prohibitæ fuerant, easque
„juris activi & paſſivi capaces declara-
„mus, confidentes in Domino, eas im-
„poſterum omnibus viribus curaturas,
„ut indies nobis luculentiora ſincera
„ſuæ obedientiæ, & ſubmiſſionis nun-
„nobis promiſſæ ſpecimina edant.
„Datum Pariſiis in Archiepiſcopali noſtro
„Palatio die . . . Februarii An. 1669.

Ciacon. in vita Clem. IX. pag. 779.

Has Archiepiſcopi literas Janſe-
fautores nunquam ſuis libris, & neque-
dem in editis actorum collationibus
publici juris fecerunt, eoquod nimis
aperte ex eis pateret, quod nec Papa
nec hic Archipræſul reconciliationis
gratiam unquam conceſſiſſent, niſi (re-
jecta diſtinctione juris & facti) præter
obſequioſum ſilentium a contumacibus
perfectam obedientiam ex mente Pon-
tificiarum Conſtitutionum præſtitam
ſuppoſuiſſent. Ceterum jam pridem
idem Archiepiſcopus quosdam feſtos
dies

dies inconsulto summo Pontifice abrogavit, quos tamen sub idem ferme tempus restituere, ab eodem cogebatur. Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXX.

Infamis Pyramis contra Corsos Romæ diruta.

Tantopere Ludovicus Galliarum Rex se ob redditam pacem Curiæ Romanæ obstrictum profitebatur, ut ad summi Pontificis votum Pyramidem illam genti Corsicæ infamem, atque ante quinque annos Romæ erectam destrui permitteret: Hanc in rem Parisienses nummum cudi curarunt, in quo hæc verba: *Violatæ Majestatis Monimentum abolitum* una ex parte, altera vero hæc inscriptio legebatur: *Pietas optimi Principis erga Clementem nonum.* Sub idem quoque tempus permittente vicissim hoc Pontifice ab area Divi Antonii Templo vicina, columna est revulsa, quam Clemens VIII. Pontifex ob memoriam Henrici IV. Galliarum Regis a Calvinismo ad fidem Catholicam reversi erexerat. *Hod. Hist. de Louis XIV. l. 30. pag. 310.*

§. CXXI.

Facultatis Cadomensis censura contra quemdam librum.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Jam supra adduximus sex illos articulos, quibus Facultas Parisiensis Theologica die octava Maij ante quinque annos suam doctrinam circa summi Pontificis auctoritatem declarabat, anno autem elapso Trecensibus literis adversus hosce articulos excusus prodiit quidam liber sub hoc titulo: *Jansenistarum ars secreta & politica, præsensque Sorbonæ Parisiensis Status, detectus a quodam Doctore, qui Theologiæ vacans Jansenismum sub magisterio cujusdam Professoris publici illum tradentis edoctus, tandem respuit, & nunc Catholicorum partibus adhæret:* adversus hunc librum vehementer exarsit Cadomensis Facultas Theologica, illumque damnare statuens, suæ censuræ hoc præfixit proloquium: *Senescente mundi ætate & ad finem suum vergente, Apostolo teste,* 2. ad Tim. 3. *animarum salus variis & gravissimis periculis exponitur. Cujus rei ratio ab eodem Apostolo adducitur.* Quod tunc temporis erant homines seipsos amantes, superbi, elati, sine affectione, sine pace, Criminatores, immites. *Neque vero hinc tantum origo mali, sed ex eo potissimum, quod vel gravissima quæque flagitia, sub obtentu pietatis & virtutis sint ab illis obtrudenda,* habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes: *Ita fuit unquam manifeste comprobatum, ut*

Vid. supra §. 4. p. 15. *Argentre Coll. Jud.* t. 3. p. 325.

libello quodam, qui ineunte hoc Anno 1668. Sæc. XVII.
in hac urbe prodiit, sub hoc titulo, Ars A.C. 1668.
secreta &c. Dumenim Author hujus libelli, Catholicæ fidei se vindicem acerrimum vult haberi, omnes juris & æquitatis terminos evertit, nec mediocrem Christiano nomini injuriam facit. Quippe ubique convincitur sui ipsius nimius esse amator, charitatis in proximum violator, pacis inimicus, criminator immitis, sævit in seminaria, collegia, familias sacerdotum, Parochos, Reverendissimos Episcopos, nusquam tamen crudelius suum virus evomit, quam in Sorbonam: eam quippe toto infausto opusculo maledictis, & convitiis atrocissimis impetit, in errores intolerabiles, variasque hæreses lapsam esse petulantissime asserit. Quis autem hæc serio recogitans, horum temporum vicem non defleat? quis ferat tam atrocem fieri celeberrimæ, & de Ecclesia semper bene meritæ familiæ injuriam; quis non evigilet ad arrogantiam, edicta regia, Authoritatemque eam, quæ a Deo præpotente Principibus concessa est, conculcantem? Neque enim Author dissimulat, Sorbonæ hoc præcipuum crimen esse, quod suam nuper de potestate summi Pontificis doctrinam apud Regem Christianissimum declaraverit; quæ quidem Doctrina, cum fuerit semper in hocce regno recepta, & toto orbe Christiano conscio, palam prædicata, vix dici potest, quanta cæcitate, nefandi libelli Au-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

thor pacis & concordiæ inter utramque p
tentiam fundatissimæ nexum ob id scinde
& violare moliatur. Cæterum quis n
videat hominis ignorantiam, temeritatem
malitiam, qui Galliæ Regnum propter
hæreseos accusare, & ab Ecclesiæ Cath
licæ sinu avellere tantis conatibus nitit
quis non ingemiscat ab illo, istis & si
libus toto libello contentis infirmorum C
scientias turbari, eorumque salutem in t
manifestum discrimen adduci? hæc & a
quamplurima sacræ Theologiæ Facultas p
pendens, & attendens ad hæc verba
Pauli: Tu vero vigila, in omnibus
bora opus fac Evangelistæ, ministeri
tuum imple, *e re sua esse duxit, pro*
quam debet Ecclesiæ, Regni Gallici juri
Sorbonæ, familiis, seu communitati
Christianis, tutela, & defensione in C
ram pessimi hujus & seditiosi libelli h
segniter incumbere, prout revera ad id
quanta potuit diligentia, accinxit, celebr
prius ad obtinendum in re tanti momen
pernum lumen, & auxilium, Missæ sa
ficio: ita ut post plures hac de re cogita
nes habitas, & seria dicti libelli exam
tandem Censuram suam in eum, ut infr
habetur, emiserit: non illam tamen,
contineantur omnia, quæ in eodem libe
castigatione & reprehensione digna sunt
enim non patiebatur, quod imminenti
riculo prompte occurrendum esset) sed

cipua quædam illius capita, ex quibus facile intelligi poteſt, quodnam de aliis ferendum ſit judicium. Eidem vero Cenſuræ edictum regium præmittendum judicavit, quo clarius omnibus pateat, quam æquum & neceſſarium fuerit, in ſceleſtum adeo & ominoſum opuſculum animadvertere.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXXII.

Propoſitiones a Facultate Cadomenſi ex hoc libro decerptæ, ac cenſuris notatæ.

Præmiſſa hac declamatione Facultas quasdam propoſitiones ex hoc libro decerptas perſtrinxit, & nequidem titulo parcens, de eo die decima ſeptima Januarii ſequens tulit Judicium: *omnia hic larvata: Author, nomen Typographi, locus impreſſionis, quæ omnia in libello ſtatim ab ipſo limine ominoſa portendunt, ſicut & quod nullius Doctoris approbatione munitus, nec Magiſtratus politici neceſſario permiſſu, quo publici juris fieret.* Poſtea Facultas ad propoſitiones tranſiens, cum hujus libri Auctor Janſeniſtis exprobraſſet, quod ſua doctrina quamdam Sacerdotum Congregationem & Seminaria infecerint, atque in illis alumnos ſibi fidos alant, qui odium tam acerbum contra Religioſos inſtillare tenentur, ut ex eorum Sacerdotibus nullus

Argentre t. 3.

Sæc. XVII. A. C. 1668. reperiatur, qui non sit religiosorum hostis
hanc igitur propositionem hac censur
notavit Facultas: *Injuriam facit Congregationibus sacerdotum ab Ecclesia recepta & approbatis, quodque gravius est, Reverendissimis Episcopis Seminariorum Authoribus.*

Reliquæ propositiones erant sequentes, I. „De successu desperant Jansenistæ, quamdiu subsistunt Jesuitæ, quia hi omnem ferme juventutem instituunt, & Regularium Ordinibus Novitios suppeditant; non enim in Collegiis Patrum Oratorii vel aliis quamdiu juvenes ad Monasteria eguntur.„

Censura. *Dum Collegiis aliis quæ Jesuitarum contemptum pietatis affingunt professores & alumnos eorundem Collegiorum graviter lædit, Christianam juventutem ab iis frequentandis malitiose avertit, cum ex iis sæpissime complures professi venes vitam cœnobiticam amplectantur.*

II. „Teste Abbate San-Cyrano, [illegible] suitas evertere, omnino necessarium est, si quis S. Augustini doctrinam (potius Calvinismum) restaurare tendit.„

Censura. *Hæc propositio ambigua, tenus indirecte innuere videtur, esse S. Augustini, & Calvini doctrinam S. Augustino est injuriosa.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

III. „Nullibi magis prævaluerunt „quam in Sorbona, quam ſuis doctri- „nis infecerunt, & hac via venenum „per univerſum Regnum diffundunt, „& plusquam ſeptuaginta Sorbonæ Do- „ctores Arnaldi hæreſes pertinaciter „tanquam propriam Sorbonæ doctrinam „defendunt, & Janſeniſtarum libros „aut approbarunt, aut approbationibus „conſenſerunt.„

Cenſura. *Quod Sorbonam & Facultatem Theologiæ Pariſienſem totam corruptam eſſe, & veneno pravorum dogmatum Galliam univerſam inficere contumelioſe aſſerit, eidem non ſolum Sorbonæ atrociſſima fit injuria, ſed toti Regno Galliæ, ſed & Eccleſiæ, cujus illa fuit ſemper adverſus hæreticos propugnaculum firmiſſimum.*

IV. „Dum Pontifices etiam Epiſco- „pos exauctorarunt, forte Parochi erunt „a Pontificis jurisdictione exempti, forte „non erit amplius eadem Chriſti Do- „mini Eccleſia, eoquod Sorbona Pri- „matum & characterem Pontificis „abolet?„

Cenſura. *Quæ hic habentur de poteſtate ſummi Pontificis ad deponendos Epiſcopos, adverſantur quartæ propoſitioni declarationis Sorbonæ apud Regem Chriſtianiſſimum factæ die 8. Maij anni 1663. & edicto regio, quod circa eandem declarationem, in acta publica omnium ſupremorum*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

ordinum & inferiorum etiam tribunalium seu curiarum, universitatum quoque hujus Regni, & Regis mandato expressissimo relatum fuit, & in hac universitate lectum & publicatum, die 23. Februarii Anni 166.. quæ autem de parochis seu curatis subjicit, perturbativa sunt pacis Ecclesiæ, & ordinarii ejus regiminis eversiva.

V. „Ex textu Facultatis Parisiensis „articulo probatur, Sorbonicos esse Pon„tificum hostes.„

Censura. *Palam insurgit in Sorbonam propter sex prædictas propositiones declarationis Regi Christianissimo factæ, maxime vero ob sextam: quo pacto eadem Sorbona gravissima injuria afficitur, quasi ob id offenso sit animo in summum Pontificem, cujus Authoritatem ipsi a Christo concessam cum tota Ecclesia Gallicana semper veneratata est. Gravissima etiam fit injuria regi edictis.*

VI. „Idem patet ex censura contra „librum Vernantii docentis, Papam esse „in fidei decisionibus infallibilem: sunt „bilem etiam Sorbonici evomuerunt „contra Pontifices in apologia suarum „censurarum a septem Facultatis Doc„toribus approbatam, acerbiusque „odium ferunt in Papam, quam Pro„testantes.„

Censura. *Iterum impetit Sorbonam ob declarationem factam Christianissimo Regi*

de Potestate summi Pontificis, eamque atrocissimis conviciis injuste lacessit.

VII. „Sorbonici exacte imitantur „malam fidem & Jansenistarum fraudes, „Jesuitæ, bene tamen Sorbonici, jure „de nulla hæresis redargui possunt.„

Censura. *Falso crimen Hæreseos imponitur Sorbonæ, quæ semper fidei Catholicæ defensioni invigilavit.*

Insuper quæcunque scelesta, quæcunque impia, quæcunque blasphema de Jansenistis scripsit toto opere (etiam ea, quæ habentur pag. 5. 6. 7. & 9.) Sorbonæ falso imponit, & in illam malitiose congerit.

VIII. „Sorbonicorum decreta, & „libri ab eis approbati merito Catholi„cis sint suspecti.„

Censura. *Hæc Sorbonæ injuriosa sunt, scandalosa, & conscientiarum quietis inimica, & vero pleraque alia in eodem libello continentur, quæ Facultas Theologiæ non probat, & quorum brevitatis caussa censuram prætermisit. Cæterum dictum libellum damnavit.*

Pronuntiatis hisce censuris Cadomensis Universitas sequens decretum in præfatum librum promulgavit.

„Cum postridie Calendas Januarias „præsentis anni, Rector Academiæ „famosum quemdam incerti Authoris „libellum per urbem spargi occultis ar„tibus, rudiorumque animos in turbu-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„lentos errores inducere posse accepi-
„set, statim ille, ne aliquod foret in mora
„periculum, quinque Facultatum de-
„canos, Doctores ac Professores in
„Aulam convocari jussit, quid facto
„opus esset, maturissime deliberaturos.
„Tum frequente consessu libellus
„exhibetur, percurritur, multæque
„visæ sunt in eo propositiones contra
„neri, Christianissimi nostri Regis edi-
„ctum ad corroborandas sex assertiones
„Sorbonicas 8. Maij. 1663. promulga-
„tum impugnantes. Hinc tota univer-
„sitas iterum legitime congregata, in-
„vocato sancti Spiritus auxilio, post
„plures hac de re congressus, & accu-
„ratas considerationes, dictum libellum
„unanimi consensu judicavit esse dam-
„nandum. Eadem autem Universitas
„declarat, se hac sua condemnatione
„nullatenus velle derogare supremæ
„summi Pontificis Authoritati a Deo
„ipso institutæ, neque dignitati sanctæ
„Sedis Apostolicæ, neque Constitutio-
„nibus Innocentii X. & Alexandri VII.
„declarat præterea, se tantum pugnare
„pro regiæ Authoritatis, & libertatum
„Ecclesiæ Gallicanæ defensione, neque
„ulla prorsus ratione favere velle Jan-
„senistarum dogmatibus, immo vero
„se sancti Petri Apostolorum Principis
„successoribus, & doctrinæ Catholicæ
„per-

„perpetuo, & inviolato obſequio ſem- Sæc. XVII.
„per addictam eſſe, & ſemper fore A.C. 1668.
„devotiſſimam.„

„Viſum ergo & conſultatum de li-
„bello quodam famoſo, qui ſub hoc
„titulo: *Ars ſecreta* &c. paucis abhinc
„diebus clandeſtino in hac urbe vendi,
„diſtribuique commercio deprehenſus
„eſt; quique præterquam, quod ab in-
„certo patre conceptus in tenebris, nec
„ulla Doctorum & Magiſtratuum appro-
„batione ſuſceptus, furtivam in lucem
„tacite obrepebat, pernicioſo conſilio
„judicatur eſſe conflatus, non ad op-
„pugnandos Janſenii errores, ut ab
„imperita plebecula credi poſſet, ſed ad
„labefactandas penitus & convellendas
„Sorbonicas, de juribus ſceptri Gal-
„lici, immunitatibus ac libertatibus
„Eccleſiæ Gallicanæ propoſitiones, &
„in tabulis publicis ſupremorum Sena-
„tuum, Curiarum Regiarum, juris-
„dictionum, & univerſitatum omnium
„Chriſtianiſſimi noſtri Regis edicto
„4. Aug. 1663. promulgato, inciſas,
„deincepsque in acta hujus Academiæ
„4. Febr. 1664. ejusdem edicti Regii
„Authoritate relatas. Ut autem inno-
„teſcat omnibus, quam malo more,
„quam mala mente maledicus Author
„in Sorbonicas illas propoſitiones in-
„vehatur, eas, quales in faſtis noſtræ

„Uni-

Sæc. XVII A. C. 1668

„Universitatis jussu, Regis inscriptæ „sunt, nobis præmittere visum est, „quod unum est nostræ condemnatio„nis fundamentum „

Postea inserti legebantur sex Parisinæ Facultatis articuli, prout illos jam supra retulimus, tum sequens decreti erat tenor

„Attendentes autem callidum hu„belli artificem insidiosum hoc opus es„contexuisse consilio, ut Doctoribus „Sorbonicis (quasi dictas propositiones „ex Lutherano Calvinianoque penu de„promsissent) hæreseos affecto crimine, „in sacram eorum Facultatem, tutissi„mum illud Religionis, & saniorum „Doctrinæ subsidium tacita omnium „odia accenderet, eamque velut hære„ticam infamaret: quod quidem telum „exitiale non in Sorbonicos Doctores „tantum, sed etiam occulta impietatis „& inaudito furore in ipsum torquere„tur Christianissimi Regis dictarum pro„positionum justissimi Fautoris Caput; „in primogenitum Filium Ecclesiæ, eum„demque hujus propugnatorem reli„giosissimum, cujus quidem Augusti Ma„jores, pulsos immanitate Barbaro„rum summos Pontifices in pristinam „Sedem toties restituerunt, quique, vel „fatentibus ipsis summis Pontificibus, „quod temporalia præter Deum in ter„ris superiorem habet neminem. Quo

„etiam

„etiam telo peterentur ſupremi Sena- Sæc. XVII.
„tus, imperii columina, legumque A.C. 1668.
„cuſtodes, ſimulque univerſitates Gal-
„liæ, & inter alias Academia Cado-
„menſis, quæ cum *ad inſtar*, Pariſien-
„ſis inſtituta ſit, & dictas propoſitio-
„nes tabulis publicis mandato Regis
„inſcripſerit, cum pari ſemper purioris
„Doctrinæ ſtudio, parique in Regem
„obſequio, cum primogenita ſorore
„conſenſerit; ſi hæc rueret, illa eodem
„motu labefactata concidere videretur.

„Attendentes item, quod pravus
„iſte non tam libelli quam doli fabri-
„cator, nihil intentatum relinquit, ut
„cætus hujuſce Pariſienſis & doctrinæ
„& virtutis laude florentiſſimi honori
„& Authoritati detrahat, famam adi-
„mat, fidemque deroget piis ejus de
„virtute morali, deque Eccleſiaſtica
„diſciplina aſſertionibus, quæ ſemper
„valde comprobatæ ſunt communi con-
„ſenſu omnium populorum. Quod qui-
„dem graviſſimum omnium animis
„ſcrupulum injiceret, quænam in tanta
„contentione tutior eſſet via conſequen-
„dæ ſalutis, occaſionemque multis da-
„ret nova identidem pro ſua libidine
„dogmata profitendi.

„Attendentes quoque improbum
„Sycophantam, quo faciliori machi-
„natione Pariſienſis Facultatis propoſi-
„tiones

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„tiones subvertat, in Sorbonicos Doc„tores insana efferri maledicendi li„centia, quasi essent summorum Pon„tificum hostes insensissimi, & ipso Mo„linæo Cantuariensis Calvinistarum buc„cinatoris filio longe petulantiores; nec „perfrictæ frontis hominem (si homo „dicendus, qui talia in pios audit) in „memoriam revocare; illos Doctores „suæ in summum pontificem & pietatis „& obedientiæ certissima usque præ„buisse monumenta. Id quod non se„mel Beatissimi Patres agnoverunt, qui „quidem sinceram eorum doctrinam, & „sanctam in tuendis opinionibus Ortho„doxis pertinaciam multoties experti, „eos de rebus maximis, quæ ad Chri„stianæ Reipublicæ decus & præsidium „pertinerent, consuluerunt, hac in re „conciliorum quorumdam generalium „exemplum secuti; quibus quidem in „magnis itidem rebus tutissimum visum „est judicium exquirere Sorbonæ.

„Attendentes similiter vafrum se„leris inventorem malis actum furiis, „quædam in opere nefario inimicitia„rum semina spargere voluisse, quibus „quasi jactis tribulis & vepribus office„ret paci illi felicissimæ, quæ summum „Pontificem inter & Primogenitum Ec„clesiæ Filium Christianissimum Regem „tam sancte viget, coliturque, & ex qua

„totius

„totius Europæ veneratio, Reipublicæ Sæc. XVII.
„Christianæ concordia, animorum quies, A. C. 1668.
„populorum amica Societas, Hæreti-
„corum & infidelium conversionis spes
„pulcherrima nascitur.„

„Attendentes etiam delatorem ver-
„sutum multis capitibus in Jansenista-
„rum familiam præter damnatas opi-
„niones multa adhuc scelerata, impia,
„sacrilega congerere; sed eo duntaxat
„animo, ut paratum contra eos peri-
„clitatumque venenum, totum mox in
„Sorboniſtarum perniciem convertat,
„effundatque; quos inter & Jansenistas
„atque etiam Calvinistas (si opiniones
„& Consilia omnium spectentur) nul-
„lum discrimen intercedere statuit, nisi
„quod utrisque contendit Sorbonistas
„esse pejores; scelus inauditum, &
„nullo igne satis expiandum?

„Attendentes insuper multas in pe-
„stifero hoc pravi ingenii fœtu propositi-
„tiones contineri, infestas Ecclesiasticæ
„Hierarchiæ, juribus Episcoporum,
„aliorum Galliæ Prælatorum, simulque
„institutioni Parochorum, quos & præ-
„sens ætas, & omnis retro antiquitas
„semper agnovit, ut legitimos pluri-
„morum pastores; qua in parte, & Sor-
„bonicis assertionibus, & dictæ Chri-
„stianissimi Regis declarationi vehemen-
„ter obtrectat.„

„Atten-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„Attendentes præterea Calumnia-
„torem prave facundum, & importuna
„vellicandi bonos prurigine laborantem,
„longis ambagibus id velle conficere,
„ut motiferas popularis invidiæ faces
„sanctis subjiciat seminariis, quæ qui-
„dem ab ipsis Conciliis, Regibusque
„pietatis amantissimis tam religiose,
„tam sapienter instituta sunt, & in qui-
„bus veluti in campo virtutum feraci-
„simo piæ juvenum catervæ quasi pe-
„culiari sacramento devoti Christo nov
„Milites, tanta moderatorum sapien-
„tissimorum cura, tantoque studio exer-
„centur, ut hinc egressi bellum vitiis
„perpetuum sciant indicere, & gregem
„si quis suæ fidei commissus fuerit, a
„fera luporum irrumpentium rabie de-
„fendere, ad magnum certe Ecclesiæ
„decus & ornamentum.„

„Attendentes denique veteratorem
„subdolum in id quoque maxime in-
„cumbere, ut quasdam sacerdotum
„Congregationes, quas ob virtutem in
„filias legitimas adoptavit Ecclesia, ut
„adulterinas expungendas notet, ut
„etiam universitatum collegia tot ve-
„culorum canitie veneranda male pro-
„scindat, rabieque canina dilaceret,
„quasi ea forent arva infæcunda, du-
„mis & senticetis horrentia, in quibus
„cum nullus (ut effutit) pietatis, nullus
„rea-

„religionis cultus vigeat, nulli clauſtris Sæc. XVII.
„cænobiticis, nulli ſacerdotiis alantur; A. C. 1668.
„quamquam eadem univerſitatum
„Collegia & Clero & Imperio viros
„omni laudum genere cumulatiſſimos
„ſuppeditent, quippe qui in iis ſolidæ
„pietatis, ſinceræ doctrinæ, candidæ
„fidei, & inviolati in Reges Chriſtia-
„niſſimos obſequii præcepta teneriori-
„bus animis imbibant, altisque radi-
„cibus infigant. Quod quidem perſpi-
„cuum eſt, interque omnes conſtat,
„adeo, ut nullo poſſit exemplo probari
„contrarium.„

„Quare viſa & laudata hanc in rem
„Doctorum Theologorum hujus Uni-
„verſitatis cenſura: cumque a nobis
„multa in pernicioſo hoc libello depre-
„henſa ſint, quæ Regni immunitati-
„bus, Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus,
„Regis declarationi, ſorbonicisque pro-
„poſitionibus in acta hujus Univerſita-
„tis regio edicto, relatis prorſus ad-
„verſentur (quod manifeſtum ſcelus
„perduellionis eſt contra Regem ſuſce-
„ptum) cum deprehenſa itidem multa
„ſint, quæ ſeditionis faces accendere,
„pacem Eccleſiæ turbare, & convel-
„lere Hierarchiam poſſint; quæque
„multis ſacerdotum Congregationibus
„& Galliæ univerſitatibus graviſſimæ
„infamiæ maculam calumniis impuris

Sæc. XVII. A. C. 1668.

„inurant: Nos dictiRector, Decani, Do-
„ctores, ac Professores post solemnes
„preces invocatumque sancti Spiritus
„auxilium, in eam omnes commun
„consensu ivimus sententiam, ut libel-
„lum hunc damnaremus, reprobare-
„musque, ut etiam nunc damnamus
„ac reprobamus ut pernicioſum, sce-
„tiosum, probrosum, ut monstrum in-
„auspicatum, luce indigniſſimum, in
„primo extinquendum ortu, æterni-
„que tenebris sepeliendum. Cautum
„que est a nobis, ne qui Doctores, ne
„Professores, ne quæ Congregationes
„in ejusdem universitatis Corpus ac-
„scriptæ, ne qui denique sub ejus ju-
„risdictione quocunque modo compre-
„hensi legant, doceant scribantve quid-
„quam, quod Regiam declarationem
„& propositiones in ea contentas qui-
„ratione impugnet. Quodsi cujus au-
„dacia hoc violarit decretum, eum om-
„nibus juribus privilegiisque dictæ Uni-
„versitatis omni prærogativa aggrega-
„tionis, simulque ipsa spe in eadem
„jura, quacunque causſa, aut specie
„redeundi, judicavimus omnes, &
„omnes in præsentia judicamus exu-
„turpiter oportere.„

„Sancitum quoque est Congrega-
„tionem generalem ob id unum in loco
„Majorum die Februarii decima octava
„haben-

„habendam esse, in qua præsentibus „omnibus, & Christianissimi Regis e- „dictum, & huic annexæ Sorbonicæ „assertiones cum præsenti decreto pa- „lam & publice legentur, ut nemo dein- „ceps ullam hac in re caussam igno- „rantiæ prætexat. Actum in Congre- „gatione generale Universitatis in loco „solito habita die vigesima quarta Men- „sis Januarii anno Domini millesimo „sexcentesimo sexagesimo octavo.„ Sæc. XVII. A.C. 1668.

Ex Mandato Rectoris & Universitatis Cadomensis.

§. CXXIII.

Laurentii Cornelii victoria de classe Turcarum.

Interim Achmet Vezirius accersitis undique copiis Cretensem urbem semper arctius cingebat, eoquod Veneti omni ferme exterorum subsidio destituti tam immensæ Turcarum potentiæ resistendo impares essent: Sollicitabant quidem missis ad Imperii Principes Regesque Legatis Christianorum auxilia; horum tamen aliqui promissis animosiores erant, quam opere, alii varias obtendebant excusationes, & quorum prompta erat voluntas, deterrebat loci distantia, itinerisque difficultas: suspicabantur nonnulli ex Ita- *Nani Hist. Vene l. II. tom. 2. Bull. magn. Clem. IX. Const.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

liæ Principibus remotum esse subje-
gandæ Insulæ periculum, quocirca sup-
petias parare cunctabantur, solito vitio
humanæ indolis, quæ quicquid fieri
nollet, fieri posse, tarde credit; quare
nec Venetorum precibus fidem, nec
Papæ hortamentis aurem præbebant,
solus ferme Clemens IX. Papa oppres-
sam, afflictamque Rempublicam fulcire
adlaborabat; præterquam enim, quod
Magnum Etruriæ Ducem, Mutinen-
sem, Luccenses, Salisburgensem Ar-
chiepiscopum, Fuldensem Abbatem ce-
liosque ad suppeditandas pecunias, mi-
lites, pyriumque pulverem permovisset,
insuper ipsemet suas triremes numero-
roso milite instructas Hispanis, Floren-
tinis, & Genuensibus navigiis conjun-
xit, necnon tres Regularium Ordinum
scilicet Congregationem Canonicorum
S. Georgii in Alga, ac Fratrum Jesua-
tarum, & S. Hieronymi de Fæsulis sup-
pressit, ut ex divenditis eorum bonis
æs collectum, quod ad nongenta &
amplius Ducatorum millia ascenderet,
Venetorum Reipublicæ cederet pro ju-
vandis expensis, quas in propugnando
Cretensi Insula ferebat: interea vero
die prima Januarii Bernardus Nanius
Gubernator Cretam ingressus est, quem
Nobiles ex tota ferme Europa Viri il-
lustres & emeritæ militiæ Duces se-
quebat-

quebantur, bellicæ prodigia fortitudi- Sæc. XVII.
nis adverſus Barbaros edituri: nec vi- A. C. 1668.
ciſſim otiabantur Turcæ, qui ab Andrea Barozzio Cretenſi, proditore ac transfuga animati, mutatis caſtris propugnaculum Sabionaræ, & illud S. Andreæ toto armorum apparatu infeſtare cæperunt, eoquod utrumque ob ſitus anguſtias ægre diuque propugnari non poſſe, ab hoc perfido homine edocti eſſent: præ ceteris Vezirius unice intentus, ut Venetis copias & annonam advehendi opportunitatem intercluderet, Laurentium Cornarum ſeu Cornelium claſſis Venetæ Præfectum, qui cum ſeptem triremibus Cretæ oram legebat, opprimere ſtatuit, hancque in rem plurimas naves clam in inſidiis ad nutum promptas tenuit: Hæc tamen conſilia fugere haud poterant ſolertiam Cornelii, qui die ſeptima Martii noctis beneficio uſus, in Turcicas naves tam generoſum ac inopinum impetum urgebat, ut noctis horrore Turcis panicum terrorem, Venetis e contrario audaciam inſpirante, Chriſtiani in prædatoriam inſilientes, occiſo Duraco Pirata omnes ferme Janiſſeros, nautasque trucidarent, decemque navibus aut captis aut ſubmerſis, & plusquam mille Chriſtianis in libertatem aſſertis totam Turcarum claſſem in fugam

Sæc. XVII A. C. 1668.

agerent. Capti fuere ex Turcis plus quam quadringenti, atque inter eos quinque Principes: parta hac victoria Laurentius ſpolia ſat opima in ſuos diſtribuit, crebraque excurſione facta plures Turcarum triremes & cymbas intercepit. Hac clade territus Mahomet Sultanus Cretæ obſidionem ſolvere decreviſſet, niſi a Vezirio vicinæ deditionis fiducia erectus, ex interceptis literis obſeſſos annona aliisque neceſſariis deficere comperiiſſet: Eapropter reſumptis animis Vezirius prope propugnaculum S. Andreæ ſaxeam munitionem ſat eminentem & conſpicuam mari eduxit, & quamplurimis bellis tormentis muniri juſſit, ſimulque obſeſſorum aggeres aſſidua globorum tempeſtate deſtruxit, adeo, ut everſis cunctis ædibus incolæ in cavernis habitare, & milites ſupra murorum ruinas mortem ferme indefenſi, atque inulti excipere cogerentur. Nihilominus Turcas, qui die vigeſima ſexta Auguſti præfatum propugnaculum iterato impetu expugnare tentaverant, tam ingenti clade repulerunt, ut Vezirius receptui canere coactus eſſet; nec magis proſpero ſucceſſu Turcæ Sabionaram infeſtabant; poſtquam enim per plures Menſes circa hujus loci muros hæſiſſent, pluviis medio Octobri copio-

copioſe cadentibus, marisque fluctibus vento concitatis quamplurimi miſere perierunt. Tentabat Vezirius Cretenſis Urbis deditionem, quam armorum violentia extorquere deſperabat, amplis pollicitationibus eblandiri, miſſis ad Moroſinum Veneti exercitus Ducem literis, quibus eidem Valachiæ & Moldaviæ Principatum promiſit, ſi urbem dederet: Aſt Moroſinus commune patriæ bonum privato honoris queſtu perdere minime aſſuetus, oblatam conditionem cum ludibrio & contemptu regeſſit: honeſtam tamen pacem non reſpuit Respublica, quæ hanc in rem Lariſſam ad Sultanum ablegabat Ludovicum Molinum; Turcæ autem proximæ expugnationis ſpe tumidi, uniuerſam Inſulam ſibi cedi poſtulabant, ſeu, ut ipſi omnia acquirerent, & Veneti omnia amitterent, & pacem ipſo bello longe amariorem inirent. Sæc. XVII. A.C. 1668.

§. CXXIV.

Ordo Nobilium Matronarum Viennæ inſtitutus.

Hic annus Auſtriacæ Domui oppido funeſtus fluxerat; nondum enim lacrimis temperatum erat ob Ferdinandi Wenceslai primogeniti Cæſaris Filii paucos menſes nati obitum, cum *Tuld. Hiſt. Decen. l. 3.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

paulopoſt in Cæſaris Palatio ſcriniarii ibidem laborantis incuria incendium excitaretur, ac flamma vorax intra quinque horarum ſpatium tanto furore graſſaretur, ut pars maxima conflagraret, & vidua Imperatrix cum duabus Archiduciſſis ægre ignis furori ſeſe ſubducere poſſet. Æſtimabatur damnum ultra quinquies centena florenorum millia; hanc tamen jacturam leniuit inſigne prodigium; quippe extincto incendio quædam particula de ligno Crucis Dominicæ medios inter ignes illæſa intactaque fuit reperta, etiamſi aurum, cui involuta erat, diffluxerit, & cryſtallus, cui inſerta, diſſiluerit. Igitur in hujus portenti memoriam Eleonora Ferdinandi III. Cæſaris Vidua, annuente ſummo Pontifice, in feſto S. Crucis exaltatæ Congregationem ad inſtar Equeſtris Ordinis Nobiliorum Matronarum inſtituit, quarum pietas præcipue incumberet ſanctam Crucem venerari, ejusque imaginem aureo numismati impreſſam, atque ex humero ſiniſtro pendentem deferre. Floret hodiedum hoc inſtitutum, auctum tamen alio ejusmodi Ordine, cujus ſelectiſſimæ Sodales ſeſe *virtutis mancipia* vocant.

§. CXXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXV.

Varia Luſitanorum fata.

Poſtquam Hiſpani Luſitanos a pace Pyrenæa excluſos noverant, omnem belli molem in eos effundere parabant, infauſto tamen plerumque Marte pugnantes; quamvis enim Joannes Auſtriacus Hiſpani exercitus Imperator anno hujus ſæculi ſexageſimo tertio Luſitanis Eboram eripuiſſet, paulopoſt tamen hanc urbem accepta ingenti clade rurſus cedere coactus, ad caſtrum Roderici, amiſſa etiam Alcantara civitate Hiſpana, tantam ſuorum ſtragem perpeſſus eſt, ut pactis belli induciis nil amplius impetrare poſſet, niſi ut deficiente maſcula Bragantinæ Domus linea ad Hiſpaniæ coronam Luſitania reverteretur: Anno ſequenti denuo ab Hiſpanis conclamatum eſt ad arma contra Luſitanos, magis adhuc funeſto belli ſucceſſu: quippe ad Villam viciosam ad internecionem deleti, & cum Gallis novo bello impliciti, hoc anno tandem, ſollicitante Carolo II. Angliæ Rege, pacem ſancire compulſi ſunt, ea lege, ut Luſitani deinceps liberi, ac nullatenus Hiſpanorum imperio ſubjecti dicerentur, omnesque urbes, quæ utriusque fuerant Regni, antequam

Menez Hiſt. de Portug. Vertot Hiſt. des Rev. du Portug. Montpenſ. t. 5. p. 243. Mem. Hiſt. & Chronol.

Sæc. XVII. A. C. 1668. in unum regnante Philippo II. coluerant, redderentur, excepto Ceutæ propugnaculo Hiſpanis relicto: Sedato exteri belli tumultu Luſitaniæ thronus domeſtico diſſidio concuti videbatur; cum enim Aphonſus VI. Rex adhuc adoleſcens ob morbi violentiam ingenii corporisque debilitate lanqueret, ac inſuper quorumdam, quos a conſiliis habere voluit, exemplis ac ſermonibus ad eadem prave facta incitaretur, multa in flagitia, vitamque mollem, ac voluptatibus tanto Principe indignis confertam ſeſe præcipitem dedit; promptis enim in deteriora lapſibus lubrica ruere ſolet juventus Regia, quoties nefarium Aulicorum magiſterium adipiſcitur. Corruptos hoſce Mariti ſui mores diutius ferendo impar Regina Maria Franciſca Eliſabetha de Aumalia ejus Conjux, ex Procerum conſilio clam Aula diſceſſit, atque ad Divæ Claræ Monaſterium, quod in Ulyſſiponenſi ſuburbio erat, profuga ad Alphonſum Regem literas dedit, quibus eidem ſignificabat, ſe religione obſtrictam in Gallias reverti decreviſſe, proin ſibi dotem reſtitueret, cum ipſemet haud ignoraret, eum conjugali ſocietati ineptum eſſe. Perlecta hac epiſtola Alphonſus impotentis animi effrenatione abreptus, ad monaſterium conten-

contendit, clauſtrique portas aperiri jubet, repulſa autem accepta jamjam fores in fruſta diſcindi mandat, cum opportune Regius Princeps ejus Frater ſuperveniens, precibus, gravibusque rationibus eundem eo adigeret, ut ad Palatium ſuum reverteretur: Regina vero ſuæ ſeceſſionis cauſſas manifeſtabat, quas inter haud infima erat, quod Alphonſus ad connubii uſum inhabilis, ut ſuam impotentiam celaret, ad Conjugis ſuæ pudicitiam proſtituendam ex ſuis clientibus quemdam inſtigaſſet: cum ergo Alphonſus tam uxori quam Regno ineptus cenſeretur, Proceres æque ac populus hujus Regis imperium excutere parabant, ac primo cuſtodiæ in ſuo Palatio datum eo compellebant, ut Regnum ſuum Petro Fratri ſuo cederet, quo facto ad Tertiam Inſulam, inde vero ob concitandi tumultus metum ad Zindrenſem arcem deportabatur. Proceres vero primas eo curas intendebant, ut Reginam inter & Petrum nuptias conciliarent; obſtabat tamen vinculum propter animorum conjunctionem ex honeſtate ortum, cujus gratia, ne Romæ impetraretur, Hiſpani nil inauſum, intentatumque relinquebant: Romana igitur Curia ad Luſitani Senatus preces diu aures claudente, Ludovicus Cardinalis de Vandome

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

dome tum Apoſtolicus in Galliis Legatus, ac Reginæ Avunculus ejusmodi impedimentum tollendi facultatem in Francia, vicinisque locis ſibi competere ratus, Alphonſi matrimonium eſſe nullum declarabat, ac Reginam hucusque intactam cum Petro Principe ſolemni precatione conjungebat: Re comperta Hiſpani, eorumque fautores hanc diſpenſationem, nuptiasque Romæ vehementer impugnabant, cauſſati, hoc negotium merito accenſeri cauſſis majoribus ſacræ Sedi reſervatis, Legatumque Apoſtolicum, æque ac Canonicos Ulyſſiponenſes, legitimæ poteſtatis limites exceſſiſſe. Verum Clem. IX. Papa Francis addictus, auctoritate ac conſenſu ſuo rebus hucusque geſtis acceſſit.

§. CXXVI.

Ultronea Caſimiri Poloniæ Regis abdicatio.

Priorat. Hiſt. di Leopold. I. p. 2. lib. 6.

Magis adhuc periculoſis tumultibus per aliquot annos Poloniæ Regnum jactabatur; cum enim Maria Gonzaga Regina liberos ſuſcipiendi ſpe deſtituta anno hujus ſæculi ſexageſimo primo Regni Succeſſorem, vivente adhuc Rege, eligendi copiam ſibi relinqui peteret, Lubomirskyus ſupremus Regni Mare-

Mareſcallus Polonæ Nobilitatis jura hoc pacto luculenter infringi, vehementer querebatur, populus quoque Regem nonniſi a paucis electum ſibi obtrudi indignatus, vix non ſeditionem concitabat. Enimvero Regina Lubomirskyum placare ſatagebat, verum ejusdem hoſtes Mareſcallum tot calumniis obruebant, ut læſæ Majeſtatis reus, omni dignitatis gradu excidiſſe, ejusque bonis ærario addictis ſupremo ſupplicio dignus pronuntiaretur; incaſſum infelix ſuam innocentiam datis ad Cancellarium & Gnesnenſem Archipræſulem literis vindicare nitebatur, eapropter vitæ ſuæ conſulturus, Wratislaviam in Sileſia aufugit, a Leopoldo Cæſare non ſine fati ſui miſeratione exceptus: Procerum etiam potiſſimi hanc violentiam exoſi acriter obſtrepebant, atque eorum quidam in comitiis coram Rege exclamabat: *aut nomina noſtra dele ex libro Libertatis, & Reipublicæ, aut redde Lubomirsckium*: Haud parum quoque exacerbatos Polonorum animos ſtimulabant ejusdem Mareſcalli literæ, quibus eos ad vindicandam patriæ libertatem hortabatur; unde in Poloniam reverſus, a fœderato exercitu in Ducem proclamatus eſt: Igitur Caſimirus Rex, ne imparatus a ſeditioſis opprimeretur, cum valido exercitu fœderatis occurrit, inito-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

initoque prælio eos feliciter profligat, & Lubomirskium ad petendam a Rege pacem & deprecandam factorum veniam compellit; quam etiam obtinuit Lubomirskius, simulque incusso majoris mali metu a Rege tantum evicit, ut meditata Successoris in Regnum intrusio proscriberetur, necnon plena Ordinibus assereretur, post abdicationem vel Regis obitum, quem Poloni maluissent, ad Regni Regimen eligendi libertas: Obtenta hac pace Casimirus Rex, mundanarum rerum tædio affectus, post Conjugis suæ mortem, sicut ante viginti annos Jesuiticæ Societati & Purpuræ, ita hoc anno Regno & diademati nuntium remisit, ac in Gallias contendit, ubi in Abbatia ad sanctum Germanum privatus reliquos vitæ suæ dies in animæ suæ cura transegit. Successorem habuit anno hujus sæculi septuagesimo Michaelem Koributum Ducem Visnovicium, qui nil tale suspicatus, inter Proceres circa exteri alicujus Principis electionem litigantes, solus de adepta corona gaudebat. Obiit demum Casimirus in sua Abbatia anno hujus sæculi septuagesimo secundo die quarta Novembris anno ætatis sexagesimo quinto: cadaver ejus Varsoviam delatum, ibidem in regio monumento reconditum est, corde in Abbatia relicto.

§. CXXVII.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXXVII.

Hollandorum molitiones contra Comitem de Bentheim ad fidem Catholicam reversum.

Postquam Ludovicus XIV. pace Aquisgrani inita, Hispanis nonnisi Burgundiam restituit, ipse vero cunctas urbes in Belgio occupatas retinuit, Fœderati Belgii Ordines, ut junctis viribus Belgium a Gallorum potestate redimerent, cum Anglis & Suecis fœdus propterea *triplex* dictum pepigerunt, huic Ludovicus Rex, quamvis in se solum fabam cudi animadverteret, nondum se palam opponere audebat, eoquod illud nonnisi contra pacis Aquisgranensis perturbatores initum fuisse obtenderetur: interim Batavi otium nacti, Catholicos infectari decreverant, nec diu eis occasio defuit; hoc enim anno, dum Ernestus Comes de Bentheim, qui Clementis IX. Papæ sanctitatem, & clementiam demiratus, *fidem quam pius adeo Pontifex profiteretur, erroneam esse non posse* affirmabat, ejurata Calvini secta ad fidem Catholicam reverteretur, haud immerito propter hanc Religionis mutationem violentas Batavorum vexationes verebatur, quapropter Monasterium secessit, ac Bernardi

Neuvill. Hist. d'Holl. pag. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

nardi Episcopi opem & patrocinium implorans, Bentheimensem Comitatum Deventrienſi olim Episcopatui subditum Hollandorum invasioni præpere & Monasterienſi Episcopatui addicere statuit: interim Joanna Sidonia de Horn Comitis Conjux suæ sectæ immortua Bentheimensem arcem arte & natura munitissimam unacum quatuor suis filiis incolebat; cum autem Comes probe prospiceret, quod Conjux sua cognita Religionis mutatione Maritus suo regressum ad hanc arcem intercluſura esset, cum mille peditibus, & octodecim belli tormentis, quæ ei Monasterienſis Episcopus suppeditaverat, ad arcem contendit: intellecto autem Comitis adventu mox Joanna quatuor suos Filios Hagam Comitum in Hollandorum protectionem præmisit, quo ipsa etiam missis ad Maritum arcis cibus vili in habitu dilapsa est, proles suas in sectæ studio firmatura: Repertis Comes filios suos sibi iniquissime ereptos illa vero ab Hollandis instigata parere renuit; cum enim phanaticum secta suæ Zelum Divinitatis loco haberet, eidem etiam sacrosancta naturæ jura sacrificare parata erat: interim vero Comes unacum Episcopo arcem ingressus, eam præsidiario milite firmavit ejectisque Calvinianis Prædicantibus

atque

atque interdicto sectæ usu, Catholicæ Religionis exercitium restituit, evocatisque Sacerdotibus Catholicis Ecclesias vero Dei cultui sacrari jussit. Adeo non Comitissa ad evomendum Calvini virus, necnon ad reddendos Filios permoveri poterat, ut etiam Hollandorum potentiæ innixa, Monasterienſe præsidium educi, liberum Calvinianæ sectæ exercitium restitui, sibique plenum in filios Calviniano ritu instituendos imperium indulgeri, audacter postularet: Incassum etiam Imperator hos filios Patri suo restitui jussit, Hollandis hoc Cæsaris mandatum non modo spernentibus, sed etiam copias suas in Westphaliæ fines contra Episcopum educentibus, Hic vero sese novo bello implicare, haud consultum ratus, Mortagneo Hollandorum Oratori declarabat, se nuperæ pacis articulis immote inhæsurum, nec aliud intendere, quam Bentheimensem Comitatum legitimo suo Domino vindicare: Stetit Episcopi verbis fidei constantia; quippe haud ultra progressus, duntaxat Steinfurtum ignobile oppidum aliunde Episcopali jurisdictioni obnoxium, cedente Comite, occupavit; nihilominus Hollandi Filios Comiti restituere pertinaciter recusabant, insuperhabito novo Cæsaris mandato, quod Comitissæ insinuare,

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

nullus Hagæ Comitum audebat, ne quidem ipſemet Cameræ Nuntius, cum Hollandi nullam ei haſce in terras ju risdictionem eſſe contenderent.

§. CXXVIII.

Henricus de La Tour Vice-Comes Turrenius Franciæ Mareſcallus Romanam fidem profeſſus.

Turenne t. 2. p. 162.

Hoc item anno Henricus de Turre ne Franciæ Mareſcallus coram Pa riſienſi Archiepiſcopo publice ejura Calvini hæreſi, Catholicam fidem a no ætatis ſuæ quinquageſimo ſeptim profeſſus eſt. Hic tot ferme victor ac præliis clarus, inſignia prorſus de ſequia Gallis per plurimos annos præ ſtitit, in hoc unico haud ſatis placen Ludovico Franciæ Regi, quod a ſe d verſam profiteretur religionem & qu dem talem, quæ florentiſſimum in Regnum iteratis ſuis rebellionibus fæd deformaverat; quapropter Rex ſæpiſ hac de re cum illo ſermonem indux quin illum vel leviter coarctaret, a moleſtiam inferret, imo & non ra declararet, quod ſibi hæc Religion diverſitas nullatenus immotæ ſuæ fi delitatis ſuſpicionem ingereret, ſed ab hucdum ſincero ejusdem in ſe Regnum que ſtudio ac conſtantiæ plurimum con fideret.

fideret: Dudum tamen ipsemet Tur- Sæc. XVII.
renius de sectæ suæ veritate dubius A.C. 1668.
hæserat, non modo a Nepote suo Bullionio Cardinale, sed & aliis amicis suis de erroris periculo admonitus: Accesserant quoque frequentes hac de re sermones cum Anglis, qui Regnum suum plurimis, ac diversissimis, novisque indies sectis misere discissum deplorabant, quibus reposuit Turrenius, *inde luculenter patere, quod dudum vera religio per luxuriantium ingeniorum licentiam adeo deformata fuerit, ut sicut Calvinus & Lutherus, ita & quivis alius sibi pro suo genio religionem fabricet.* Tum vero nacto per Pyrenæam pacem otio in Apostolicæ fidei veritatem singulari studio indagare cæpit, sæpius semetipsum redarguens, quod hucusque nonnisi cæcus a cæcis Prædicantibus sese duci passus fuerit: frequens quoque ipsi erat colloquium cum Benigno Bossuetio postea Meldensi Episcopo, a quo probe edoctus, persuasum sibi habuit, intellectum humanum de se nimis vagum, „ut sibimet in cunctis emergen„tibus dubiis satisfacere posset, impa„rem esse, proin sese subjicere cogere„tur, omnemque prudentem Legisla„torem pro certa legis suæ intelligentia „infallibilem interpretem præscribere; „sine hac enim subordinatione nil nisi

Sæc. XVII A. C. 1668

„perturbationem, & diſſidia in popul
„oritura; cum quilibet legis Codicem
„manibus tereret, de ejus tamen ſenſu
„diſceptaret, pro ſuo arbitrio interpre-
„taretur, ac demum religionem pro
„ſuo genio ſibi conſarcinaret.„ His,
aliisque rationibus de Catholicæ Re-
ligionis veritate plene convictus, Ca-
vini commenta deteſtatus eſt, atque
ad usque poſtremum vitæ halitum
religionem, quam ſincero animo pro-
feſſus erat, tam pie coluit, ut Catho-
licis jamjam in fide adultis imitatio-
nis, ſocordibus vero ruboris argumen-
tum præberet. Hæc mutatio ſumm
mærore afficiebat Proteſtantes, tan
meriti auctoritatisque Virum ſibi ere
ptum ingemiſcentes: ut vero quadan
tenus ſuum mitigarent dolorem, pr
more ſuo in vulgus ſpargebant, Tu
renium nonniſi humanæ proſperitat
illecebris pellectum ad Catholicorum
caſtra confugiſſe: attamen fortunæ
honoris, gloriæ & divitiarnm ampl
tudo, quam jam dudum poſſederat
& qua majorem nec ſperare poterat
nec facta hac mutatione acquiſiera
Proteſtantes calumniæ pro arbitrio ex
cogitatæ, putidique ſui mendacii con
vincit.

§. CXXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXIX.

Joannis Baptiſtæ Pallottæ Cardinalis obitus.

Inter quatuor Purpuratos, qui hunc annum vitæ ſuæ exitialem habuere, primus erat Joannes Baptiſta Pallotta Picenus, qui Jurisprudentiæ laurea inſignitus, primos honorum gradus Romæ emeruit, ubi utriusque, ut vocant, Signaturæ Referendarius, Ferrarienſis Pro-Legatus, & ab Urbano VIII. Luſitanus Collector renuntiabatur, quo in munere etiam apud illos, quibuscum de jurisdictione certaverat, magnam ſui nominis æſtimationem ſibi conciliabat. Romam inde evocatus primo Urbis Prætor, dein Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, ac demum ad Ferdinandum II. Cæſarem Sedis Apoſtolicæ Legatus decernebatur, qua in Legatione non minus Eccleſiæ decorem, quam Principis ſui dignitatem conſtanti fortique animo ſuſtinuit, jure merito ad Purpuram, & Albanenſem primo, poſtea Tuſculanam Eccleſias Epiſcopus ab eodem Pontifice nominatus. Ferrarienſi etiam Legatione ita functus erat, ut ad pauperum levamen, miſerorum ſolatium, atque oppreſſorum auxilium vocatus videretur: Tanta

Victorell. in addit. ad Ciacon. Ughell. Ital. Sacr.

Sæc. XVII. A.C 1668.

etiam pietate Beatæ Virgini Laureta-næ addictus erat, ut ejus ſtudio Roma quotannis celebritas translatæ hujus Domus ſolemni apparatu celebraretur: Obiit tandem Romæ eadem hora & die, qua natus erat, ſcilicet vigeſima tertia Januarii, annos natus ſeptuaginta quatuor.

§. CXXX.

Hieronymi Farneſii Cardinalis deceſſus.

Ciacon. in vit. Alexandri VII.

Sequentis Menſis die decima octava naturæ debitum ſolvit Hieronymus Farneſius patria Romanus, qui generis ſui nobilitatem raro virtutum ſplendore, & vaſtiſſimæ eruditionis gloria illuſtrans, dignitates quibus poſtea emicuit, propriis meritis mercatus eſt: primo enim per undecim & his amplius annis Referendarii munere ſumma cum laude defunctus, Patrenſis Archiepiſcopus, & Apoſtolicus ad Helvetios & Rhætos Nuntius renuntiabatur, qua in legatione diſſidia inter Eccleſiaſticos & ſæculares exorta compeſcuit, diſciplinam Monaſticam reſtituit, religionem Catholicam & Curienſem Epiſcopatum ab hæreticorum inſidiis & violentia vindicavit, ſimulque Sedunenſi Eccleſiæ ſuo Epiſcopo diu orbatæ dignum Paſtorem præfecit. His præclare geſtis Ro-

Romam reverſus, pluribus Congrega- Sæc. XVII.
tionibus aſſiduus aderat, ac per inte- A.C. 1668.
grum decennium Eccleſiæ utilitatem, & Eccleſiaſticorum honorem promovere toto ſtudio adlaborabat, donec ab Innocentio X. Romanæ Urbis Prætura honoratus eſſet, ubi in facinoroſos, necnon Miniſtros ſua auctoritate abutentes æqua ſeveritate animadvertebat, pauperes vero largioribus eleemoſynis adjuvari, puellasque artibus ſuo ſexui congruis inſtitui curabat. Talem, tantumque Virum Alexander VII. jure merito Romana Purpura & Bononienſi Legatione honorabat: hæc ipſa vero dignitas Hieronymo calcar ad majora addidit; quippe mira integritate omnibus juſtitiam æqua lance adminiſtravit, urbem novis ædificiis, Sacellum S.Caroli Borromæi ſumptuoſo ornatu, & Aulam Farneſianam raris picturis auguſtiorem reddidit: nec tamen ſuæ animæ incurius, cum mortem ſemper ſibi vicinam reputaret, duo Sacerdotia pro totidem ſacrificiis in animæ ſuæ refrigerium quotidie offerendis, necnon ſex pariter Canonicorum Collegium eundem in finem inſtituit, ingentemque pecuniarum vim ſuis domeſticis legavit: Demum anno ætatis ſuæ ſexageſimo octavo Romæ pie in Domino obdormivit.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXXXI.

Guidobaldus de Thun Cardinalis mortuus.

Ciacon. in vita Alexandri VII.

Pari fato vivis ereptus est Guidobaldus Comes de Thun patria Germanus, qui non minus generis sui splendore, quam virtutibus, religione, ac integerrimis moribus illustris, emenso studiorum curriculo primo Salisburgensis Archiepiscopus, ac demum ad Leopoldi Cæsaris preces ab Alexandro VII. Papa Cardinalis Presbyter, licet absens, renuntiabatur: Obeunte autem Adamo de Törring Ratisbonensi Episcopo simul etiam Canonicorum suffragio hanc Ecclesiam adeptus, Imperii Conventui ibidem convocato præfuit, Cæsarisque partes ita sustinuit, ut tamen Ecclesiæ jura semper servaret illæsa: quapropter ab omnibus summo in honore habebatur, eumque Catholici tanquam Religionis vindicem, Eruditi Mæcenatem, atque egentes Parentem respicerent: Erat sane longiore vita & meliore fato dignissimus, vix tamen integro anno Purpuram gesserat, cum jamjam die prima Junii ex equo in terram exanimis corrueret. Successorem habuit in Salisburgensi Archiepiscopatu Maximilianum Comitem

tem de Khynburg, atque in Ratisbonensi Ecclesia Albertum Sigismundum Alberti Bavariæ Ducis Filium. Sæc. XVII. A.C. 1668.

§. CXXXII.

Pauli Æmilii Rondinii Cardinalis decessus.

Postremus inter Cardinales hoc anno demortuos erat Paulus Æmilius Rondinius patria Romanus, qui in patria sua politioribus literis excultus, & utriusque Jurisprudentiæ scientia in Perusina Academia instructus, Apostolicæ Cameræ Clericis accensebatur, ac paulopost ab Urbano VIII. Cardinalis, & ab Alexandro VII. Assisinatis Episcopus nominatus, aliquamdiu gregem suum verbo, exemplo, & salutaribus decretis in Synodo conditis pavit, & ad meliorem frugem reduxit: Tandem Romam reversus, ibidemque repentina morte correptus, diem decimam sextam Septembris vitæ suæ postremam habuit. *Priorat. in Theatr. Vir. illustr.*

§. CXXXIII.

Rosa Limana de S. Maria a Clemente IX. Pontifice Beatis adscripta.

Hoc item anno die duodecima Februarii perpensis ac diligentissime discussis *Bull. magn. Clem. IX. Const. 18.*

Sæc. XVII. A. C. 1668.

cuſſis virtutibus, & miraculis, quibus Roſa de S. Maria Virgo Limana tertii Ordinis S. Dominici in vita & poſt mortem inclaruit, Clemens IX. Pontifex Maximus ad preces Hiſpani Regis, Reginæ Viduæ, & totius Ordinis Dominicani indulſit, ut eadem in toto terrarum Orbe impoſterum *Beatæ* nomine nuncupari, ejus Corpus ac Reliquiæ venerationi fidelium exponi, ac de ea ſub ritu, ut vocant, duplici Officium & Miſſa ab utroque Clero Hiſpano, & Auſtriaco celebrari poſſit: Præfixit ejus celebritati diem vigeſimam ſextam Auguſti. Die autem vigeſima ſexta Julii anno hujus ſæculi ſeptuageſimo Clemens X. hanc gratiam etiam ad Poloniæ, Lithuaniæ, Ruſſiæ, Boruſſiæ, ceterumque Poloniæ dominiorum Clerum, demum vero die vigeſima ſeptima Auguſti ad omnes totius Orbis Clericos extendit.

§. CXXXIV.

Aliæ ejusdem Pontificis Conſtitutiones.

Bull. l. c. Conſt. 19. & ſeqq.

Præter hoc Beatificationis decretum inſuper idem ſummus Pontifex plures edidit Conſtitutiones, quas inter die vigeſima octava Martii indulſit, ut Cardinales etiam de bonis, reditibus & emolumentis Eccleſiaſticis, necnon de

de fructibus non consumptis, aut non commixtis cum aliis eorum bonis libere testari valeant, quantum vero per hanc testandi facultatem laudabilis priscusque bona ex Ecclesiis hausta in pios usus, & Ecclesiæ decorem convertendi fervor elanguerit, testantur Romæ tot Nosocomia, tot Ecclesiæ & Domus in pauperum, oppressorumque levamen antiquis temporibus ædificata, ac fundata, cum tamen bona relicta novissimis hisce temporibus raro admodum in pios ejusmodi usus, sæpissime vero in familiarum augmentum, Palatia, & hortos, equos & canes convertantur. Die autem undecima Aprilis idem Pontifex Congregationem jam ab Innocentio X. institutam confirmavit, quæ Regularium negotia discuteret, ac dijudicaret. Cum vero Clemens VIII. prohibuisset, ne fratres Minimi, quamdiu ob infirmitatem cibis Paschalibus vescuntur, e suis monasteriis egrediantur, Clemens IX. hoc decretum ita temperabat, ut prædicti infirmi de consilio Medici & cum Superiorum licentia ad Balnea sese conferre possint. Insuper Ord. FF. Carmelitarum Generali Papa die vigesima Julii concessit, ut suis Fratribus Magistri honore insignitis Doctoratus Lauream conferre valeat. Præterea Jesuitis indulsit, ne deinceps quo-

Sæc. XVII. A. C. 1668.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

quovis Novennio Congregationem, quam Alexander VII. præscripserat, celebrare teneantur, eoquod, exponente Generali, ejusmodi Congregationes Societatis Constitutionibus adversentur, & occurrentibus necessitatibus jam aliunde per triennales Congregationes abunde provisum esset, & ingentibus expensis, vitæque periculis pauperes, senes, & primarii Provinciarum Socii in ejusmodi itineribus exponerentur, atque ex horum absentia relaxaretur disciplina religiosa. Denique pro Christi fidelibus Italiæ & Status Ecclesiastici die vigesima sexta Septembris, & tertia Octobris indulgentias plenarias concessit, ut divinum imploraretur auxilium pro tuenda urbe & Regno Cretensi adversus Turcas, & pro felici compositione negotiorum in Regno Poloniæ.

§. CXXXV.

Diversæ S. Congregationum decisiones.

Decis. S. Congr. Immun. Conc. Rit. &c.

Post hasce Constitutiones Apostolicas ejusdem Pontificis jussu Sacræ etiam Congregationes Romanæ varia ediderunt decreta, & quidem sacra Immunitatis Congregatio exorto in Consentina Ecclesia dubio die vigesima quarta Januarii decidit, quodsi bonis Mensæ

Sæc. XVII. A.C. 1668.

Menſæ Epiſcopalis in aliena Diæceſi ſitis damna fuerint illata ab aliquibus Eccleſiis, hasque Epiſcopus ſervatis ſervandis ad vim vi repellendam cenſuris perſtrinxerit, ejusmodi cenſuræ pro tuendis ſuæ Menſæ juribus validæ ſint. Declaravit quoque S. Concilii Congregatio die vigeſima quarta Martii, quod Impubes major factus poſſit variare Eccleſiam a Tutore deſignatam pro celebratione Miſſarum: inſuper die nona Junii S. Rituum Congregatio ad preces Eccleſiæ Converſanæ declaravit, quod Sacerdos ſæcularis, ſive ſit Capellanus ſive non, qui recitavit officium ſemiduplex, vel ſimplex aut feriale, illo die celebrans in Eccleſia Regularium ſeu Monialium, ubi recitatum eſt ab ipſis eadem die officium duplex de aliquo ſui Ordinis ſancto, non valeat dicere Miſſam de Requiem. Deciſum quoque ab ipſo ſummo Pontifice die decima tertia Septembris, quod ægrotis morti proximis, quamvis in ſordido loco degant, S. Viaticum deferatur, cum apud Deum non ſit acceptio Perſonarum; Presbyteri autem ſæculares doctrina & moribus idonei in Indiis Orientalibus degentes ab adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramento non arceantur, attenta præſertim indigentia tot animarum, quibus impares ſunt pauci Regula-

Sæc. XVII. A.C. 1668.

gulares Europæi: Vicarius quoque ibidem plures ex Sacerdotibus sæcularibus indigenis atque idoneis ad confessiones excipiendas deputet, ut facilius & lubentius fideles Sacramentum pœnitentiæ valeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus aut extera sese subjicere, nunquam vero Confessio excipiatur per interpretem: Denique a S. Rituum Congregatione die decima sexta Octobris declaratum, quod notione communicationis Privilegiorum non possit recitari peculiare officium concessum illis, quorum privilegio facta est communicatio.

§. CXXXVI.

Synodi Monasterienſis Decreta.

Concil. Germ. tom. 10.

Denuo Bernardus Gallen Monasterienſis Episcopus duas Synodos Diæcesanas hoc anno die decima tertia Martii & decima sexta Octobris celebravit, in quibus præter innovata priorum Synodorum decreta præcipue statuit, ut Matrimonio jungendi antea de necessariis ad salutem examinentur, ne postea factis jam proclamationibus cum dedecore & scandalo rejici debeant. Inhibitum quoque, ne ullus in alterius Parochia absque proprii Curati licentia Missam celebret: Declaratum quoque quibus

quibus temporibus Conjugati ab uxoribus abſtinere teneantur. Sæc. XVII. A.C. 1668.

§. CXXXVII.

Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera, & obitus.

Paucos ex celebrioribus Catholicis Scriptoribus adducemus, quos inter primas tenet Iſaccus Habert Vabrenſis Epiſcopus, qui acerrimus Janſeniſtarum hoſtis, literas Franciæ Præſulum ad Innocentium X. contra eosdem conceperat: Scripſit librum de gratia ex Patribus Græcis, tractatum de conſenſu Hierarchiæ & Monarchiæ, & poſtquam Antonius Arnaldus in prolixa ſua præfatione ad librum de frequenti communione Petrum & Paulum *duo Eccleſiæ Capita* nominabat, Habertus duos libros de cathedra & ſingulari Primatu Petri edidit, uti teſtantur Fratres Sammarthani in Gallia Chriſtiana tom. 3. p. 1108. II. Ludovicus Donius d'Attichy Ord. FF. Minimorum Epiſcopus Auguſtodunenſis ſcripſit de vita & geſtis Petri Berulli Cardinalis, flores hiſtoriæ Cardinalium, & Hiſtoriam Ordinis Minimorum. III. Joſephus Quartaranus Sacerdos Siculus prophetiæ dono illuſtris, qui exercitia & preces ſpirituales in ſuffragium agonizantium,

Bibl. S. J. Aleg. Script. Ord. FF. Præd. Echard Bibl. Carmel.

Sæc. XVII. A. C. 1668.

tium, vitam S. Joſephi ab Arimathia, pluraque alia poſteris reliquit. IV. Thomas Gomez Ciſtercienſis Monachus, ſcripſit librum de veteri Monachatu & Regulis Monaſticis. V. Joannes Martinez de Prado Ord. FF. Prædicatorum, qui publici juris fecit Theologiæ moralis quæſtiones præcipuas, tractatus de Sacramentis in genere, & de Penitentia ac Euchariſtia & controverſias Metaphyſicales ſacræ Theologiæ Miniſtras præter plura alia. VI. Thomas Leonardi ex eodem Ordine ſcripſit tractatus Theologicos, ſententias D. Thomæ de prima hominis inſtitutione unacum additionibus contra Deſchæum Lutheranum, Chriſtum Crucifixum & confutationem cujusdam libelli, cui titulus: *Capuccinus exonoratiatus.* VII. Jacobus Balde S. J. edidit ſuum Maximilianum I. Auſtriacum, poemata de vanitate mundi, Templum honoris virtute Ferdinandi III. apertum, novem libros Sylvarum, aliosque libellos vincta oratione ſcriptos. VIII. Theodorus Dulman pariter Sacius, qui elucubravit commentationes ſuper amore Dei, Oratorem Chriſtianum, Peregrinum Chriſtianum, & amuſſim vitæ ſpiritualis. IX. Joannes Tullonius, Jeſuita, ſcripſit bellorum cauſſas, Jonam typum hominis, bonam volun-

voluntatem, compendium hiſtoriæ Leodienſis, commentarios hiſtoricos & morales ad libros Machabæorum, præter alia pauca. X. Nicolaus a S. Simone Carmelita Excalceatus vulgavit exercitationes Theologicas in ſummam D. Thomæ, tractatum de incarnatione, Quadrigam gloriæ Chriſti, tractatus Morales, dogmaticos, Paradoxos & Myſticos, tractatum de Monialibus, & præter plures ſermones varia alia opuſcula. Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXXXVIII.

Acatholicorum Scriptorum mors & opera.

Ex Scriptoribus Acatholicis, qui hoc anno obiere, celebrantur. I. Joannes Gerhardus ſecta Lutheranus, qui edidit harmoniam linguarum Orientalium, tractatus de Sepultura Moyſis, & de Eccleſiæ Copticæ ortu, conſenſum & diſſenſum Religionum, Iſagogen locorum Theologicorum, epitomen Confeſſionis Catholicæ, diſpoſitiones in Evangelia, Synopſin Arminianismi, & plura alia. II. Andreas Wigand olim Jeſuita, poſtea Lutheranus, edidit concionem revocatoriam, & Apologiam contra Jeſuitarum Moguntinorum calumnias, & nonnulla alia. *Frecher vita Ger. Freher Theatr. Erud. p. 1. ſect. 3. Menckens lex. comp. erud.*

Sæc. XVII. A. C. 1669.

III. Andreas Widmarius ſcripſit diſputationes Theologicas adverſus Judæos, orationem de manifeſtatione Spiritus Sancti ſub ſpecie columnæ, & diſputationes de natura S. Theologiæ. IV. Stephanus Clotzius typis vulgavit Theologiam naturalem, tractatum de Angelolatria, & de ſudore ſanguineo Chriſti. V. Joſephus Adjutus, Apoſtata, ſcripſit axiomata politica, orationem revocatoriam de erronea Romana Eccleſia.

§. CXXXIX.

Senonenſis Archiepiſcopi oppoſitio contra Provinenſis Collegii Rectores.

Recueil des Affair. du Clergé de Franc. t. 1. pag. 279.

Præ ceteris Ludovicus Henricus Gondrinus Senonenſis Archiepiſcopus in ſuam Diæceſin Diſciplinam Eccleſiaſticam revocandi, ac doctrinæ moralis puritatem conſervandi ſtudium ſingulare præſeferebat: hanc in re præprimis Provinenſi urbi Gymnaſiarchum ac Rectores morum probitate, ſcientia ac pietate adeo conſpicuos præficere ſtatuit, ut juventus non modo in ſana doctrina, ſed & veris Chriſtianæ fidei præceptis imbui poſſet. Hoc ſuum conſilium Ludovico XIV. Galliarum Regi ipſus propoſuit, eidem declarans quod Diæceſis tranquillitate, & juven-

tutis

tutis proventu ita exigente, Jesuitas ad hæc munia nec admittere vellet, nec posset. Annuit Rex, quocirca Archiepiscopus suum quoque consilium supremo Provinensis Urbis Præfecto manifestabat. Hic vero absque Regis venia, atque inconsulto Archiepiscopo clam cum P. Rectore Cabillonensis Collegii, aliisque Jesuitis egit, eosque ad hæc munia promoveri curavit, facta eis pollicitatione, quod non modo duo illa beneficia pro Theologiæ Magistris in Ecclesia ad S. Quiriacum, & B. V. ad Vallem erecta, sed etiam Clausabarbiensis Nosocomii proventus eis concedere velit. Re comperta Archiepiscopus clandestinis hisce molitionibus sese opponere statuit, eo potissimum nomine, quod vi Tridentini Concilii universalium studiorum Collegia providentiæ Episcoporum sint demandata, & collatio prædictorum beneficiorum ac redituum administratio ad Senonenses Archiepiscopos antiquo plenoque jure spectasset: cum autem urbis Præfectus clam quorumdam civium assensum jamjam eblanditus esset, Archiepiscopus suæ oppositionis causas die secunda Februarii publico proclamate manifestas facere, necessarium duxit, demonstravitque, quod Jesuitas ad Scholarum directionem admittere non pos-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

set, quia I. jam a viginti annis contra Episcopalem dignitatem in schismate & scandalosa rebellione persistentes adversus Diæcesana statuta a Clero Gallicano approbata reclamarunt, certissima Episcopi jura agnoscere detrectantes. II. Quia ex illis potissimi in suis libris depravatam morum doctrinam tradunt, & perversa dogmata, ut eo facilius illa sua discipulis instillarent, in unum collegerunt, editaque apologia tam audacter propugnarunt, ut ea summus Pontifex, Franciæ Episcopi, & Parisiensis Facultas Theologica condemnare coacti essent, quin eorum ullas corruptas hasce opiniones Ecclesiæ & Regno tantopere pernicioſas publice revocasset, proin timendum foret, ne ejusmodi laxis doctrinis juventutem quoque inficerent. III. Quia prævalentibus Præfecto & Jesuitis Archiepiscopus nullum hujus Collegii Alumnum ad Ordines sacros & Beneficia admittere auderet, eoquod hi in schismate contra suum Episcopum, & in seditione adversus auctoritatem eidem a Deo concessam enutriti essent. IV. Quia ex jure Episcopis in proventus præfati Nosocomii & beneficiorum competente Episcopus quoque de bono vel malo horum proventuum usu judicandi & contra Fundatorum mentem int-

sos excludendi jus habet, quo jure privaretur, si hæc bona in Jesuitis perpetuo jure transferrentur. Sæc. XVII. A. C. 1669.

Postea Archiepiscopus Cabillonensi P. Rectori, qui cum urbis Præfecto hanc negotiationem confecerat, sacris interdixit, omnesque incolas enixe rogavit, ut suarum prolium utilitati, atque Ecclesiæ ac Regni commodo necnon propriæ saluti consulturi, sese hisce molitionibus opponerent.

§. CXL.

Jesuitæ ab eodem Senonensi Archiepiscopo Sacris restituti.

Cum Senonenses Jesuitæ jam per plures annos pro administrando Sacramento Pœnitentiæ & prædicando Dei Verbo necessariam ab Archiepiscopo Senonensi approbationem & licentiam sub privilegiorum obtentu petere neglexissent, Gondrinus Archipræsul sæpius illos coram esse jussit; his autem non comparentibus rem ad Innocentium X. Papam retulit, a quo etiam die decima quarta Maij Anno hujus sæculi quadragesimo octavo literas obtinuit, quibus Jesuitæ parere jubebantur: neglecto autem trino termino, intra quem sese pro obtinenda approbatione sisterent, Carolus Hanniques Vicarius Ge-

Recueil des Affair. du Clergé pag. 243.

Sæc. XVII. A. C. 1669. neralis jussu Archiepiscopi die nona Aprilis edictum promulgavit, vi cujus omnibus Senonensis Urbis, Diœcesis, & suburbii incolis interdictum, ne suas confessiones apud Jesuitas deponerent, eoquod Archiepiscopus eas invalidas esse declarasset, donec hi necessariam approbationem ab eodem Archiepiscopo obtinuerint: Ab hac vero sententia Jesuitæ ad Senonensem Pro-Legatum appellarunt, eidem exponentes quod jam dudum oretenus ab Archiepiscopo fuissent approbati, proin interposita hac appellatione interdictum non urgeret: cum ergo confessiones excipere, Verbumque Dei prædicare pergerent, idem Vicarius Generalis die undecima ejusdem Mensis pronuntiatam nuper censuram executioni mandari jussit, ac promulgato decreto obtendit, eos unquam fuisse approbatos, fassum esse, nec eis interpositam appellationem suffragari, eoquod decreto Regii articulo quinto jam anno Domini milleſimo quingentesimo trigesimo nono declaratum fuisset, appellationes in causis disciplinam & Ecclesiasticorum correctionem spectantibus interpositas non obstare, quominus Judex Ecclesiasticus contra eos ulterius procedere posset. Spretis autem hisce edictis Jesuitæ etiam Paschali tempore palam

Sæc. XVII. A. C. 1669.

ſuo Sacello Euchariſtiam diſtribuebant, & fidelium confeſſionibus excipiendis vacabant: rurſus igitur die vigeſima tertia ejusdem Menſis necnon die quarta Maij Archiepiſcopus iterum Jeſuitis, ne ſacra tribunalia frequentarent, interminatis pœnis Eccleſiaſticis inhibuit, & indicta excommunicationis pœna fidelibus, ne ſuas apud ipſos conſcientias expiarent, vetavit: Ut vero tam Jeſuitæ, quam ceteri Regulares de approbationis neceſſitate convincerentur, Archipræſul die nona & ſequenti Menſis Septembris in Archiepiſcopali Seminario hanc Theſin propugnari juſſit. *Ab Epiſcopis per ſingulas quasque Diœceſes, regulares, ſeu privilegiarii cujuscunque ſint Ordinis vel inſtituti etiam, ut vocant Societatis Jeſu Presbyteri, ita ſe noverint dependere, ut neque ſe Epiſcoporum examini jure ſubducere, neque ſine illorum approbatione, qua ad opus deputantur, etiam prout approbantibus viſum fuerit arctanda ſeu limitanda, cuiquam ex illorum ſubditis ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrare queant aut a caſibus, quos Epiſcopi ſibi reſervaverint, absque ſpeciali eorum licentia quemquam abſolvere, ſed in his omnibus communi Eccleſiæ regulæ ſubjici, & privilegio carere, nec ampliorem ipſis in abſolvendo competere poteſtatem, quam competere noſcitur parochialibus Vicariis.*

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Cum autem Jesuitæ & nonnulli alii variis interpretationibus debitam Episcopis submissionem eluderent, oppositamque doctrinam in scholis, confessionalibus, & Monialium claustris insinuarent, Archiepiscopus hanc thesin solidis argumentis comprobari, & rationes allatas sequenti anno typis vulgari jussit. Interim vero Agennensis Episcopus die sexta Maij anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto edictum promulgabat, vi cujus Confessiones excipiendi & Verbum Dei annuntiandi facultates a suis Prædecessoribus concessas revocans, præcepit, ut omnes utriusque Cleri Sacerdotes novo examini & approbationi sese subjiciant: cum autem regulares sua privilegia opponerent, & ad summum Pontificem provocarent, inter hos & Episcopum ingens fervebat dissidium, quod tandem anno hujus sæculi sexagesimo nono Ludovicus Rex composuit, qui Agennensis Episcopi decretum omnino in usum deduci, necnon in ceteris Regni Diæcesibus observari præcepit: cum ergo Senonensis quoque Archiepiscopus per Regium hoc mandatum suam quoque caussam fuisse decisam crederet, hinc illud Jesuitis, ceterisque Regularibus ob oculos posuit: Jesuitæ inter-

terni-

territi eundem ſupplices acceſſere, & debitæ ſubmiſſionis homagium exſoluturi, ita coram eo perorarunt: „Reverendiſſime, Illuſtriſſime Præſul, Adſumus, ut tibi devotiſſimum noſtrum „exhibeamus obſequium: loquitur Rex, „Papa tacet, omnes ceteri Regulares „Archiepiſcopis atque Epiſcopis ſeſe „ſubjiciunt: Nos quoque, qui per Dei „gratiam fideles ſumus Galli, & nos „Filios Eccleſiæ eſſe potiſſimum gloriamur, ſupplices venimus, ut nobis in „tua Diæceſi confeſſiones excipiendi & „prædicandi facultatem concedas; non „tibi conditiones præſcribimus; parati „enim ſumus in omni humilitate acceptare clauſulas, modificationes & „limitationes, quascunque præſcribere „placuerit, gaudentes, ſi tibi in tuo „Miniſterio deſervire, & opem ferre „poſſimus. Scimus etiam, Regis decretum, quod omnes Regulares com„plectitur, de ejusmodi facultatibus „juxta tuum arbitrium diſponendi plenam poteſtatem tribuere: ſi tamen nos „aliquo favore beas, erimus tibi ob„ſtrictiſſimi, gratiſſimique, ſi vero in „omni rigore illud exequi, limitare, „reſtringere, reſervare aut modificare „volueris, gloriæ nobis ducemus, ſi „ſub prudentiſſimo tuo gregis commiſſi „Regimine tibi quocunque modo deſer-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

„vire poterimus: Tui enim sumus, cer-
„tusque sis, Illustrissime Præsul, ne-
„minem reperiri, qui exactius, firmius,
„& fidelius hæc mandata exequentur,
„& sincerius gloriantur, quod sint

Humillimi & obsequiosissimi,
tui Servi, Jesuitæ Senonenses.

Die igitur quarta Martii præfato anno Senonensis Archiepiscopus, eo quod Rex in suo decreto inter privilegiatos & non privilegiatos nullam fecisset exceptionem, pariter declaravit, quod Jesuitæ deinceps non modo circa Sacramentorum administrationem, & Verbi Divini prædicationem, sed nequidem circa suas Personas & Collegia ullo privilegio fruantur, sed in Gallis Episcopali jurisdictioni plene subjecti sint.

§. CXLI.

Apamiensis Episcopi controversia contra eosdem.

Relat. de l'Eveq. de Pamiers a tous les Prelats. Recueil des Affair. du Clergé pag. 293.

Acrior adhuc erat contentio inter Stephanum Caulet Apamiensem Episcopum, & ejusdem Diæcesis Jesuitas; cum enim hic Præsul inter suos fideles morum corruptelam præcipue eo ex capite invalescere animadverteret, quod ex Regularibus nonnulli sine Episcopi appro-

approbatione confeſſiones exciperent, & laxioribus quorumdam novorum Caſuiſtarum ſententiis innixi, a caſibus etiam Epiſcopo reſervatis paſſim abſolverent, hinc varia edidit decreta, quibus huic malo remedium opponere ſtatuit. Verum Apamienſis Collegii Jeſuitæ hanc agendi rationem velut intempeſtivam ſeveritatem, qua peccatores ad deſperationem redigerentur, publice carpebant, atque inter eos P. Benedictus Paſchal die decima nona Junii anno priori in Collegii Templo ſermonem habebat, in quo præſentibus Eccleſiæ Cathedralis Canonicis plurimisque Religioſis, quos ad hanc concionem ſtudioſe invitaverat, peccatores levi duntaxat pœnitentia eſſe dimittendos comprobare nitebatur, exemplo Chriſti Domini, qui adulteram, Magdalenam, & Samaritanam dimiſit, unice eis inculcans, ne amplius peccarent: inter alia quoque affirmaſſe dicebatur, quod Deus in veteri lege ſua auſteritate vix non populum a ſuo obſequio averterit, Moyſes autem manſuetior illum in officio retinuerit, ac propterea Iſraelitæ dixerint: *loquere tu nobis, & non loquatur nobis Dominus.* Plura alia teſtes, quos Epiſcopus jurato exceperat, depoſuere, quæ ad evertendam SS. Patrum & Con-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Arret du Conſeil du Roy ſur un different entre l'Ev. & les Jeſuit.

Sæc. XVII. A. C. 1669. Conciliorum doctrinam circa Pœnitentiæ administrationem, necnon ad fovendam peccatorum impœnitentiam collimasse videbantur: Eapropter Episcopus hunc Concionatorem, ut se ab objectis criminibus purgaret, in Episcopali Curia comparere jussit, hic vero se exemptum nonnisi suo Superiori rationem reddere obstrictum esse respondit, si autem ulterius procederetur, se ad eum, cui de Jure competeret, provocaturum, moxque P. Petrus Fulgueyra Collegii Syndicus die secunda Julii ad Tolosanum Parlamentum & postea ad Metropolitam ab usurpata Episcopi jurisdictione appellavit: salva hac appellatione Episcopus hunc Concionatorem denuo citari jussit, qui tamen comparere recusans, querebatur, quod in Episcopi decreto *Fratris* & non *Patris* nomine appellaretur: Syndicus quoque Benedicti concionem ad plurium Societati addictorum ædes detulit, potens, ut in hoc sermone nil nisi Evangelii & Ecclesiæ Regulis consonum reperiri testarentur. Die autem quarta ejusdem Mensis Episcopus Patrem Paschal Sacramenti Pœnitentiæ administratione, & Verbi Divini prædicatione interdixit, simulque P. Joanni Boucher, ut hunc Prædicatorem sisti curaret, mandavit, interminata interdicti pœna:

ne vero præcipitis ſeveritatis arguere- Sæc. XVII.
tur, Toloſanum Archiepiſcopum roga- A.C. 1669.
bat, ut hoc diſſidium amica transactio-
ne componere velit: Hic ergo juncta
Populienſis, & Lombariani Epiſcopo-
rum opera cum Toloſani Collegii Je-
ſuitis agere cæpit, ac die duodecima
Menſis Auguſti reconciliationis condi-
tiones firmavit, quas inter præcipua
erat, ut P. Paſchal Epiſcopum accede-
ret, & retractationem, quam hi tres
Præſules confecerant, a ſe, ſuoque
Superiore ſubſcriptam eidem traderet:
Verum Apamienſes Jeſuitæ adverſus
hanc compoſitionem vehementer recla-
mabant, cauſſati, ſe inſciis a Toloſanis
Jeſuitis has conditiones fuiſſe acceptа-
tas, ſeque nondum auditis inique con-
demnari: Inſuper P. Franciſcum Ada-
netum Jeſuitam aliunde evocarunt, qui
Paſchalis interdicto affecti vices actu-
rus, Epiſcopum acceſſit, eidem inſi-
nuans, quod deinceps confeſſiones ex-
cipere, ac concionari vellet; Epiſcopo
autem id denegante, eoquod ab ipſo
non approbatus eſſet, Adanetus P.
Trencherum Provincialem datis literis
de Epiſcopi repulſa certiorem reddidit,
qui perlecta ejus epiſtola ira commo-
tior in hæc verba prorupit, „quia Præ-
„ſul nos ita inſectatur, Adaneto præ-
„cipere cogor, ut is viciſſim ſuo utatur
„jure.

Sæc. XVII. A. C. 1669. „jure.„ Hic ergo hac Provincialis licentia fretus, abſente Epiſcopo, Amilia ejus Vicario Generali, ut Superioris ſui facultate uti poſſet, conſenſum petiit, quo denegato nihilominus die tertia Decembris, aliisque diebus ſine ulla hæſitatione conciones habuit, ac fidelium confeſſiones excepit, incaſſum deſuper a Beringerio Marcadelenſi Parocho admonitus. Re comperta Epiſcopus Apamias reverſus, die decima nona Decembris promulgato edicto omnes hucusque duntaxat ortenus obtentas approbationes revocavit: huic Epiſcopi edicto ſeſe ſubjecerunt omnes Religioſi, exceptis Jeſuitis qui literas Notarii chirographo munitas Epiſcopo die vigeſima quarta ejusdem Menſis transmiſerunt, quibus ſignificabant, Epiſcoporum approbationem merum eſſe teſtimonium de capacitate eorum, qui eam petunt, jurisdictionem vero dari ab Epiſcopo in ſuos Diœceſanos, & a Papa in omnes fideles, hanc vero deputari Confeſſariis, per eos, qui eorum ſunt legitimi Superiores, Jeſuitas autem ab Epiſcopo approbatos, atque idoneos, & a ſuis Superioribus Deputatos habere plenam poteſtatem abſolvendi omnes, oretenus quoque obtentam approbationem ſufficere, nec Tridentinum requirere ſcriptam,

ptam, nec eam nisi propter graves culpas satis probatas, & ad ipsum Pœnitentiæ Sacramentum spectantes revocari posse &c. His multisque aliis in sui defensionem allatis ab Episcopi mandato ad Metropolitam provocarunt, atque inter eos præcipue P. Rector, P. Syndicus, & P. Adanetus in Nativitatis Dominicæ festo, aliisque diebus publice omnium concurrentium confessiones exceperunt: Spargebantur etiam per urbem adversus Episcopum, ejusque Ministros libelli famosi tam in publico foro, quam in Ecclesiæ portis affixi; hoc igitur contemptu irritatus Præsul, suam auctoritatem protegi, a Rege efflagitans, die quinta Januarii præfatos Jesuitas suspensionis pœna affecit, interminato anathemate, si Pœnitentiæ Sacramentum administrare pergerent. Percepta hac sententia Jesuitæ denuo ab ea ad Metropolitam appellantes, per suos Scholares ab Ecclesiæ foribus Episcopale interdictum abstrahi, & appellationis suæ literas Episcopalis Palatii imo & urbis portis affigi curarunt, simulque fidelium confessiones passim exceperunt; eapropter Episcopus juxta Sacros Canones trinam monitionem præmittere intentus, hanc in rem nominabat Antonium Noué, qui una-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

cum

Sæc. XVII. A. C. 1669.

cum duobus teſtibus P. Rectori tum confeſſionibus excipiendis vacanti Epiſcopale hoc edictum tradidit, quod tamen hic inter ſonoros Scholarium cachinos in terram projecit, Adanetus vero a Miſſæ Sacrificio redux, edictum non acceptavit, comminatus, Papam & Regem hanc violentiam vindicaturos. Inſuper divulgabatur libellus ſub hoc titulo: *Syndici PP. Jeſuitarum rationes, quibus probi homines ſanari poſſunt ab anxietatibus, quas Epiſcopi Promotores eorum conſcientiis ingerere attentat, ne ſua confeſſiones apud Jeſuitas deponerent.* Et quidem P. Trencherus Provincialis & Syndicus hæc ſe inſciis facta teſtabantur; cum autem doctrinas ibidem contentas non rejicerent, & inſuperhabita trina admonitione Jeſuitæ ſacris functionibus vacare pergerent, Epiſcopus die ſecunda Februarii pro frangenda eorum contumacia publicas ſolemnesque preces per univerſam Urbem indixit, ac demum die quinta ejusdem Menſis præfatos tres Jeſuitas publice excommunicatos declaravit, hujusque ſententiæ notitiam datis literis die vigeſima prima ejusdem Menſis unacum facti relatione omnibus Regni Præſulibus dedit. Nihilominus Jeſuitæ Sacra, ut antea, operabantur, eorumque Scholares excommunicationis ſententiam

valere

valvis Eccleſiæ abreptam lacerabant: Interim vero Regis literæ die prima Februarii datæ ex oppido S. Germani in Laya ad Epiſcopum deferebantur, quibus deciſum, quod Jeſuitæ adverſus Epiſcopi ſententiam intra ſemeſtre jura ſua exponerent, interim vero ejusdem Epiſcopi decreta exacte exequerentur: Hi ergo Regis indignationem præventuri, Epiſcopo die undecima Februarii ſignificarunt, ſe ad tollendam populi offenſionem conſultum cenſuiſſe, ut, non obſtante ſuo confeſſiones excipiendi jure, ſacro huic Miniſterio abſtinerent, ſuique Collegii Eccleſiam ita claderent, ut illud duntaxat ſuis Scholaribus apertum eſſet, ſalvo tamen jure ulterius ſacras ſui Ordinis functiones exercendi: cum ergo cedere viderentur, opera Sabaſani Toloſani Metropolitanæ Curiæ Promotoris, qui Societati apprime addictus erat, tandem hæc controverſia compoſita eſt.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CXLII.

Ludovici XIV. Galliarum Regis edicta contra Hugonottas.

Ineunte anno hujus ſæculi ſexageſimo nono Ludovicus XIV. Franciæ Rex pro eo, quo flagrabat Catholicæ Religionis ſtudio Calviniſtis ſectam ſuam

Hode Hiſt. de Louis XIV. l. 32. Calmet Hiſt. Univ. l. 154. Hiſt. de l'Edict. de Nant.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

dilatandi, necnon seditionis in Regem suum concitandæ fomitem subtrahere adlaborabat, haud immemor, quam furore primis jam annis, quibus eorum secta in Galliis vix adolescere cæperat, jamjam in Reges suos tumultuarios atque Ambasiana conspiratione universam Familiam Regiam regnante Francisco II. e medio tollere, Carolum evocato extero milite debellare, crebrisque præliis fatigatum ad Meldas intercipere, Henricum II. Cutracensi pugna devictum ad incitas redigere, Henricum IV. ad pacta fidei, ac Regiæ auctoritati noxia compellere, Ludovicum XIII. e Regno armis detrudere attentarint: Tot igitur seditionum, bellorum & rebellionum, quas Hugonottæ in Galliis continuo concitaverant, probe gnarus Rex, die prima Februarii adversus hosce Sectarios mandatum quadraginta novem articulis comprehensum promulgari jussit. Prohibitum ergo illis fuit, ne concionarentur extra loca eis indulta, nec eorum Prædicantes se Ecclesiæ Pastores, sed duntaxat *Ministros existimatæ Religionis reformatæ* nominarent; quoniam vero jam sæpius Ludovicus XIII. Calvinistis in Alencionensi, Charentonensi, & Juliodunensi conciliabulo congregatis inhibuisset, ne Papam *Antichristum* & Catholicos idolatras

Iolatras vocitarent, aut Romanæ Ecclesiæ ritus & Sacramenta velut hominum commenta verbis indecentibus traducerent, ipsi vero audacter reponerent, quod in hoc obedire non possent, eoquod his loquendi formulis jam in prima fidei suæ confessione usi essent, & his convitiis Patrum suorum doctrinam, & schismatis sui fundamentum causſamque exprimerent, hinc Rex eorum contumacem petulantiam efficacius repressurus, suo edicto rursus prohibuit, ne quicquam contra religionem Catholicam proferre auderent: quamvis id aliunde ratio, æquitas & charitas Christiana ab eis exegisset. Vetavit insuper, ne talari toga extra eorum fanum uterentur, nec matrimonio Catholicæ personæ cum Calviniana assisterent, minus vero cum exteris provinciis in Religionis negotio commercium habere, aut sub charitatis obtentu literas mittere, vel aliarum Synodorum appellationes recipere præsumerent, nec ullam Synodum sine Regis consensu, & regii Deputati præsentia habere, vel privatos conventus & colloquia instituere, vel de Matrimoniorum valore judicare attentarent. Insuper eis inhibitum, ne eos, qui proles suas ad Catholicorum Ecclesias vel Scholas mittunt, puniant, vel suos

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

mortuos in Catholicis cæmeteriis sepe-
liant, aut suorum cadavera ante fores
suæ Domus exponant.

Eodem etiam mandato eis injun-
ctum, ut nullus ex illis, etsi cetera
Senior in ulla Regia Curia Præsiden
agat, nec causſæ publicam urbium
Communitatum utilitatem spectante
ad eorum tribunal pertrahantur,
Occidania & Aquitania, necnon in alii
civitatibus mixtis primus Consul sit Ca-
tholicus, & Senatores ad minimum
numero æquales: nec tamen Calvinis
Occidaniæ comitia frequentare licea
Serio etiam Hugonotis præceptum e
ut quando SS. Eucharistia in solem
supplicatione prope Calvinistarum Tem-
plum defertur, ipsi æque ac Catholi
ædes suas tapetibus instruant, & tan
diu a suarum cantilenarum murmu
cessent, donec SS. Sacramentum p
transiisse animadverterint, si vero al
Calvinistis SS. Sacramentum obviam
ipsi aut secedant, aut reverentiam e
hibeant: Infantes ex Patre aut ma
vel olim Catholico nati, in fide Ca
tholica Baptizentur, & educentu
etsi Mater sit Calviniana: observe
denique Calvinistæ festos dies ab Ec
clesia proscriptos, nec illis diebus o
cinas aut tabernas aperiant. Præter
Rex tribunalia, quæ ipsis olim era
con

concessa, suppressit, tanquam superva- Sæc. XVII.
canea, eoquod in Regia Curia suæ sectæ A. C. 1669.
Deputatum aliunde haberent. Hæc decreta, ut fertur, pro edicto Nanetensi suæ puritati restituendo condita Parlamentum Rothomagense integra fide exequebatur, Parisiense autem, forte quod Calviniſtis plus æquo adhuc indultum crederet, ea integro quadrimestri ad acta referre cunctabatur: Hugonotæ autem fidem sibi datam violari, suæque sectæ libertatem imminui, vehementer questi, pro more suo exterorum Principum opem implorabant, tantaque importunitate Electorem Brandeburgicum urgebant, ut Ludovicus Rex hæc edicta temperare, & declarationem anno hujus sæculi sexagesimo sexto editam aliis articulis in Calviniſtarum favorem explicare cogeretur: cum vero compertum haberet, quod Calviniſtarum plurimi fanatico suæ sectæ æstro abrepti e Regno excederent, atque in exteras Regiones transmigrarent, Mense Decembri edictum promulgari jussit, vi cujus ipsi æque, ac ceteri omnes ejus subditi indicta bonorum proscriptione domicilium extra Regnum figere prohibebantur. His pluribusque aliis edictis Rex Nanetensi edicto, quod Calviniſtæ seditiosis armis extorserant, revocando sensim præluſit.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CXLIII.

Colloquium in Anglia inter Episcopales & Presbyterianos.

Rapin Thoyras Hist. d'Angl. l. 23. Salmon Hist. Chron. t. 1.

Quamvis Carolus II. Angliæ Rex Patris sui exemplo territus, Religionem Catholicam profiteri non auderet, clam tamen Catholicis favere non destitit, atque ea ex caussa Presbyterianos cum Ecclesiæ Anglicanæ sectatoribus uniri, & *Non-Conformistas* impune tolerari voluit, proin simul etiam Catholicos, qui sub generali *Non-Conformistarum* nomine comprehendebantur. Id haud obscure subodorati inferioris Curiæ Senatores vigesima nona Maij die anni prioris Regem urgebant, ut inhiberet, ne Catholici & illi, qui se Ecclesiæ Anglicanæ ritibus non conformarunt, conventus, congregationes, aut colloquia haberent: Horum importunitati Rex cedere coactus hoc anno die quinta Augusti edictum promulgabat, questus de Non-Conformistarum temeritate, qui magno numero convenire auderent, & quidem eo tempore, quo de opportunis cunctos Protestantes uniendi modis ageretur: Quoniam vero Proceres & Episcopales Regis mentem sibi satis perspectam haberent, circa religionum dis-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

dissidia haud dissimulanter conventus habebant, atque inter eos præcipue Orlandus Bridgemanus Regii Sigilli Custos Mantonum & Baxterum Presbyterianos Prædicantes accersiri jussit, eis significans, quod circa Religionis negotium cum ipsis conferre exoptaret, simulque media proponere vellet, quibus tam ipsi, quam Independentes ceterique Non-Conformistæ tandem Ecclesiæ Anglicanæ aggregari possent. Hi ergo cum duobus Episcopalium Theologis Wilckio & Bursono plura habuere colloquia, in quibus exiguo admodum tempore inter eos conventum est. I. Ut abolito decreto, quo in ejusmodi colloquio in Sabaudia circa annum hujus sæculi sexagesimum primum habito Prædicantes Presbyteranos denuo ordinandos esse decernebatur, deinceps ad Ecclesiæ Anglicanæ ministerium duntaxat sub hac formula admittantur: *Recipe legitimam Dei Verbum prædicandi, & in quocunque conventu, quo legitime vocaberis, Sacramenta administrandi auctoritatem.* II. Quod ritus observare vel non, integrum cuilibet sit, imo & Ecclesiæ Anglicanæ Liturgia variis in locis corrigatur. III. Tolerandi sint, qui hactenus sese huic concordiæ conformare renuerunt. IV. Denique pro Regiminis securitate, omnium

Calmet l. c. lib. 156.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

nium Prædicantium, omniumque diversas sectas profitentium nomina describantur. Verum huic conventioni acriter sese opponebat Parlamentum utpote quod Catholicos & Non-Conformistas tolerare constanter renuit. Cantuariensis quoque Pseudo-Archiepiscopus datis literis, omnibus suis Episcopis præcepit, ut in eos inquirant, qui conventus cogerent: nec hic contentus, ab ipso etiam Rege petit, ut edicta confirmaret, quibus ejusmodi conventicula habere, & Non-Conformistas cuidam societati aggregari prohibitum: Horum igitur artibus meditata hæc concordia tunc in irritum cecidit.

§. CXLIV.

Juramentum a Scotiæ Parlamento cunctis Incolis impositum.

Vid. infra ad An. 1680.

Sub idem tempus Parlamentum in Scotia conventum habuit, in quo rursus quæstio agitabatur, an Episcopatus in hoc Regno restitueretur: Obstabat tum Lauterdalius Dux, qui ad omnes auram flexibilis, primo Presbyterianorum fautor, postea juratus Regiæ dignitatis hostis, ac demum Carolo II. Rege in Regnum revocato fidelissimus ejus Minister, regiique consilii exec-

tor, ſimulque acerrimus Presbyteria- Sæc. XVII.
norum inimicus evaſit. His artibus, A.C. 1669.
ſuaque qua pollebat, auctoritate facile perſuaſit, Angliam & Scotiam ita reuniri, ut vetus Eccleſiæ diſciplina ſemper ſarta ſervaretur, atque Epiſcopis & Archiepiſcopis omnia ſua jura omnino intacta permanerent: inſuper ſua facundia non modo, ut Epiſcopatus in Scotia reſtaurandus decerneretur, effecit, ſed inſuper, ut Regi ſupremam tam in profanis quam ſacris auctoritatem ſenſim attribueret, Parlamentum eo adduxit, ut die vigeſima quinta Novembris ſupremam Regiæ dignitatis poteſtatem longe amplius, quam unquam, extenderet, impoſito ſequenti juramento.

„Ego N. N. ſolemni hoc Jurejuran-
„do affirmo coram Deo æterno, quem
„pro judice ac teſte ſinceræ meæ in-
„tentionis, in Juramento hoc præſtan-
„do, invoco, me credere, atque ex
„corde profiteri veram religionem pro-
„teſtanticam contentam in confeſſione
„illa fidei, quæ in acta publica relata
„exſtat, & quod exiſtimem illam ſcripto
„Dei verbo inniti, eique eſſe conſor-
„mem; & ego promitto ac juro, me ei-
„dem omnibus vitæ meæ diebus adhæ-
„ſurum, conaturumque, ut in ea liberos
„meos enutriam; nec me unquam con-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

„ſenſurum ulli mutationi aut altera-
„tioni ei repugnanti. Et quod reje-
„ciam & abnegem omnes iſtiusmodi
„opiniones, doctrinas ac praxes ſive
„papiſticas, ſive fanaticas, quæ aut
„contrariæ, aut minus conformes ſunt
„dictæ religioni proteſtanticæ, ac fidei
„confeſſioni, utque teſtatam faciam fi-
„dem a me debitam Clementiſſimo Regi
„meo Carolo ſecundo, hoc ſolemni
„meo juramento affero ac juro, quod
„dictus Rex ſit ſupremus hujus Regni
„Gubernator ſupra omnes perſonas, &
„in omnibus cauſſis, tam Eccleſiaſti-
„cis, quam civilibus, quodque nullus
„extraneus Princeps, Perſona, Papa,
„Prælatus, Status, aut poteſtas, aut
„alius quicunque aut habeat, aut jure
„habere poſſit ullam jurisdictionem,
„imperium, ſuperioritatem, Præemi-
„nentiam, aut Authoritatem Eccleſia-
„ſticam, aut civilem intra hoc regnum,
„ideoque prorſus abnego ac relinquo
„omnes extraneas jurisdictiones, po-
„teſtates, ſuperioritates ac Authorita-
„tes, ſancteque promitto, me dehinc
„fidem, veramque fidelitatem dicto
„Regi, ejusque hæredibus, ac legiti-
„mis ſucceſſoribus præſtiturum; quan-
„tumque in me eſt, me defenſurum ac
„propugnaturum omnia jura, ac juris-
„dictiones, prærogativas, privilegia,
„præ-

„præeminentias, ac Authoritates ad „dictum Regem, hæredes, ac succes- „sores ejus legitimos pertinentia. Præ- „terea hoc solemni meo juramento af- „firmo ac juro, quod judicem omnino „nefas & illicitum, subditis sub præ- „textu Religionis, vel alio quovis, fœ- „dera aut ligas inire, aut convocare „vel convenire in ullis conciliis, con- „ventionibus, vel cætibus ad tractan- „dum, consultandum vel decernendum „de ullis rebus statum sive civilem sive „Ecclesiasticum spectantibus, sine spe- „ciali Regiæ Majestatis jussu, licentia- „que ejus expresse ad id concessa. Aut „denique arma levare adversus dictum „Regem aliosve Authoritatem ab eo „habentes. Et quod nunquam ita arma „assumam aut ejusmodi fœdera, aut „cætus inibo. Quodque nulla incum- „bat mihi obligatio vi ac virtute fœde- „ris aut Nationalis, aut illius, quæ „liga solennis dicitur, aut ex alia qua- „cunque caussa attentare mutationem, „vel alterationem ullam in Regimine „aut civili aut Ecclesiastico, prout ho- „die legibus Regni stabilitum est. Et „ego promitto ac juro, me totis meis „viribus defensurum ac propugnatu- „rum dictam Regiæ Majestatis juris- „dictionem, contra omnes mortales, „ejusque potestatem ac jurisdictionem „me

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

„me nunquam declinaturum. Ita mihi „Deus sit propitius. Ac denique affir„mo ac juro me juramentum hoc so„lemne jurare in plano ac genuino ver„borum sensu absque ulla æquivoca„tione, mentali reservatione, aut alia „quavis evasione. Quodque nunquam „accepturus sim dispensationem ali„quam ab ulla creatura, eave usurus. „Ita me Deus juvet, &c.

Jam ipse Henricus VIII. juramentum, quod *Suprematus* vocabatur, imposuerat, quo Rex supremam in Politicis & sacris potestatem sibi addicebat: aliud erat postea juramentum *fidelitatis*, quo Jacobus sibi fidem promitti jussit, ejurata Pontificis potestate in Reges: præter hæc duo juramenta Scoticum hoc, quod cum Anglico, excepta diserta Transsubstantiationis ejuratione convenit, omne Catholicæ fidei vestigium delet, Episcopatum in tuto collocat, ac plenam Ecclesiæ gubernationem Regi ceu supremo Ecclesiæ Capiti addicit: Verum inde tam in Anglia quam Scotia graves oriebantur motus; Theologi enim & Nobiles hoc juramentum sibi imponi posse, potissimum eo ex capite negabant, eoquod in fidei suæ confessione Sectione V. sancitum esset, *Christum adeo solum Ecclesiæ Caput esse habendum & Legislatorem, ut quidem*

quidem absque blasphemia iſte honor aut titulus Angelo aut homini dari nequeat. Præterea hoc juramento omnia alia fœdera violari, querebantur, ſeque obſtringi dolebant, non obſtituros mutationibus in Regno aut Eccleſia: jam aliunde, inquiebant ipſi, Regi tradita ſunt omnia Eccleſiæ jura, quid tum futurum foret, ſi is ad Papismum reverteretur, ſuaque poteſtate ad Proteſtanticæ Religionis ſuppreſſionem uteretur? Nihilominus Epiſcopales nihil non agebant, ut hujus juramenti æquitatem comprobarent, illudque inter illos Edinenſis Epiſcopus prolixo ſermone, ſuccinctius vero Aberdonenſis Præſul his verbis explicabat: „Regem quidem „vi hujus juramenti agnoſcendum eſſe „ut Eccleſiæ Caput, ſic tamen, ut in„trinſeca & immutabilis Eccleſiæ Po„teſtas, quæ ſita eſt in uſu clavium, mi„niſterio verbi, adminiſtratione ſacra„mentorum, exercitio diſciplinæ &c. „immediate derivetur a Chriſto, nec „Rex immutandi pro placito Regimi„nis Eccleſiaſtici jus habeat. Adjun„gebat, hoc juramento prohiberi con„ventus, non pios, ſed ſeditioſos, nec „ſancta pro Eccleſiæ reformatæ bono „ſtudia, ſed arma & ſeditiones dam„nari, ac denique verba juramenti eſſe „intelligenda, ut legitimæ exceptioni „non

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

„non contradicant„ Prævaluere igi-
tur Episcopales, omnesque, qui hoc
juramentum præstare recusabant, tan-
quam schismatici, publicæ quietis per-
turbatores, & vix non læsæ Majestatis
rei habebantur: imo & Midlesexienses
conjurati in eos, qui Anglicum jura-
mentum præstare recusarunt, omni le-
veritate sæviendi licentiam petierunt
Catholicos opprimendi occasionem u-
de aucupantes: quapropter tum m-
ferrima erat hujus Ecclesiæ conditio
animis in diversa studia sciissis & o-
inter partes indies magis magis
invalescentibus. Verum hæc m-
semper illis impendent Ecclesiis,
quibus, qui potentia prævalent, m-
tata temporis vicissitudine religione
sicut tempore æstatis & hyemis vest-
mutandi libertatem sibi arrogant,
in privatæ suæ opinionis subsidiu
S. Literas pro arbitrio suo detorquen-

§. CXLV.

Intestini tumultus in Hispania.

Wagner l. 3. pag. 235. Briet Annal. cont. Relat. des diff. entre Jean & Nithard.

Hoc item anno Hispania non mod-
per Aquisgranensem pacem ipsi
bello magis pernicioſam afflicta, sed e-
tiam intestinis tumultibus agitata a-
statum miseratione dignum redigeba-
tur; periculosa præprimis inter Reg-
Proc-

Proceres factio in Aula grassabatur; cum enim Maria Anna Regina pro Filio suo Carolo II. puero quinquenni tutricis nomine Regnum administraret, in curæ levamen advocabat P. Joannem Everardum Nitardum Jesuitam, quem a sacris confessionibus habebat, ejusque consiliis & opera in omnibus Regni negotiis utebatur: nec his contenta, eundem Jesuitam, ut tam in Ecclesiasticis quam profanis supremam haberet auctoritatem, primo Generalem Inquisitionis Rectorem constituit. ac postea ad præcipuam totius Regni administrationem solum admovit: Tantam unius Jesuitæ potentiam lividis oculis aspiciebant Regni Proceres, ac præcipue Joannes Austriacus Nothus Philippi IV. Filius; haud obscuræ primo plurimorum indignationes & murmura exaudiebantur, paulopost etiam ad publicam seditionem & tumultum res excessit: Ut ergo Regina graviori malo tempestive remedium opponeret, Joannem Austriacum, qui factionis caput erat, amovere statuit, hancque in rem eundem auro & milite instructum ad Belgii gubernationem emisit. Is vero hanc provinciam, quam nonnisi se Regno amovendi animo sibi collatam noverat, acceptare recusavit, Consuegram in exilium suum reversus: qua-

sæc. XVII. A.C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

quapropter Regina in rabiem acta in- ſtigante Nitardo, illum in carcere conjici juſſit, quo comperto Joannes fuga Barcinonem evaſit, indeque litteras ad Reginam dedit, in quibus eidem ſiniſtram Regni adminiſtrationem, populi oppreſſiones aſperrimis verbis exprobrabat: tempeſtive autem Borromæus ſummi Pontificis Nuntius Clementem de periculo admonuit, quidquid ad Reginam & Auſtriacum litem rem componere ſategit. Igitur Regni turbarum in Gallijs ob immodicam Miniſtrorum potentiam exortarum haud immemor, cum civile bellum permeſceret, tandem ſuadente Cardinale de Arragonia, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio Borromæo conſenſit, ut Nitardus Aula & Regno exularet, cujus Vi dolorem ut leniret Regina, nec plebs tumultuantium vobis ceſſiſſe videretur, omnem movit lapidem, ut ſuus Confrater tertio poſt anno a Clemente X. Edeſſenus Archiepiſcopi in Syria titulo, & poſtmodum Romana Purpura decoratus ſaltem Orator Hiſpaniæ negotia Romæ procuraret. Viciſſim vero Joannes Arragonici Regni Præfecturam, non vicariam omnium, quæ in ſingulis Provinciis olim ad coronam ſpectabant, pleno jure adminiſtrationem obtinuit.

§. CXLI.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CXLVI.

Judæi Vienna atque ex Austria proscripti.

Tot criminibus ubique terrarum fœdissima Judæorum fex hoc sæculo infamis erat, ut Christianorum vindictam ipsimet provocare viderentur; Anno enim hujus sæculi sexagesimo tertio Cracoviæ quidam Judæus, de sua secta cum quodam P. Dominicano disputaturus, tam horrendas contra Christi Divinitatem blasphemias voce & scripto evomuerat, ut Academici ad ultionem incitati Judæorum ædibus expilatis quosdam vulnerarent, alios trucidarent; sequenti autem anno Gandavi Judæus quidam creditorem suum facto solutionis promisso in ædes suas pellectum, ejusque uxorem, prolem & ancillam interfecit, promerito supplicio affectus: Eorum quoque Synagogam Halberstadiensis Magistratus solo æquari jussit, eoquod Judæus quidam blasphemias in Christum Dominum effutiisset: Tot aliis Magiæ, superstitionis, infanticidii, usurarum, & furti sceleribus erant contaminati, ut de peste hac ex Europa eliminanda ubique ageretur: ante biennium quoque Judæorum Coriphæus nomine Hirschall Vien-

Wagner hist. Leop. I. p. 23. l. 3.

Sæc. XVII. A. C. 1669

næ originarios contributionum libros igne exuſſit, novisque ſubſtitutis ingens Cæſari damnum intulit, quapropter cum aliis nequitiæ ſuæ ſociis, dum fugam meditatur, comprehenſus, bonis ærario addictis proſcriptus eſt: annus autem priori Clemens IX. Papa ſeverissimo admodum edicto cunctos Judæos, paucis exceptis, Roma expulit: hoc demum anno Raphel Levi Judæorum nequiſſimus die vigeſima quinta Septembris prope Pagum Glatignii in Metenſi Epiſcopatu infantem triennalem ſuffuratus in fruſta concidit, ejusque capiti unacum veſtibus in proxima Sylva ſe fodit, quocirca vivus flammis abſumptus, ſparſis in aerem cineribus, anno ſequenti die decima ſexta Januarii, ſuæ inhumanitatis pœnas dedit, Metenſis vero Curia Regem rogabat, ut cunctos Judæos ex urbe & ditione Metenſi, imo toque Regno exulare juberet, eoquod horrendis criminibus, uſuris, illicitisque negotiationibus ſubditos exſugerent, pravoque exemplo mores depravarent. Easdem ferme ob cauſſas Auſtriæ Ordines, atque præprimis Comes Colonitzius Neoſtadienſis Epiſcopus ſollicitante ſuo Fratre Innocentio a S. Leopoldo ex Carmelitarum Excalceatorum Ordine Electo Epiſcopo Bombaienſi, Judæorum exilium ſæpius promovere tenta

tentabat, incassum tamen semper, donec id Margaritha Imperatrix multis precibus apud Cæsarem Maritum suum tandem impetraret; arguebantur enim de crebra cum Turcis collusione, & detecta sæpius claris inditiis proditione, quorum tamen scelerum pœnam semper multo auro redemerunt: postquam vero deprehensum, quod non raro infantes suffurati sint, aut ab egenis Matribus eos emerint, Leopoldus Cæsar Mense Julio edictum promulgari jussit, vi cujus intra quindecim dierum spatium mille quadraginta Judæorum familiæ urbe excedere jubebantur, anni autem sequentis Mense Februario unaomnes perpetuo mulctabantur exilio, & præfixo emigrationis termino Vigilia Corporis Christi, eorum ædes civibus ac præcipue opificibus venales exponebantur: intellecta hac sententia Judæi patronos, eosque potentissimos sibi conciliant, immanem pecuniarum vim repræsentant, fidem rebellionis tempore servatam, atque ingruentibus bellis collata pecuniarum subsidia, aliaque Archiducibus per sesqui sæculum præstita exaggerant obsequia; se exclusis rerum pretia a Christianis augeri præsagiunt, atque in omnem se pœnam devovent, modo exilium condonetur perpetuum. Verum frustra erant eorum preces, mu-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669. nera, & promissa: præstituta enim die unaomnes solum vertere jussi, & die duodecima Augusti Viennensis Episcopus, qui eorum examini tanquam Cæsaris Legatus intererat, publica in Concione exilii causas detexit, quarum præcipuæ erant, quod multi Christian ab illis aut rixa aut insidiis cæsi, plurima ab eis furta perpetrata, Suecis Turcæ sub Judæorum habitu tempore belli in urbem introducti, literæ eorum interceptæ fuerint, quibus Viennæ Germaniæ statum hostibus perscripserint, lenones egerint, parvulos rapuerint &c. Igitur Judæi Mense Septembri ex omnibus quoque hæreditariis dicionibus proscripti turmatim in Venetorum ac Turcarum ditiones emigrarunt. Suburbium vero, quod incolebant, a hac sece expurgatum, posthac Leopoldini nomen accepit, binæ autem Synagogæ antea occlusæ sedilibus confractis combustisque funditus eversæ sunt, earumque una in sacellum S. Margarethæ conversa est, altera vero decima octava Augusti in Dei honorem & D. Leopoldi Marchionis memoriam erecta, quam Episcopus Viennensis rite sacro Catholico consecravit, & Leopoldus Imperator primum posuit lapidem.

§. CXLVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CXLVII.

Continuata Cretenſis Urbis obſidio.

Interea Turcæ Candiam incredibili tormentorum copia maximoque apparatu arctius cingebant, inter ipſas autem obſeſſæ urbis ruinas creſcebat Venetorum animoſitas: proximi etiam auxilii ſpes laboris tolerantiam, & mortis periculique contemptum ingerebat: Certabant enim Germaniæ Principes laboranti Reipublicæ opem ferre, atque inter eos Franciæ Rex ductore Franciſco Vindocinenſi Duce Belfortio ſeptem peditum millia & quingentos Equites, necnon Bavariæ Elector ſummi Pontificis hortatione, & Brunsvicenſium Ducum exemplo animatus, mille pedites, Fürſtenbergius Argentinenſis Epiſcopus quadringentos, Etruriæ Dux centum quinquaginta & totidem Mantuanus & Bellofontius Mareſcallus duo peditum millia in Cretam deſtinarunt; multi etiam alii Principes partim pecunias, partim pulveris pyrii dolia Venetis ſubmiſere. Vix Thaddæus Moroſinus triginta tria navigia Germano milite, bellicoque apparatu inſtructa advexerat, cum illico Ahmet Vezirius per amplam murorum ruinam in propugnaculum Sanandreanum penetra-

Briet. cont. ann. Nani Hiſt. Ven. l. 11.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

netrare molitur, aſt a Melitenſibus ſtrenue repulſus, pedem referre cogitur; majorem adhuc cladem Turcæ crebro paſſi ſunt ab incenſis cuniculis, quorum impetu alii in aera, alii in foveas quamplurimi in mare & ignem raptati periere: Ita in mutuas cædes a principio hujus anni usque ad Menſem Junium fervebant dimicantium ſtudia iteratisque velitationibus, & crebris aſſaltibus integri utrinque ordines concidebant: Die decima nona ejusdem Menſis Belfortius cum ſex peditum millibus & ſexcentis Equitibus, (ceteri morbo varioque fato extinctis aut arma ineptis) in Candiam ingenti bis gaudio appulſus eſt, quem paulopost Julius Roſpilioſus Papæ Nepos cum Pontificiis Hiſpanisque triremibus ſequebatur eſt. Habebatur illico belli Senatus in quo Venetorum, aliorumque Belli ducum ſententia eo abibat, ut interim hoſtis continuis velitationibus lacesseretur: Galli e contrario cenſebant, validis eruptionibus hoſtium caſtra, agger res, tormentorumque ſuggeſtus eſſe evertendos, Turcasque longius ab urbe pellendos: Diſplicuit ceteris omnibus hoc conſilium, nihilominus tamen Gallimoræ impatientes, ſibique ſolis victoriæ gloriam vendicare intenti, cum vix triduum ſeſe ex itinere collegiſſent, ſuos

Sæc. XVII. A.C. 1669.

ſuos in duo agmina dividunt, & nocte, quæ vigeſimam quintam Junii præceſſerat, ductoribus Bellfortio & Navellio e Sabionarano propugnaculo erumpunt: aſt nondum diſpulſo noctis opaco unum agmen in alterum, quod hoſtile reputabant, irruit, & Galli in Gallos mutua cæde deſæviſſent, niſi aurora purpureo radio ſenſim magis magisque crebreſcens errorem detexiſſet. Tum vero junctis viribus vicinas hoſtium ſtationes adorti, Turcas mæniis propulſant, obvios quosque proſternunt, aggeribusque, quos barbari ad ſui tutelam erexerant, ſolo æquatis tormentorum ſuggeſtus, ad colles aufugientibus barbaris, occupant: ſed dum aucta vincendi aviditate acrius inſiſtunt, inopino caſu quædam nitrati pulveris doliola ignem concepere, quorum impetu triginta circiter milites interfecti, ceteri vero humum ſuffoſis cuniculis excutiendam ſuſpicati, tanto obruti ſunt terrore, ut ſolutis ordinibus, armisque indecore abjectis Eques, pedesque confuſi neglecto ducum imperio pedem referrent, Navellius quoque, qui altera ex parte Turcarum agmen proſtraverat, fugitivos retinere adeo non intentus erat, ut & ipſe cum ſuis ingens ſpatium fuga emetiretur: quo animadverſo Turcæ e colle deſcendentes

Sæc. XVII. A. C. 1669.

receptis animis tam presse fugientium tergis inhæsere, ut pene inermes ac timore exanimes Gallos non tam expugnare, quam in aggerum ruinis sepelire viderentur, captis nonnisi decem, cæsis vero plusquam mille ducentis, ipsoque Bellfortio eorum Duce: Tum vero, quod in adversis, inopinisque casibus fieri amat, alius in alium & præcipue Montbrunus Marchio in Navellium Ducem culpam referebat, cum omnes verius de proprii judicii pertinacia, & alienæ gloriæ invidia queri debuissent. Enimvero Navellius ceterique Duces hanc cladem generali eruptione reparare decreverant, hancque in rem habito belli Senatu Gallos milites ceterarum Nationum legionibus, quibus loci situs, Turcasque debellandi modus magis erat exploratus, immiscuerunt: Gallis autem metu adhuc torpentibus, nonnisi levibus, crebris tamen eruptionibus hostem lacessere, consultius videbatur: Jamjam prospero successu sæpius Germani Italique una cum Gallis ex propugnaculo sancti Andreæ erupere, opportune etiam Julio Rospilioso Architalasso advenerat classis Pontificia recenti milite instructa, quæ in hostium castra horrendam globorum tempestatem detonuit: in opem quoque excurrere jubentur centum aliæ naves cum

cum quinquaginta triremibus Gallis, quæ in Standia otioſe in anchoris hærebant; verum Galli vel incendio, quo utraque Franciæ Prætoria unacum Pontificia abſumebatur, territi, vel melioris fortunæ deſperatione adacti in patriam reduci petebant, ſuamque miſſionem importunis lamentis & minis urgebant: Incaſſum rogantur, ut ad novi auxilii adventum per Menſem Septembrem vel in urbe vel in portu ſubſiſterent, ut ſi urbem vix non in ſuis ruinis ſubſidentem dedendi neceſſitas eſſet, ſaltem magis honeſtæ deditionis leges ſperari poſſent. Verum ipſum Navellium Ducem nec indignabundi Regis timor, nec ignominiæ metus, nec validioris opis ſpes, nec quæcunque aliæ etiam validiſſimæ rationes a concepto in patriam remeandi propoſito avertere poterant: Ipſe quidem Jacobus Contarinus Candiæ Dux convocato Clero & populo, unacum infantibus & mulieribus ad Navellii ædes ſe contulit, atque inter lacrimas, ſingultus & ululatus per omnia ſancta & ſacra eum rogavit, ne tot Eccleſias, Altaria, Martyrum oſſa, Nobilium ac Belliducum cadavera, ſexum imbellem, & teneram innocentium ætatem Turcarum prædæ, furori, ac libidini exponere vellet. Incaſſum tamen omnia; Dux

Sæc. XVII. A.C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

enim die decima ſexta Auguſti ſuos navibus impoſitos Standiam conduxit, urbemque ad incitas redactam, & non niſi ſex præſidiariorum millibus munitam reliquit.

§. CXLVIII.

Candia Turcis dedita.

Nani l. c. Tuld. Hiſt. decen. l. 2.

Comperto Gallorum diſceſſu Vezirius collecto omni ferme exercitu utrumque propugnaculum aggreſſionem fecit, tanta tamen ſtrage repulſus ſui horrendo interfectorum aſpectu territi, nec minis nec promiſſis ad pugnam revocari poſſent: interim ver Mirandulæ Dux die vigeſima prima Auguſti cum triginta navigiis pecunias bellicumque omnis generis apparatum adduxerat, unacum mille armatis, quorum tamen potiſſimi rei militaris ignari aut morbis, itinerisque maritimi calamitatibus pene confecti, potius in urbis excidio ſocii, quam in ejus præſidio auxiliatores eſſe poterant: nihilominus Veneti noviſſimo conatu iterato Turcarum inſultus per aliquot hebdomades ſuſtinent, viciſſim vero Turcæ novo impetu propugnaculum S. Andreæ infeſtant, & numero longe ſuperiores tranſcendunt: fugiunt Itali, immoti perſiſtunt Germani, & ductore

Ræ-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Ræsfeldio, qui defuncto Comiti de Waldek succesſerat, rurſus hoſtem poſt quatuor horarum certamen propellunt: Verum paulopoſt Melitenſium legio, necnon Germani, omnesque exteri aut miſſionem extorſere, aut ſaltem concedi exoptarunt: cum ergo Turcarum numerus indies creſceret, eorumque inſultus majori ſemper rabie recrudeſcerent, Urbsque aggeribus, muris, ædibus, & præſidiariis nudata vix paucos adhuc dies reſiſtendo par eſſet, Veneti miſerrimam Urbis conditionem Roſpilioſo expoſuere, ſupplices, ut tempeſtive trium duntaxat armatorum millium ſuppetias procuraret, pollicitatione facta, ſe Candiam usque ad hymem ſtrenue propugnaturos. Eo autem virium impotentiam cauſſante, Belliduces Veneti pretioſiora quæque, ac juvenes armis ineptos Standiam verſus deportari curarunt, moxque navigium cum candido vexillo, deditionis offerendæ ſigno, necnon aliud die trigeſima Auguſti ad Turcarum caſtra protruſere, de pace cum Vezirio acturi. Sequenti die ejusdem coloris vexillum urbis præſidiarii explicarunt, moxque aliud hoſtis oppoſuit: Conveniunt igitur utrinque plena agendi poteſtate muniti Belliduces, ac multis ultro citroque diſceptatis, tandem die ſexta Septem-

Sæc. XVII. A. C. 1669. Septembris communi omnium voto in has deditionis leges conventum est. I. Candia cum triginta belli tormentis & certa farinæ quantitate dedatur, II. mutuæ prætensiones cessent, III. tam in hoc Regno quam in Dalmatia & Albania hucusque occupata utrique parti maneant, & quidem Venetis Clissa cum annexis, Suda, Spina longa, & Carabusa unacum dominio maris remaneat. IV. Turcæ annuum octodecim millium Coronatorum ex Græcis Archipelagi Insulis tributum haud ultra exigant. V. Aboleatur trium aureorum millionum honorarium, quod pro more veteri, quoties alterutra pars inierat pacta, Sultano Respublica porrexit. VI. Concedatur denique duodecim dierum spatium, intra quod incolæ & præsidiarii res suas convasare & in Stadiam transferre possint. Hanc tamen pacem paulopost Turcæ pro more violarunt, ac profanato PP. Franciscanorum Templo post trimestre, omnium mercium e portu Sudano exeuntium vel intrantium vectigal extorsere. Hoc tandem bello ad viginti annos protractum finis imponebatur, dedita Candia, quæ per viginti octo Menses a Turcis oppugnata est. Periere militum Christianorum viginti novem millia & octingenti octo, Turcarum vero septuaginta millia

millia præter triginta octo rusticorum, & captivorum millia, qui in suffodiendis cuniculis, aperiendis aggeribus, & tumulis excitandis operam præstare coacti sunt. Insumpsit denique Respublica in triennali hac obsidione Ducatorum milliones quatuor & amplius, iis expensis non computatis, quibus omnis generis apparatus fuere comparati: Ita nempe aurum, ferrum & ignis extremas vires ad murorum ruinam & hominum excidium in unius urbis oppugnatione impendit. Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CXLIX.

Beatus Petrus de Alcantara & B. Maria Magdalena de Pazzis a Clemente IX. Sanctorum Albo adscripti.

Præcesserat Candiæ jacturam ingens festivitas ac Christiani Orbis lætitia, dum Clemens IX. Papa Romæ Beatum Petrum de Alçantara Ordinis Minorum sancti Francisci Discalceatorum, necnon Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis Ord. Carmelitarum Sanctorum honoribus esse colendos, solemni ritu declarabat. Beati Petri diploma Apostolicum Clemens IX. morte præventus expedire haud poterat, illud tamen ejusdem Successor Clemens X. die *Bull. magn. Clem. X. Const. 1.*

Sæc. XVII. A. C. 1669.

die undecima Maij anno sequenti supplevit, narravitque, quod ad Principum Catholicorum ac præsertim Caroli II. Regis Catholici preces die decima octava Martii hujus Beati caussa sacro Purpuratorum Senatui proposita fuerit, omniumque judicio decisum, quod in se ponderatis, atque approbatis ejusdem virtutibus & prodigiis Sanctorum Albo esset adscribendus, quod & in Basilica Vaticana die vigesima octava Aprilis solemni pompa peractum est. Festivitas hujus sancti, quem S. Theresia licet absens, eodem, quo decessit, momento recto tramite ad æternam felicitatem delatum viderat, Clemens IX. Papæ jussu celebratur die decima nona Octobris.

Ejusdem publici honoris Socia erat Beata Maria Magdalena de Pazzis Carmelitana Sanctimonialis, quæ Florentiæ nobilissimis Parentibus orta omni virtutum genere in vita claruit, atque innumeris pene miraculis, necnon corporis integritate ad hanc usque diem conservata illustris, ab Urbano VIII. Beatis, a Clemente autem nono hoc anno vigesima octava Aprilis die Sanctis adscripta est. Edidit Regulas duodecim a Christo sibi traditas, documenta de Monasticis exercitiis & virtutibus, revelationes, & Apophtegmata seu axio-

axiomata. Indulsit Clemens X. anno sequenti die undecima Augusti plenam peccatorum remissionem cunctis fidelibus, qui aliquam hujus Ordinis Ecclesiam peractis solitis precibus in festiva ejusdem Sanctæ Virginis die visitaverint. Sæc. XVII. A.C. 1669.

§. CL.

Ludovici de Vandome Cardinalis obitus.

Hunc annum vitæ suæ exitialem habuit Ludovicus de Vandome ex Regia Borboniorum familia ortus. Hic uxore sua orbatus, Clericum induit, atque ad Ludovici XIV. Galliarum Regis preces ab Alexandro VII. Cardinalibus Diaconis adscriptus, Romam venit, iisque Sacris Comitiis, in quibus Clemens IX. ad Petri Cathedram assumebatur, interfuit, postmodum Roma in Galliam Apostolicus *Legatus a latere* decretus, vix exacto in Purpura biennio non sine veneni propinati suspicione Parisiis die sexta Augusti in viridi adhuc ac constanti ætate decessit, meliore fato dignissimus. *Eggs suppl. Purp. doct. pag. 604.*

§. CLI.

Joannis Stephani Donghii Cardinalis extrema.

Hunc

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Hunc paulopoſt eadem mortis neceſſi-
tate ſequebatur Joannes Stephanus
Donghius patria Genuenſis, qui humanio-
ribus ac Philoſophicis diſciplinis in
patria ſua inſtitutus, Bononiæ in Ita-
lia, & Salmanticæ in Hiſpania Juris-
prudentiæ operam dedit, inde Lauretum Romam contendens, profunda ſua eruditione, atque inconcuſſa mentis integritate omnium oculos animosque in ſe ſolum convertit; quocirca Urbanus VIII. tanti Viri fama permotus eum Protonotarium, Cameræ Apoſtolicæ Clericum, ac denique Cardinalem renuntiavit. Nec otioſe Donghius Purpuram geſſérat; quippe ad fœderandos Italiæ Principes Legatus plena agendi facultate inſtructus, pacem cum maximo Chriſtianæ Reipublicæ emolumento feliciter confecit: Poſtea Ferrarienſis, & Ravennatenſis Provinciæ Legatus a latere non tam auctoritate præfuit, quam beneficiis profuit, ubique maximum ſui deſiderium ob res bene geſtas relinquens. Rexerat etiam Epiſcopus diverſis temporibus Adjacenſem in Corſica, Imolenſem in Æmilia, & Ferrarienſem Eccleſiam in Italia: tandem vero expletis omnibus boni Paſtoris partibus hoc anno die vigeſima ſexta Novembris æternam laboris ſui mercedem recepit.

Ciacon. in vita Urban. VIII.

§. CLI.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CLII.

Novem Cardinales a Clem. IX. inaugurati.

Idem ſummus Pontifex Clemens IX. die quinta Auguſti Emanuelem Theodoſium Bullionium Presbyterum Romana Purpura decoravit, adjecto titulo S. Laurentii in pane & Perna. Præter hunc alios octo die vigeſima nona Novembris Purpuratorum Senatui adſcripſit, & quidem ſex Presbyteros, & duos Diaconos. Horum primus erat Ludovicus Emanuel Fernandez Portocarrerus ratione Hiſpanus, II. Franciſcus Nerlius patria Florentinus, ibidem Archiepiſcopus, ac titulo S. Matthæi in Merulana inſignitus. III. Æmilius Altierius, poſtea Pontifex ſub nomine Clementis X. IV. Carolus Cerrus Ferrarienſis Epiſcopus. V. Lazarus Pallavicinus patria Genuenſis. VI. Joannes Bona Ordinis Ciſtercienſis. VII. Nicolaus Acciajolus patria Florentinus. VIII. Bonaccurſius de Bonaccurſiis tit. S. Mariæ de Scala.

Ciacon. t. 4. in vita Clem. IX.

§. CLIII.

Quædam ejusdem ſummi Pontificis Conſtitutiones.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Hoc item anno summus Pontifex quaedam edidit Constitutiones, & primo quidem, cum quidam nefarii, quorum nomina adhuc erant ignota, Joannem Franciscum Nicoterensem Episcopum in ipsa sua urbe trucidassent, tam detestabilis criminis reos & consci excommunicationem, ceterasque pœnas Canonicas incurrisse, die vigesima tertia Februarii declaravit: Aucto autem expugnandæ Candiæ periculo Pontifex die octava Aprilis & decima septima Julii omnibus Italiæ fidelibus indulgentias concessit, ut divinam opem implorarent pro Candia, & Cretensi Regno a Turcarum oppressione liberando. Eadem die omnibus Religiosis cujuscunque Ordinis, præsertim Jesuitis in Provincia Societatis vel alibi in Japonia aliisque Insulis Regni Indiæ Orientalis ac Chinæ morantibus indulsit, ne sub quocunque prætextu mercaturam & profanam negotiationem exerceant. Præterea idem Pontifex die sexta Julii edito diplomate Apostolico novam erexit Congregationem, quæ Indulgentiarum curæ, & sacrarum reliquiarum examini, rectæque dispensationi incumberet. Die autem decima tertia Septembris confirmavit & extendit Alexandri VII. decretum contra Ecclesiasticorum abusus in Insulis Orientalibus

Bull. magn. Const. Clemens IX.

Vid supra l. 204. §. 25. t. 62. p. 508.

talibus degentium. Denique die vigesima tertia ejusdem Mensis Alexandri VII. decretum circa Altaria privilegiata perpetua ad temporaria, & omnibus hebdomadæ diebus decorata extendit. Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CLIV.

Clementis IX. Pontificis Maximi obitus.

Postquam infelix fama de Cretensi Insula Turcis dedita, & tot Nobilium, Belliducum, & Christianorum militum clade Romanam urbem pervaserat, Clemens IX. Papa tanto afficiebatur mærore, ut in assiduas effusus lacrimas triduo post in subitaneam ægritudinem prolaberetur: ast primo quidem aliquantulum remissior morbi vis haud dubiam longioris vitæ spem per aliquot dies fecerat, unde Pontifex pro more suo rursus rerum publicarum curis tam assidue incubuit, ut a nemine persuaderi posset, quatenus nonnihil a molestis hisce laboribus conquiesceret, tandem vero recrudescente morbi impetu Pontifex, cujus corpus aliunde gravi senio, curis & vigiliis exhaustum erat, ex improviso viribus adeo destitutus concidit, ut omni spe conclamata inter suorum brachia illico exspiraturus

Sæc. XVII A. C. 1669.

crederetur: nihilominus pro ea, qua semper præditus erat, animi magnitudine præcipitem hunc casum revocata veluti viribus adhuc eluctabatur, & mente omnino integra Purpuratorum Senatum convocari jubebat, cui etiam eloquentia vocisque intensione supra brevi morientis morem ac fidem viva Ecclesiæ salutem, & futuri Successoris electionem commendans, simul octo novos, ut memoravimus, Cardinales nominabat. His ita dispositis negotium ordiebatur omnium ponderosissimum, totius scilicet vitæ & ætatis accusationem, qua facta sacris Ecclesiæ sacramentis muniri petens, declarabat, eam sibi esse voluntatem, ut sibi mortuo nullum honorificum erigeretur monumentum, sed rudi marmori in pavimento Basilicæ Liberianæ hæc duntaxat verba insculperentur: *Clementis IX. P. Cineres.* Tandem vero inter crebras pœnitudinis lacrimas, & intimis e sensibus proruptas ad Deum preces die nona Decembris insolito Ecclesiæ & Orbis luctu decessit, anno ætatis suæ vix non septuagesimo, Pontificatus sui cundo cum quinque mensibus & novem decim diebus.

§. CL

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CLV.

Hujus Papæ gesta in Pontificatu.

Exiguo Pontificatus sui tempore Clemens sane magna fecit, & majora, si diutius vixisset facere meditabatur; quocirca immerito illum non nemo livido hoc carmine sugillabat:

Contigit hoc nunquam, Papam decedere, de quo
Nilque boni possis dicere, nilque mali.

Celebratur ab ipsis etiam fidei nostræ Adversariis ob animi candorem, morum integritatem, clementiam, pacisque studium: quanta enim sollicitudine pacem Gallum inter & Hispanum Reges conciliare adlaborarit, testantur ipsius Ludovici XIV. ad eundem literæ profecto memoratu dignissimæ, quarum tenor erat sequens:

Beatissime Pater!

Tabellarium, qui has nostras literas Sanctitati Vestræ reddet, citatis equis ad urbem mittimus, ne gaudium differatur, quod sanctitati Vestræ afferet pacis nuntius. Minime dubitamus, quin sanctitas Vestra idem hac de re judicium factura sit, quod nos ipsi facimus, ubi ab Oratore nostro Duce de Chaulnes omnia singillatim cognoverit, quæ heri cum Regis Angliæ, & Hollandicæ

Sæc. XVII A. C. 1669. *Reipublicæ Legatis acta hic sunt, de quibus eidem Oratori mandavimus, ut Sanctitatem Vestram diligenter edoceat. Interim vero affirmare possumus Sanctitati Vestræ, quid nos operæ impendimus, quidquid de nostro jure remisimus, ut gravissimum istud opus ad statum, in quo nunc est perduceremus, respexisse imprimis sanctitatis Vestræ voluntatem, quam probe novimus, nihil hac vita flagrantius cupere, quam exitum hujus belli. Et sane potissimum incitamentum, quo adducti sumus, ut maxima cum nostra jactura (si, quæ in fortuna res nostræ essent, consideretur) arma usque ad exitum sequentis mensis inhiberemus: in eo fuit, quod Thebarum Archiepiscopi extraordinarii Sanctitatis Vestræ Nuntii postulatis satisfaceremus, cum is quatuor abhinc diebus nostram secretam audientiam accessisset, et hac de re sermo arma nobis de manibus excussit in eo rerum ac temporum articulo, quo videmus nobis sine impudentiæ nota affirmare intra paucos menses in potestatem nostram concessuras fuisse præcipuas Belgii urbes frustra abnitentibus, quicunque adversarios nostros tueri voluissent: Sed nos amissæ tam præclaræ occasionis rei bene gerendæ nunquam pœnitebit, reputantes considerationem animi nostri Pontificatui Sanctitatis Vestræ eam gloriam peperisse, quæ supra omnium decessorum suorum memoriam ipsius nomen extollit: cum Sanctitatis Ves-*

Audi-

Authoritas ob Venerationem, quam nos uni ipſius perſonæ hac in re detulimus, pacem inter omnes Chriſtianos Principes ſanxerit, quod ſane multis abhinc ſæculis Chriſtianæ Reipublicæ videre non contigit. Impenſe interim Deum rogamus Beatiſſime Pater, ut Sanctitatem Veſtram Eccleſiæ ſuæ bono quam plurimos annos ſervet incolumem. Datum apud S. Germanum die 16. Aprilis 1668. Sanctitatis Veſtræ.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Devotiſſimus Filius,

LUDOVICUS Rex.

Quanto autem ſtudio Principes Chriſtianos imo ipſos etiam Perſas, aliosque Aſiæ Reges ad arma contra Turcas ſtringenda, & opem Venetis ferendam incitarit, jam ſæpius memoravimus. Præterea in virtutum, quas a teneris excoluerat, exercitiis Pontifex conſenuit, ipſus quoque in Baſilica Vaticana per plures horas confeſſiones excepit, Noſocomia, & Martyrum ſepulcra aliaque loca religioſe ac frequentiſſime inviſit: Excelluit pietate in infirmos & pauperes, præcipue peregrinantes, quorum duodecim quotidie in ſuo Palatio convivas habuit, eisque inſerviit: cum autem quidam Nobiles hæretici, Pontifices omnes incredibili ſuperbia tumeſcere, a ſuis Prædicantibus falſo edocti, ut propius eum co-

Sæc. XVII. A. C. 1669. gnoscerent, pauperum peregrinantium vestes induti sese discumbentibus ju- gerent, se suorum Præconum comme- tis delusos experti, hæresin ejurarunt. Erat insuper hic Pontifex a Nepotu affectu, eosque ditandi studio adeo a lienus, ut in Thomæ in ætatis flo decedentis morte nequidem ad mone tum tristis esset, & Vincentium alium Nepotem in Cardinalium inauguratio paucis ante obitum suum diebus fa incassum multis acriter stimulantib ad Purpuram evehere recusaret, & ditissimas nobilissimarum Virgin nuptias aliis suis Nepotibus oblatas n nisi coactus consentiret, ac denique totam suam familiam beneficia n parca manu effunderet, ut unquam Rospiliosana stirpe Pontificem Maxim prodiisse, nemo crederet: Tanto et propriæ gloriæ contemptu, & hu litatis studio eminuit, ut quamvis perfecta suorum Prædecessorum op ipse perfecerit, nunquam tamen fuum nomen aut insignia affigi pers teret: Denique reparandi Divini cul studio accensus, a Ferdinando M Bavariæ Electore obtinuit, ut in P tinatu Superiori decem S. Benedi aliorumque Ordinum Monasteria, q rum proventus Ferdinandus II. Imp rator Maximiliano Duci in expensa

cu

compensationem cesserat, suis quæque Monachis & disciplinæ Regulari, quæ centum viginti ferme annis ab hæreticis exulare jussa erat, restituerentur. Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CLVI.

Diœcesanæ Synodi Monasterienſis decreta.

Eodem hoc anno Christophorus Bernardus a Gallen Monasterienſis Episcopus denuo binas Synodos Diœcesanas, & quidem primam die secunda Aprilis, alteram vero decima quinta Octobris celebrabat, ubi innovatis priorum Synodorum statutis decretum Alexandri VII. die trigesima Januarii Anno hujus sæculi quinquagesimo nono editum circa Regulares exacte observari præcepit, declarans, quod Regulares Ordinum Mendicantium semel ab uno Episcopo approbati non censeantur approbati in aliis Diœcesibus absque nova Episcoporum approbatione, nec etiam sine Episcopi facultate a casibus reservatis absolvere queant. Pariter executioni mandari voluit Gregorii XV. Bullam, quæ incipit: *Inscrutabili*, circa Confessariorum approbationem, Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, earumque clausuram & regimen. *Concil. Germ. tom.* 10.

Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CLVII.

Quædam SS. Congregationum deciſiones.

Deciſ. S. Congr. Rit. Epiſc. Reg. Conc. &c.

Exſtant quoque plures SS. Congregationum Romanarum deciſiones hoc anno emanatæ, & quidem prima die vigeſima tertia Martii ſacra Rituum Congregatio declaravit, haud decere, ut Magiſtratus, ſtantibus Vicario Generali & Canonicis, ſedeat tecto capite coram Epiſcopo in Presbyterio. Deciſum quoque die prima Maij a S. Concilii Congregatione, quod Regulares cujuscunque Ordinis, qui ad Monialium Monaſteria etiam exempta abſque legitima facultate accedunt etiam ad breve tempus cum eis colloquendi, peccent mortaliter. Declaravit quoque S. Rituum Congregatio die octava Jenii, quod in officio de die infra Octavam Corporis Chriſti non legatur nona lectio de feſto ſimplici, ſi vero feſtum ſimplex occurrerit eo die, quo fit de feſto duplici infra eandem Octavam, tunc non omittatur, ſed legatur nona lectio de eodem feſto ſimplici. Denique S. Immunitatis Congregatio die prima Octobris ſtatuit, quod ſi de ſignis pœnitentiæ datis, & de ſatisfacta parte conſtiterit, Vicarius Generalis excommunica-

municatum mortuum absolvere possit, imo etiam absolvat juxta suas ordinarias facultates committentes homicidium in loco immuni auctoritate privata: qui vero profugum extrahit ab Ecclesia ex odio & inimicitia animo illum percutiendi, censuræ quidem subjaceat, ab ea tamen absolvi possit auctoritate ordinaria. Sæc. XVII. A. C. 1669.

§. CLVIII.

Scriptorum Catholicorum opera & obitus.

Inter celebriores Scriptores Ecclesiasticos hoc anno defunctos suis lucubrationibus præcipue inclaruerunt. I. Martinus Curæus de la Chambre, qui celebre opus edidit de caussis Nili innundationis, quam Nitro adscribit: scripsit etiam elegantem librum de charactere passionum, tractatum de arte cognoscendi homines, systema animæ, & de Philosophia Platonica, cujus tantum aliqua pars scilicet discursus de natura Divina exstat, reliquum autem est deperditum: vulgavit insuper plura alia Philologica. II. Joannes d'Avegan posteris reliquit tractatus de matrimonio, de jure Patronatus. de censuris Ecclesiasticis, de Pontificia, & Regia potestate. III. Leander de SS. Sacra- *Witte Diar. Biog. Echard Script. Ord. Præd. Bibl. Carmel. t. 2.*

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Sacramento Ord. SS. Trinitatis Excalceatus edidit ſeptem tomos Theologiæ moralis. IV. Nicolaus de Fermoſino Aſtruricenſis Epiſcopus publicis typis vulgavit notas in libros Decretalium, tractatus de officiis & ſacris Eccleſiæ, de legibus Eccleſiaſticis, de poteſtate Capituli Sede plena & vacante, præter alia nonnulla. V. Aloyſius Comes de S. Severino edidit Conſiderationes ſpirituales, librum de oratione ex SS. Patribus, catenam SS. Patrum in quatuor Evangeliſtas, acta Apoſtolorum, in Pſalmos, conſiderationes ſuper Myſterium incarnationis & motiva amoris Divini. VI. Antonius Eſcobar ob doctrinæ moralis laxitatem famoſus ſuit, cujus Theologia moralis illius ævi Caſiſtis adeo grata erat, ut trigeſimo octavo prælo ſubjiceretur: edidit inſuper commentaria in V. & N. Teſtamentum, necnon in Evangelia Sanctorum præter ſummulam caſuum conſcientiæ & praxin Confeſſariorum. VII. Joannes Antonius Velasquez idem ſocius, ſcripſit commentaria in Pſalmum C. & in epiſtolam ad Philippenſes, tractatus de Euchariſtia, de S. Maria Advocata, & conceptione immaculata B. V. præter rationes Regi Catholico exhibitos circa Breve Alexandri VII. de celebrando feſto Immaculatæ

culatæ Conceptionis. VIII. Thomas le Blanc Jesuita edidit sex tomos comment. in Psalmos præter alia exegetica & moralia. IX. Dominicus de Marinis Ord. FF. Præd. Avenionensis Archiepiscopus, typis vulgavit commentaria in summam D. Thomæ, & decreta Synodi Avenionensis. X. Julius Mercorus ejusdem Ordinis Theologus, prælo subjecit praxin opinionum adversus nimis emollientes vel nimium exsperantes jugum Christi, in quo opere sæpius, modeste tamen, laxiores Escobari Jesuitæ aliorumque opiniones carpit, edidit quoque solutiones trium nodorum, & apocrisin pro doctrina de probabilitate contra apologiam Caramuelis. XI. Raymundus de Valle, ejusdem Instituti, Sinensis Missionarius, qui tractatus de anima hominis, de corpore animato, de rebus Sinicis, & illicito Confutii cultu conscripsit, impugnavitque a Yang-Kuang-suen objecta contra legem Christianam. XII. Joannes Petrus a Matre Dei ex Ord. Carmelitarum Excalceatorum Alepensis in Syria Missionarius, edidit contra Monophysitas doctrinam Christianam & exercitia a Christianis Syriis observanda, præter tractatus varios controversiarum pro veritate Ecclesiæ Romanæ. XIII. Maurilius a S. Michale ejus-

Sæc. XVII. A.C. 1669.

Sæc. XVII. A. C. 1669. ejusdem Ordinis edidit iter Insularum Camercanarum in America, Relationem variis pi s cogitationibus & notis tam ex omni America, quam aliis Regionibus adornatam, quomodo Carmelitæ Turonenses in prædictis Insulis stabiliti? & Phylologiam sacram, seu discursus Mo ales in plantas S. Scripturæ. Symbola mysteriorum fidei & veritatum Christianarum.

§. CLIX.

Acatholicorum Scriptorum lucubrationes, & decessus.

Alb. Cartes. & Cocc. Sagit. in trod. ad hist. Eccl.

Ex Scriptoribus Acatholicis, qui hoc anno vivis excesserunt, primas tenet Joannes Cocceius Calvinista, qui Fœderalis, ut vocant, Theologiæ auctor novum systema excogitavit, quo tamen Gisbertum Voetium aliosque acerrimos hostes in caput suum accersivit, atrocibusque calumniis, convitiis, libellis famosis, ac vernaculis, popularibusque scriptis ansam præbuit, quæ, ut inquit Spanheimius, *non modo a Concionibus, Catechesibus & conventiculis non abfuere, sed etiam ad lixas, tonsores, idiotas, & mulierculas, etiam cum dissidentium fratrum contumelia, sarcasmis, fabu-*

salibus, ac mordaci aceto fraterna minus conspiratione transmissa sunt, Ceterum Cocceius edidit commentaria in omnes fere S. Scripturæ libros, summam doctrinæ de fœdere & Testamento Dei, commentarium in Catechismum Heidelbergensem præter alia posthuma. II. Joannes Quistorpius scripsit catechesin Antipapisticam, Repetitiones Decalogi, Nebo, unde perlustratur terra sancta, pia desideria &c. III. Samuel Clercke operam suam contulit ad varias lectiones & observationes in Chaldaicam Paraphrasin & Biblia Polyglotta. IV. Paulus Ferrius edidit specimen scholastici Orthodoxi, ejusque vindicias, extremam desperationem traditionis contra Scripturam, catechismum generalem reformationis &c. V. Joannes Dilherrus elucubravit tomos duos disputationum Theologico-Philologicarum, Icarum Academicum, Atrium linguæ sanctæ, Historiam Confessionis Augustanæ, notas in Cantica, tractatum de Theologia rite addiscenda, Chronologiam Ethicam, præter alia plura Teuthonico idiomate scripta. VI. Joannes Maukischius scripsit notas Philologico - Theologicas notitiam Dei naturalem explicantes, scripta Antipapistica, Antispanheimium, Anti-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Zwicke-

Sæc. XVII. A. C. 1669.

Zwickerum, ſigna ſalutis Domini, & Diſputationes Apologeticas contra Mareſium & alios. VII. Carolus Drelincurtius vulgavit conſolationes Animæ fidelis coutra terrores mortis, honorem B. V. debitum, triumphum Eccleſiæ, librum contra ſanctæ libertatis Authorem, Dialogen contra Miſſionarios, preces pro Regno & Rege Franciæ, defenſionem Calvini, Synopſin controverſiarum cum Eccleſia Romana, reſponſum ad Erneſtum Haſſiæ Landgravium præter alia pauca gallice ſcripta.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCVI.

CLEMENS X. PONTIF. MAXIM.
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

§. I.

Æmilius Altierius Cardinalis in Papam electus, & Clemens X. appellatus.

Novemdialibus Clementi IX. de more persolutis Cardinales numero sexaginta septem die vigesima prima Decembris post celebratum solemne sacrum de Spiritu sancto, habitaque oratione Conclave ingressi sunt. Erant hæc comitia valde intricata, eoquod Cardinales hinc inde fluctuantes per quatuor factiones & contraria studia, in partes scinderentur; Galli enim Cardinales omnibus viribus cunctos, quos Domui Austriacæ magis addictos suspicabantur, excludere satagebant, Chaulnesius etiam

Priorat. Hist. pag. 675. Ciacon. in vita Clement. IX.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Dux Franciæ Orator Scipionis Ilcii e-
lectioni vehementer obstabat, simulque
Odescalcum Austriacis faventem ex-
cludi petebat: ceteri Cardinales Petro
Vidono suffragabantur, cujus electio-
nem, ut præpedirent Galli, se Cardi-
nalibus in Altierium conspirantibus
conjunxere: tandem igitur inter mo-
lesta hæc operosæ, si unquam alias,
electionis molimina extracto conclavi
ad quatuor Menses, totidemque dies
in Æmilium Altierium Cardinalem
quem Clemens IX. Papa suum fore
Successorem disertis verbis prælegi-
bat, eligentium suffragia concurrerunt.
Solus ille suæ obstitit inaugurationi
huncque supremi Pontificatus honorem
ac dignitatem amplissimam precibus
lacrimisque uberrimis per plures horas
effusis aversatus infirmam valetudinem
& summam senectutem obtendit; om-
nino etiam Pontificiam thiaram obsti-
nato in modestiam animo rejeciſſet, ni-
sese Cardinalium Principumque vota
& precibus expugnari passus esset, ni-
pia quadam violentia Cardinales vene-
randum hunc senem frustra per om-
nia rogantem ad solemnem inaugura-
tionis locum verius pertraxissent, quam
comitati essent. Ibidem ergo die vige-
sima nona Aprilis Æmilius Senex
octogenario major in Petri Sedem
ele

elatus, ut erga defunctum Pontificem Clementem IX. a quo Purpura Romana anno priori decoratus fuerat, suam pietatem testaretur, & gratitudinis pensum exsolveret, Clementis X. nomen assumpsit. Promulgata ejus electione ingens erat Romanæ gentis applausus ac lætitia, non tam quod aliquem ex suis Patritiis ad summam Sedem evectum vidisset, sed præcipue ob maximam optimi Regiminis spem, quam ex tam celebris Papæ virtutibus conceperat: eapropter Senatus, populusque Romanus conceptum non valens continere gaudium, numisma procudit, in quo D. Petrus & Paulus cum antiqua Vespasiani epigraphe: *Roma resurgens* visebantur. Porro clementissimus hic Parens Pontificatus sui exordium pie desumpsit a promulgatione Jubilæi, quo Christianos excitaret, ut Deum pro futuro Regimine propitium redderent; cum autem Clemens ob ætatem se solum tanto oneri imparem reputaret, Cardinalem Paulutium Albertonem Avenionensem Legatum a secretis assumpsit; hunc enim Æmilius nondum Pontifex, eoquod nullos Nepotes vita superstites haberet, ad nominis Romani, & suæ familiæ decorem jam antea in Nepotem adoptavit, nomine & in-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

signibus Altieriæ gentis in eum translatis.

§. II.

Hujus Pontificis gesta ante Pontificatum.

Palatius in vita Clem. X. Ciacon. in vita Cle. IX.

Æmilius ex pervetusta ac nobilissima Altieriorum prosapia oriundus Romæ anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo nono primam lucem aspexit. Is emenso feliciter humaniorum literarum curriculo ingenium suum jurisprudentia pro omni foro expeditissima mire excoluit: quapropter Joannem Baptistæ Pamphilio Cardinali tum Rotæ Romanæ Auditori, ac postea Pontifici Maximo suam primo operam addixit, ab eodemque sensim per ardua tum Aulæ tum Ecclesiæ negotia probatus in Poloniam abiit, Joannem Lancelotum Papæ Legatum secutus: inde vero cum eodem in Italiam reversus Joanni Baptistæ Altierio fratri suo Camerino Episcopo ad Purpuram promoto in Regimine hujus Ecclesiæ successit, simulque Lauretanæ Domus Præfecturam, universique Piceni administrationem curam in se suscepit, atque in omnibus, quibus fungebatur officiis, singularem charitatem, prudentiam, Religionisque studium præsetulit, præcipue vero rarum sui Zeli atque exemplarium

rientiæ ſpecimen reliquit Ravennatibus, quibus inſolita aquarum inundatione oppreſſis ab Urbano VIII. in opem ſubmiſſus, ſolatium expectatione majus attulit; quippe hinc effoſſis canalibus, illinc erectis aggeribus non modo longe lateque graſſantem peſtem avertit, ſed etiam ſolum juxta amœnum ac fæcundiſſimum reddidit. Poſtea Æmilius ab Innocentio X. Papa Neapolis Nuntius Apoſtolicus decernebatur, ubi octo annorum ſpatio inter civiles motus ac ſeditiones commoratus, ſua dexteritate diſſidentes ad quietem reduxit, aptiſſimus eapropter Purpuratorum Collegio viſus, ut qui mutuam pariter concordiam inter Italiæ Principes bello diſſidentes conciliaret, ſimulque inveteratis Inſubriæ motibus finem imponeret, aut ſaltem temporaria quiete interpolaret: cum ergo cuncta feliciter præter ſpem componeret, Romam reverſus, ab Alexandro VII. ſacræ Regularium Congregationi, & a Clemente IX. Pontificio Cubiculo præfectus eſt, tandem priori anno Romana Purpura, & hoc anno corona Pontificia ornatus.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. III.

Prima Hungaricæ conspirationis semina contra Leopoldum I. Cæsarem.

Wagner hist. Leopold. l. 3. pag. 188. Han Panon. nov. p. 461. Calmet Hist. de Lorr. t. 3. l. 39. p. 783.

Extinctis Turcici belli flammis, ex ipsa pace novæ civilis belli scintillæ in Hungaria emicare cæperant: Hos primo sufflabat Franciscus Vesselenius Hungariæ Palatinus seu Pro-Rex, de nupera cum Turcis pace, Hungaris insciis, minus vero probantibus inita acerrime questus, cum autem Cæsar mala inde timenda, ne evenirent, sore non aliorum curæ fore, eidem respondisset, hoc responso irritatus Prorex in Aquis Trenschinianis, ubi Francisci Ragotsii nuptiis cum aliis intererat Hungariæ Proceres jam anno hujus sæculi sexagesimo quinto ad rebellionem sollicitabat, de secutura plebe certus. Primo igitur Franciscum Ragotsium & Petrum Serinium veterum injuriarum recordatione ac novæ spei lenocinio in partes suas pertraxit. Illaquestis Procerum præcipuis ad plebem quoque capiendam animum adjecit: nec alios promptiores quam Calvinistas Tibiscanos sperabat; hos enim Templorum vi occupatorum, quæ eis nuper Ragotsii Mater eripuerat, recuperatio-

nem

nem rebellione, imo & Cæſaris ſanguine redimere paratos noverat. Obſtitit tamen aliquamdiu Calviniſtarum petito juvenis Ragotſius vel Matris ſuæ reverentia vel Religionis ſtudio abſterritus, tandem vero importunis Veſſelenii precibus expugnatus, Calviniſtis non modo Eccleſias reſtituit, ſed etiam ceteris eorum poſtulatis annuit, hacque ratione omnem ſibi ſectam obſtrictam reddidit. Paulopoſt Veſſelenius anno hujus ſæculi ſexageſimo ſeptimo e vivis exceſſit: Agebatur igitur in Neoſolienſibus comitiis de eligendo Succeſſore, ubi inferioris Hungariæ Proceres Nadaſtium, Eſterhaſium, Töckelium & Zitſchium, ſuperiores vero Hungari Forgatſium proponebant, declarantes, ſe nec comitiis, nec Reginæ coronationi interfuturos, niſi Procerum, & Calviniſtarum querelis prius ſatisfactum eſſet: Proceribus igitur in partes ſciſſis comitia Neoſolio Eperias transferebantur, ubi Rothalius Comes & Petrus Serinius a Cæſare Deputati ad ſedandas haſce turbas ablegati fuerunt, hoc autem jamjam in conjuratorum partes transgreſſo, ineundæ concordiæ ſpes penitus evanuit, quocirca Cæſar interim, donec aliter decerneretur, Palatini munus Georgio Szelepcſenyo Strigonienſi Archiepiſcopo demandabat:

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670. Denegatam ſibi Palatini dignitatem in- digniſſime ferebat Franciſcus Comes de Nadaſti, & quamvis ad leniendum d- lorem Cæſar illum in Curiæ Judicem ſelegiſſet, a Petro tamen Serinio i conjurationis ſocietatem pellectus Cæſarem intercipere ſtatuit; cum enim Leopoldum Cæſarem nonniſi duodecim Nobilibus ſtipatum ad Schotwine oppidum excuſurum comperiſſet, communi conjuratorum conſilio qui gentos Sclopetarios, qui Cæſarem o ptum abſtraherent, atque interficere in Pottendorffenſi arce in inſidiis c locavit; cum autem Cæſare ante ſ riorum adventum jam Viennam rever ſacrilega conjuratorum conſilia ad i tum cecidiſſent, fontem aulicum jectis canibus, fellibusque necnon culo ſerico, qui atrociſſimo toxico tus erat, corruperunt, ut tota Cæſare familia periret: aſt æter mentis conſilio factum, ut ex tetro tore latens peſtis proderetur, q adeo tanti mali Auctores detegeren

§. IV.

Apertum conjuratorum bellum con Cæſarem.

Joan. Labſansky relat. jud. §. 1. & ſeqq.

Cum ergo conjurati Hungari nec i ſidiis, nec veneficiis Cæſarem p

dere potuiſſent, in apertum bellum consilia conferunt, rem totam moderante Petro Serinio, qui munitam arcem, vel in belli ſedem, vel ſiniſtræ fortunæ aſylum ſibi vendicare intentus, per uxorem ſuam magnæ auctoritatis, majorisque verſutiæ fœminam, Caroloſtadienſem Præfecturam ſibi concedi, a Cæſare petiit: ſpe tamen ſua fruſtratus, Ragotſium juvenem inſtigat, ut arcem Montgatſienſem auro & armis inſtructiſſimam e Matris ſuæ manibus extortam ſui juris faceret: Hæc autem comperto Filii conſilio illum repulit, aſſerens, non paſſuram ſe, ut proditoris Mater vocaretur, & Mariti ſui opibus patriæ excidium promoveret: Hoc reſponſo abſterritus Ragotſius, Tokaium intercipere moliebatur; Gubernatoris tamen vigilantia, & germani præſidii fides arcis jacturam præpedivit. Interim indies augebantur rebellium copiæ, & Calviniani Prædicantes ubique in ſuis Synagogis populum, ut Regnum ab Auſtriacorum Tyrannide vindicaret, ſeditioſis ſuis declamationibus provocarunt, linguam ipſis laxante Petro Serinio, ad cujus preces Ragotſius in ſolutionem ſalarii, quod ejus Mater ipſis denegaverat, famelicis hiſce Præconibus mille aureos numeravit, hacque liberalitate

Sæc. XVII. A.C. 1670.

Calmet Hiſt. de Lorr. t. 3. l. 39. p. 783.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

eos ad rebellionem adeo promptos red-didit, ut eorum quidam alta voce ex-clamaret: *Hodie Ragotſius Princeps [illegible] mille gladiis armavit:* Præterea hi Mi-ſtelli ipſos etiam Catholicos Proce-ad rebellionis ſocietatem ſollicitar-præſumpſerunt, ingentem extolleu-felicitatem, qua non minus, ac ho-dum Tranſylvani, excuſſo Germa-rum jugo, ejectisque ex Hungaria Ge-manis ſub Turcarum imperio pot-ac ſentiendi libertate permiſſa, qui-ſoluto nonniſi exiguo tributo, dege-poſſent. Inſuper (uti ex interce-Stephani Wittnyedii, qui Nadaſtio epiſtolis erat, literis anno hujus ſæc-ſexageſimo nono Menſe Majo & tri-ſima Decembris die datis patuit) S-nenſes, Raiecenſes, Turocenſes, S-leſitæ, Moravi, Bohemi, aliique Pr-dicantes plebem ad ſumenda arma c-citarunt.

Sub idem ferme tempus conjur-tis acceſſit Franciſcus Francipan-Croatiæ Comes longe opulentiſſim-qui miſſis Conſtantinopolin Lega-Turcarum opem implorabat, ſibiq-addictos Zagrabiam decernebat, hoſce populos ceteroquin fideliſſim-in partes pertraherent. Sollicitaba-tur etiam a conjuratis Tranſylva-Capronzenſes & Valachi, eorumq-

Pſeudo

Pseudo-Episcopus. Serinius quoque apud Bosniæ & Canisiæ Bassas, & Nadastius Adrianopoli apud Vezirium per suos Legatos auri militumque suppetias procurabant: Enimvero Cæsar ad seditionem in suo ortu præfocandam Regni comitia coegit, irrito tamen eventu, eoquod Procerum potissimi prius Palatinum creari, & Protestantibus templa, sectæque libertatem restitui, pertinacius peterent. Interim vero Ragotsius, ut Turcas in interiora Regni pelliceret, eisque conjuratorum copias jungere posset, in Turcicam ditionem irrupit, captisque nonnullis stragem & populationem longe lateque intulit. Tempestive autem Cæsar Hoffmanum ad Budensem Vezirium, ut hanc irruptionem excusaret, ablegabat, novique tumultus obtentum præcisurus, duodena armatorum millia ad finium custodiam disponi curabat: Validam e contrario opem conjuratis Grammonvillius Gallus apud Cæsarem Legatus spondebat, ut Cæsarem domesticis his turbis distentum a Belgii tuendi curis avocaret: Vezirius quoque maximo cum exercitu se præsto futurum pollicetur, ea lege, ut Hungaria, Styria, & Croatia Sultano tributaria redderetur. De Turcicis igitur Gallicisque auxiliis certi Nadastius &

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670. & Francipanius, Carolinam arcem, quo novercante fortuna receptum habebant, novis operibus firmant, utque argentum conficerent, opulentiorum Catholicorum bona diripiunt, ac doctore Bachovskio quatuor Husarorum & Haiduckonum millia ad Croatas fines conducunt, circa Temeswariam & Canisiam decem rebellium millia contrahunt, Turcarum terrore cuncta replent, ac denique bellum contra Cæsarem haud dissimulanter circumferunt. Postea Erasmo etiam Tattenbachio nobilissimo juxta ac ditissimo Styriæ Comite per Serinium factioni adscripto, Nadastius Cæsaris literas ad Rothalium Comitem pro sedandi tumultus ratione datas clam intercipi jussit, Francipanius vero regias naves annonam & arma Petriniam inferentes diripit, vicinasque arces minis & armis ad defectionem sollicitat. Hæc seditiosorum molimina Aulam haud ultra latere patiterant, quapropter Cæsar cunctas arces Germano milite potentius firmari, conjuratorum motibus, acuratius advigilari jussit: ne vero ulceratos animos asperitate ad desperationem redegisse argueretur, conjuratorum querelas oppositis rationibus elidere nititur, atque ad obsequium reversuris præteritorum veniam pollicetur: Verum

conjurati Hungariæ Superioris Proceres ultroneam clementiæ venditationem velut imbecillitatis argumentum interpretantes, Caſſoviæ comitia cogunt, de belli ratione deliberaturi: duodecim Tranſylvanorum, Valachorum, & Moldavorum millia contrahunt, & Rothalium a Cæſare ad diſſipanda hæc conſilia ſubmiſſum feroci hoc reſponſo remittunt; *ſe Patriæ cauſſa conveniſſe, nec pro pecudibus haberi ſe paſſuros, hisque copiis ſe limites defenſuros, ita patriis legibus ſe obſtringi.* Interea Proteſtantes in ſuæ ſectæ favorem ſeditioſis opem ferre intenti, Caſſoviæ pariter conventum egerunt, & facta inter tredecim Comitatus conjuratione copias collegere, quarum imperium deferebant Ragotſio. Hic ergo, cum ſe per ſuam Matrem, ne paternas opes in conjurationis ſubſidium impenderet, prohibitum indignaretur, rurſus arcem Tockayanam, quam nuper armis haud poterat, dolo expugnare tentat, ejusque Præfectum Starenbergium ad epulas invitatum unacum Comite Colonitſchio in vincula conjicit, & octo ſuorum millia mænibus admovet, aſt a præſidiario milite tormentis petitus, denuo retrocedere cogitur. Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. V.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. V.

Conjuratio detecta.

Tuld. Hiſt. Doc. l. 2.

Hæc dum in Hungaria gerebantur Tattenbachius Comes Cranichsiae dam ad Petrum Serinium profectu eidem ſubigendæ Styriæ conſilium pa dit; Igitur inter eos convenit, Gr cium ex inſidiis hac ratione capie dum: Adduceret Francipanius Turcarum millia a Bosnanienſi Ba ſubmiſſa unacum ſcalis ceteroque paratu, horum partem Cæſareis opp neret, aliam Serinius ipſe noctis be ficio haud procul Græcio admoveret, q facto Tattenbachius die vigeſima oct Martii, velut ob belli metum Crani felda pretioſiorem ſuppellectilem G cium translaturus, aliquot Janiſſa rum millia ſex tectis curribus infer qui per ſpeciem diffractæ in ponte licio rotæ, dato ſigno, trucidatis giliis in urbem irruerent, civesque jectis flammis, ac promiſcua cæde ſui defenſione averterent, fervente tem tumultu Serinius cum quat Turcarum millibus advolaret, & Suravii Comitis ædes in arcem pe traret. Verum ſanguinaria hæc co ſilia Vindex Deus in Authoris cap retorſit; Habebat Tattenbachius in

Sæc. XVII. A.C. 1670.

suos famulos quemdam arcani hujus consilii participem, sibique in paucis fidum, hunc tamen furti reum in carceres conjici jubebat. Hic vero aut ultionem sumpturus, aut supplicium evasurus, Willio Urbano Prætori totam conspirationis seriem ex propriis Heri sui & Serinii literis manifestat: Hisce literis Viennam missis, res, ne socii fuga sibi consulerent, per aliquot dies tam religioso premebatur silentio, ut Tattenbachius nil sinistri suspicatus, Bachanalibus, genioque liberius indulgeret, & Preinerum Comitem Consilii Præsidem, qui jam antea Comiti invigilare, ab Aula monitus fuerat, in Curia conveniret, de suo itinere Cranichsfeldiano nova relaturus. Vix autem Consilii locum ingressus fuerat, cum illico Cæsaris nomine gladium ponere, ac in custodia esse juberetur: Excutiuntur ædes, scrinia & literæ, reperiuntur arma sex hominum millibus suffectura; Rogatus, quid iis voluisset, mox crimen cum gemitu confitetur, ac carceri mancipatur.

§. VI.

Reliqui ex Conjuratis capti.

Eodem tempore Serinius quoque in proditionis suspicionem trahebatur; præ- *Wagn. Hist. Leop. l. 3. pag. 242.*

Sæc. XVII. A. C. 1670.

præterquam enim, quod Regis Injuſſu in armis palam eſſet, inſuper Erdödii Eſterhaſii Comitis Servus, qui Canifiæ captivus hærebat, Buckovackium Serini Centurionem frequentius familiariusque cum Baſſa ibidem agere nuntiabat; quo comperto Erdödius Lakovicium Comitem deſuper certiorem fecit, eidemque ſignificavit, Serinum Palatium paſſim a Turcis frequentari. Hic vero deſuper interpellatus, obtemperabat, quod annuente Cæſare Turcarum molimina exploraturus, ſuo Centurioni in mandatis dediſſet, ut ſe cum Turcis belli ſocietatem contra Cæſarem inire fingeret, eorumque conſilia pro adverſantia artificioſo hoc dolo detegeret. Iniquiſſimo autem conjuncto fato contigit, ut Eſterhaſiani militis Monachum quemdam interciperent unacum literis, in quibus Serinus Caſſanovam Cæſareum Oratorem veneno Conſtantinopoli e medio tolli inferat: Has ergo literas Eſterhaſius Comes Viennam ad Imperatorem tranſmiſit. Eodem ferme tempore Francipanium quoque Cſolnitius arcanorum conſcius, ſceleris tamen atrocitate commotus, prodidit, productis literis quas idem Francipanius die nona Maii ad eundem ſcripſit, & Leopoldus Cæſar, ut memorabimus, teutonice re-

ditas ad Legatos ſuos Ratisbonam transmiſit: Erant autem ſequentis tenoris: Sæc. XVII. A. C. 1670.

„Pulchram & amicam ſalutem, „chare Capitanee Zſcholniſch: Deo „ſint grates, quod noſtri homines cum „bona expeditione redierint, literæ a „noſtro Capite ad me datæ urgent ci„tiſſimum noſtrum adventum: magnis „idcirco diu noctuque eo contendam „itineribus, quo citiſſime ordiamur: „paratus ſto cum meis & vix exſpecto, „ut pileos permutemus, & germano„rum in aera evibremus, percrebuit „tum hic, quam alibi locorum Wuckov„vatskii adventus, & quid agendum, „præ timore neſcitur: præterita nocte „emiſerunt Carlſtadienſes Curſorem „Græcium, in ſubſidium efflagitatum „aliquot legiones: ſed unde ſume„mus? cervici interim nos ipſorum im„minemus. Minantur mihi, ſed nihil „audent: Vana ſine viribus ira; hodie „Carlſtadium ipſe eques præteribo, „poſt me trahens ſyrma trecentorum „meorum, quibus ſtipatus, Carlſtadien„ſes Rani-Capas necquicquam timeo, „quia, quidquid ibi honeſtorum viro„rum, neutiquam mihi obſtabunt; mer„catores, & canes &c. autem non au„debunt prodire foras. Jam ubi, & „quando invaſio tentanda, concludemus. Et ſi neceſſe foret, pro majori

Sæc. XVII A. C. 1670.

„conatuum ſecuritate Bosniæ Paſſa
„in perſona adirem; confido in Dom
„no, fore ut bonum ſortiatur exitu
„ſi modo ad principium jugulum p
„tamus, nec moram demus, tal
„hiſce ſeſe colligendi. Quodſi Ca
„mecum conſpiraret, ac ſua facere
„per fidem meam, negotiationibus b
„nus foret ſucceſſus. Fœderis hu
„me profitebor directorem, quod ſcia
„quomodo, ac qualiter cum germa
„agendum, libens cum Capitaneo pr
„ſens collocutus fuiſſem: ſed quod e
„ſint ordinationes, bene fecit recede
„do, nullus tamen dubito, quin dom
„natio ſua fuſius cum eo egerit, fid
„meam ac ſervitia detexerit, qui
„Sereniſſimo turcarum Imperatori
„dictus ſum, quamque diligenti ac
„mo concluſiones noſtras celem fi
„tio, quodque revera in perſona p
„pria comitatus ſim. In præſentiar
„plura non occurrunt, donec cum
„teſignano ſermones miſcuerimus. C
„dat veſtra Dominatio, quod ſuus
„amicus, & ſervire paratus manea

§. VII.

Moti in Hungaros belli cauſſæ a C ſare manifeſtatæ.

C

Cum ergo seditionis Authores detecti essent, reliquos perduelles instructo exercitu comprimere decretum erat, prius tamen clementissimus Cæsar proclamato diplomate omnibus ultra ad obsequium reversuris veniam spopondit. His vero respondentibus, se arma non posituros, nisi Germani æternum ab Hungariæ Regno arcerentur, & Calviniſtis æque ac Lutheranis omnia Templa perpetuo jure cederentur, eapropter Cæsar, ne Protestantes Germaniæ Principes sectam potius quam perduellionem peti autumarent, interceptas rebellium literas præcipue Serinii epistolam ad Csolnitium Ratisbonam transmisit, & decreti belli causſas eisdem exposuit, datis ad suos Legatos hisce literis. Sæc. XVII. A. C. 1670.

„Est, quod humillime memoria re„petatis idipsum, quod propria manu, „tricesimo proxime præterlapsi Martii „die de patefactis Superioris Ungariæ „motibus, & Serinii rebellione, cle„mentissime ad vos perscripsimus, & „ad congregatos Imperii status referri „demandavimus; quod iterum confir„mamus. Etiamnum vero istiusmodi „Serinianæ hostilitates latius in dies „erumpunt, serpuntque, concurrente „strenue, & conferente non parum ad „hacce flammas comite Frangipanio;

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„ad noſtras etiam ejus in confirmatio-
„nem majorem, manus devenere Cro-
„tica lingua exaratæ literæ, quas præ-
„fatus Frangipanius ad Capitaneum
„Scholnitium dedit, quæ a nobis pri-
„ad rebellium partes, poſt iterum ſcri-
„ptæ in originali ad nos devenerunt.
„Harum in germanicum idioma tran-
„latarum copiam pro informatione
„hiſce transmiſimus, ad communica-
„dum univerſis imperii ſtatibus, utpo-
„nius, infidelitatem maximam ergo
„nos, & hoſtiles machinationes, no-
„ſolum credant, ſed & propriis inſpi-
„ciant oculis, ubi vero clementiſſimæ
„confidimus, futurum, ut ii, ubi ne-
„ceſſitas exegerit, ſubſidiarias pote-
„gant manus contra Turcam, atq;
„ejusmodi hoſtilitates ad noſtram re-
„quiſitionem nobiſcum propulſaturi ſint,
„id quod iteratis vicibus ipſis ob ani-
„oculos ſtatuatis.„

Præterea Cæſar apud Sultanum
Conſtantinopoli per ſuum Oratorem
ſuppeditato rebellibus milite queren-
tur, cui tamen Sultanus, quod co-
jurationis conſilia nimis tempeſtive de-
tecta cerneret, ſe pacem minime vio-
laturum, Bosniæ vero & Caniſiæ Ba-
ſas, eoquod inconſulto Ottomanico Se-
natu, ſeditioſos foviſſent, revocandos
eſſe reſpondit, atque in promiſſi fidei

Le-

Leopoldo ipſas Hungarorum literas, quibus a Budenſi Baſſa ſuppetias petierunt, Viennam transmiſit. Sæc. XVII. A.C. 1670.

§. VIII.

Rebelles a Cæſareo milite profligati.

Rebus ita diſpoſitis Cæſaris juſſu Spankovius Bellidux cum ſex ſuorum millibus recta in Croatiam movit, ac Serinium primo prælio devictum unacum Francipanio ad Sckatornianam arcem repulit, qua etiam armis expugnata Broadam, ceterasque Serinii arces occupavit, præſidiariis hinc inde dilapſis: ipſe etiam Serinius & Francipanius, cum per ſylvas & loca invia errantes, ac fame & laſſitudine fracti tandem apud Kerium Comitem divertiſſent, ab eodem officii ſui potius, quam amicitiæ memore capti, Viennam deducebantur; pari quoque armorum felicitate Sporckius Ragotſium, fuſum fugatumque eo adegit, ut ſoluta Tokaiæ & Zattmarini obſidione Starenbergium & Colonitſium Comites libertati redderet, & per ejus Matrem, quæ ſemper Filii perfidiam deteſtabatur, Cæſaris clementiam imploraret, obtineretque. Ita demum ad ſaniora reductus Ragotſius ſuos ab armis revocavit, omnique jure in Trent-

Contin. Chron. Hiſt. t. 3. l. 9. pag. 192.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

ſchinium ceſſit, quo facto rebelles in ejus arcibus hærentes, oblata per Godofredum Heiſterum Belliducem venia Præſidiarios Germanos admiſere. Expurgata hunc in modum Hungaria adhuc Veſſelenia Palatini Vidua in Muranana arce, velut totius conjurationis domicilio hærebat: aſt quamprimum Carolus Lotharingiæ Princeps cum quindecim armatorum millibus arcem cinxerat, hæc fœmina deditionem fecit, in captivitatem Viennam abducta. Excuſſa arce præter plurimas conjuratorum literas inſuper reppertæ fuerunt epiſtolæ Nadaſtii manu ad Ragotſium & Vezirium exaratæ, quibus illi Hungariæ coronam polliceabatur, hujus vero auxilia urgebat. Datum ergo Urſembeccio Comiti negotium, ut Nadaſtium, qui nil ſibi metuens, nec de Serinii & Franciporum fide dubitans, Pottendorffii prope Viennam degebat, comprehenderet; quo Viennam abducto nihilominus præcipui conjurationis ſocii Töckelius, Petrozius, Illishaſii, Bathorii, Nagy, Oſterſchützius, & Paragozi, viri nobiliſſimi Catholicorum & Auſtriacæ domus hoſtes bellum ſtrenue proſequebantur, ab Heiſtero tamen arctius premuntur, arcibusque ſuis exuti, præcipiti fuga ſibi conſuluerunt. Detecta inſuper [illegible]

ancillam conſpiratio ingens, qua Caſ- Sæc. XVII.
ſoviæ cives Calviniani noctu cunctos A.C. 1670.
præſidiarios Germanos jugulare decreverant: ipſis tamen a Cæſareo milite devictis, Caſſovia & Epereſium urbes validius Germano præſidio firmabantur: Hanc vero conjurationem conflabant Proteſtantes, eoquod urbis Gubernator Eccleſiam Cathedralem, quam hæretici Catholicis fervente Bozkaienſi tumultu anno hujus ſæculi quarto per vim eripuerat, eisdem reſtituiſſet.

§. IX.

Judicii acta in reos inſtructa.

Proſtrata hunc in modum rebellione, plurimisque rebellibus in vincula conjectis, Serinius & Francipanius Neoſtadium ducti fuerunt, mox vero Imperator in ſeditionis Auctores judicii acta inſtrui juſſit: ut vero in cauſſæ diſcuſſione, & ferenda ſententia, ſumma æquitatis ratio haberetur, nec Proteſtantes non rebellionis, ſed ſectæ odio quicquam agi pro more ſuo criminarentur, hanc judicii formam Imperator præſcripſit: Hoc judicium nullo habito Religionis diſcrimine ex Aulico-Imperialis & Bellico-Aulici Senatus, necnon ex inferioris Auſtriæ Collegii duodecim Conſiliariis confletur, horum

Sæc. XVII. A. C. 1670.

fidei, prudentiæ, integritati, ac sen-
tentiæ, Præside Cancellario Baron
de Hocher ſtandum erit, poſtea Cura
Promotor reos ex juris præſcripto de
concitatæ rebellionis & perduellionis
cauſſa accuſet; his vero pro ſui defen-
ſione primi nominis Jureconſulti arm
buantur, ut obſtruerentur obtrectat
tium voces, opes captivorum præ
puum eorum crimen eſſe. Tunc de
mum ad ſententiam procedatur, quam
hi Judices ad extremum judicantis D
Tribunal deferre, ſe poſſe teſtentur
arcano autem ſilentio ſententiam pr
mant, obſignatamque Cæſari per Pr
ſidem tradant, ulteriora ejusdem man
data præſtolaturi. Prout juſſum erat
ita & factum: Annus autem pene
teger reis, inſtruendæ, agendæq
cauſſæ conceſſus. Interim Cæſar com
ponendæ Hungariæ rurſus comitia i
dixit, in quibus tamen nil pacate actu
eoquod Proteſtantes continuo voci
rarentur, non Cæſari ſed Ordinib
judicium captorum Comitum com
tere, patriæ libertatem everti, & Ge
manica præſidia oneri haud tolera
eſſe: nimirum Proteſtantes in id una
intenti erant, ut ſublato fræno impu
graſſari, & Cæſarem, Catholicosq
opprimere poſſent.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. X.

Petri Comitis Serinii defenſio.

Primo Menſe Petrus Comes Serinius diffuſo calamo ad Cæſarem ſcriptum Neoſtadio Viennam transmiſit, in quo conjurationis ſeriem adhuc ignorari ratus, objecta ſibi crimina hunc in modum diluere nitebatur.

Auguſtiſſime ac Invictiſſime Cæſar.

„Quandoquidem præter ſpem & opi„nionem & contra clementiam heroi„cis animis uſitatam, Auſtriacis vero „ita innatam, ut jam in naturam & de„bitum tranſierit, in hac captivitate „malorum omnium Iliade detinear, „propono Majeſtati Veſtræ juſtificatio„nis meæ argumenta, humillime ſup„plicans, ut æqua & benigna aure au„ſcultare, finemque tandem his miſeriis „imponere non gravetur. Abſit autem, „ut ego hic ullatenus diſceptare, aut „defendere velim, licitum eſſe ulla „ratione Hungaris arma contra Maje„ſtatem Regiam ſuſcipere, prætexen„tibus ſua jura, & libertates tolli, le„ges fundamentales everti, pleniorem „Monarchiam, & abſolutum Domi„nium ſenſim introduci in Rempubli-

Sæc. XVII. A.C. 1670.

„cam mixtam & Regnum Electivum.
„Absit ut prætexam inter Regem &
„Regnicolas mutuum esse juramentum
„& contractum, a quo cum una pars
„resilit, resilire licet & alteri; absit de-
„nique, ut Majestati Vestræ Cæsareæ
„vacantiam diuturnam Palatinatus ac
„violationem aliarum legum juratarum
„aut articulorum, aliaque gravamina
„quæ hodie passim a male contentis
„circumferuntur, objiciam, quamquam
„hæc & similia efficiant forte, ut ta-
„multus Hungarici tam infames non
„audiant, quam hæreditariorum Ve-
„sallorum Rebelliones, & propterea
„Augusta Vestra Domus mitius & mo-
„deratius exemptos Hungaros, quam
„nocivos subditos tumultuantes hactc-
„nus castigare consuevit, nunquam te-
„men ejusce mentis fui, ut ob similes
„cavillationes fidem & tranquillitatem
„publicam violarem.„

„Inprimis ergo, quod factum ipsum
„attinet jam Majest. vestræ Cæsareæ &
„toti orbi notum, me nullum fœdus
„cum Turcis iniisse, nullis pactis sub-
„scripsisse, nullam penitus hostilitatem
„contra Majestatem Vestram opes
„exercuisse, nullum meorum militum
„aut servorum arma sumpsisse: sed e
„contra me in omnibus, & per omnia
„suis literis & nutibus obediviſse, meum
„filium

„filium Viennam præmiſiſſe, meipſum „ſponte ſecutum fuiſſe, imo ex meis li- „teris ad Principem Ragozium datis non „nihil ad compoſitionem tumultuum „Hungariæ ſuperioris cooperatum fuiſ- „ſe, quin imo rem totam confeciſſe, „ita, ut hoc unico actu, quæcunque „delicta perpetraſſem, reſarciſſe, & re- „compenſaſſe videar, ut meum pecca- „tum, ſi ita appellare placeat, ſanctum „beatumque appellari debeat, quod „Majeſtati Veſtræ Cæſareæ tantam fe- „licitatem cauſſaverit, & licet hæc „opus externum concernant, plurimum „tamen ponderis & momenti habent, „cum ſummæ leges nonniſi externa ju- „dicent, nec ſoleant principes ſublimes, & „heroicæ mentes anxie attendere ad mo- „limina interna, quæ noxia non ſunt, „vel feliciter ſuccedunt. Quare cum „Cæſar Pompeii, & poſtea Scipionis „offendiſſet literas, quibus dabatur „notitia conſpirantium civium & ſecu- „tarum machinationum, non ſolum eas „non legit, ſed ne aſpectas quidem in- „cendio abſumpſit, ratus, non debere „Cæſarem cauſſas irarum quærere, niſi „in iis, qui ſeſe aperto Marte vel oſten- „tabant, vel opponebant. Quantum „vero ad intentiones meas & ſecreta „cordis attinet, quandoquidem tota „cauſſa huc devolvatur, & nemo ea „ſciat

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„sciat melius quam ego, jurando affe-
„mo (paratus quodcunque solemne ju-
„ramentum super hoc deponere) ne-
„nunquam habuisse intentionem rebel-
„landi, multo minus me submittendi
„Turcis, aut iisdem adhærendi, fe-
„potius eos ruinandi, & destruendi,
„possem. Consiliorum Hungariæ sup-
„rioris non fui complex, aut particeps
„licet aliunde subodoraverim, rem
„non bene & fideliter agi pro Ma-
„state Vestra Cæsarea, quod ipsum
„Aula vestra patefeci, sed id conten-
„ptum aut non creditum, tanquam fi-
„ret proprium commentum.„

„Misi in Turciam Capitaneum
„Bukorakci, eumque fateor, mun-
„literis credentialibus, & sigillo me-
„permissione tamen Majestatis Vest-
„Cæsareæ, quæ concessit, ut res tu-
„carum missis exploratoribus accura-
„explorarem, nam paulo ante per com-
„tem Rothal aperui candida mea
„Majestati Vestræ Cæsareæ oblationes
„& promissiones turcarum mihi fact-
„mediante quopiam mancipio meo tu-
„cico, nomine Omer Ispaya, quod e-
„difficulter fuerit creditum, jussit to-
„men Vestra Cæsarea Majestas, ut a-
„ctam cum Turcis correspondentiam
„servarem. Misi ergo dictum Capito-
„neum intentione explorandi molimi-
„Tur-

„Turcarum, quibus facili negotio exi- Sæc. XVII.
„tium cauſſaſſem, in hunc finem Buko- A. C. 1670.
„rakcio injunxi, ut oculotenus tracta-
„tus cum Turcis iniret, aut potius
„inire fingeret, ut Majeſtati Veſtræ
„clare demonſtrarem, nullam haben-
„dam eſſe fidem melitis illis Turcarum
„verbis, quibus Aulam Veſtram in-
„eſcant, & fluxa, & fucata eſſe eorum
„fœdera & promiſſa, & tamdiu duran-
„tia, donec ſuppetat occaſio; ne ta-
„men res eo loci deveniret, unde pe-
„dem recte referre non licet, caute ei-
„dem injunxi, ut unum alterumve re-
„ſervaret, ſuper quo aſſereret, ſe con-
„cludendi poteſtatem non habere, do-
„nec ad me reverteretur. Spargitur
„interea, & ope æmulorum fama ubique
„volat, Serinium rebellem eſſe, deſe-
„ciſſe a fide Cæſaris, educturum in
„Chriſtianos ingentem Turcarum exer-
„citum, habere ſuos Legatos apud Por-
„tam Ottomanicam, terrore tandem
„implentur omnia. Et ego, ut verum
„fatear, volens in aqua turbida piſcari,
„& præmium virtutis meo judicio to-
„ties negatum, dolo extorquere, non
„fui ſollicitus de compeſcendo illo ru-
„more, ſed eum permiſi currere liber-
„rime, imo quodammodo auxi, ſi non
„claris, ſaltem ambiguis literis, co-
„loquiis, diſcurſibus, tractatibus, aliis-
„que

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„que argumentis, quæ jam in parte
„facti contra me afferuntur; cum ta
„men ſimulata mente, & perſonat
„vultu a me acta ſint ad hanc techna
„ſtruendam, ut vel hoc umbratili te
„rore æſtimationem aut promotione
„adipiſcerem, in qua illibata firmit
„meæ familiæ fides, majorum meor
„geſta miranda potius quam imitan
„nupera mei fratris glorioſæ memori
„merita, & nonnulla etiam mea (a
„ſit jactantia verbo) extincta, & ob
„terata multorum judicio jaceba
„non obſtante tamen hoc ſtratagem
„& techna hac artificioſa, quam or
„bar, ut mea mens pura remanſit, n
„quamque ad perfidiam collimavit, ita
„omni hoſtilitate abſtinui, & nihil pr
„ſus geſſi, quod Veſtræ Majeſtati C
„ſareæ eſſet pernicioſum, imo in red
„P. Forſtall, quem ad Majeſtatem V
„ſtram ablegaveram, ad nutum Veſ
„Cæſareæ Majeſtatis & ſuorum pr
„cipalium Miniſtrorum ab hac ipſa u
„bratili & perſonata pugna prim
„abſtiti, & cætera omnia Majeſ
„Veſtræ gratiſſima præſtiti, etſi faci
„mum mihi fuiſſet, multa mala p
„petraſſe, & ut omnes fatebuntur, C
„ſareum militem in confinio meæ
„ſulæ de die in diem lento pede ſi
„ullo ordine & raris agminibus ſe

„co

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„congregantem, in dies parva manu „succeſſive trucidaſſe. En tibi Augu- „ſtiſſime Cæſar veram ſeriem, non facti „tantum, ſed & intimarum mearum „Cogitationum, quibus parum, aut „nihil me peccaſſe reor, cum ad opta- „tum perveniſſent ſcopum, ſcilicet ſi „ego promotionem, officium, munus „quodpiam inſigne a Veſtra Cæſarea „Majeſtate hoc ſtratagemate extorſiſ- „ſem, id ego credo, collatum fuiſſet „(ſine jactantia tamen) in Virum & „familiam de republica Chriſtiana bene „meritam, & quæ fide in Auſtriacos „nulli unquam ceſſit, ego igitur nec „peccarem recipiendo, nec Veſtræ Cæ- „ſareæ Majeſtati præjudicium fieret „conferendo. Agnoſco tamen & expe- „rior, nec ſerio nec joco paciſcendum „cum principe, aut cum eo ineundas „conditiones; ſi id tamen crimen ſit, „certe non læſæ Majeſtatis, non per- „duellionis, non perfidiæ aut infideli- „tatis crimen eſt, ſed techna etiam „multoties practicata a Vaſallis etiam „fideliſſimis, potentia & invidia op- „preſſis, in Aula, ut ex veteribus, & „ex recentibus Authoribus optime con- „ſtat. Et hanc artem non ſemel for- „taſſis exercuerunt aliqui noſtratum „ſub penultimis Majeſtatis Veſtræ Cæ- „ſareæ Miniſtris, qui ſimiles præ-

„ſum-

Sæc. XVII. A. C. 1670

„ſumptos tumultus exercuere, quo-
„rumque pretio malebant redimere
„quam ad puriorem reſolutionem de-
„venire; & ſane me aliam ab hac in-
„tentione non habuiſſe, convincit
„quam plurimis, evidentiſſimisque ra-
„tionibus, indiciis, & argumentis.
„Cum ſit fluxa & falſa Turcarum fides
„nulli unquam ſervata, ita, ut vix hi
„die exſtet memoria ullius familiæ e
„tot illuſtribus, quæ ſe unquam Turc
„ſubmiſerunt, facilitas ipſa, & prom
„titudo Turcarum ad violandam pace
„& fœdera inita cum Cæſare mihi
„gumento eſſe poterant, non major
„in fœderibus ineundis mecum
„firmitatem. II. Eſt innata mea, M
„jorumque meorum Antipathia c
„Turcis, eorumque mecum; tot e
„tantæque acceptæ, & viciſſim illa
„clades, facile animos utrinque exa
„barent, nec diuturnam admitte
„amicitiam. III. Eſt impoſſibilitas
„exequendi deſtinata ſine comme
„armis, pecuniis, militia, ſine li
„ſine confœderatione; ſine ulla pro
„adhærentia, ubi e contra fere om
„totius orbis Chriſtiani principes
„merito habiturus eſſem pro hoſti
„IV. Imperceptibile eſt, me vo
„illibatam familiæ meæ fidem &
„riam tot heroicis geſtis confirma
„ta

„tam fœde & ludicre contaminaſſe. V. Sæc. XVII.
„Eſt, me Regni Proceres aut vicinos A.C. 1670.
„meos in partes meas non ſollicitaſſe,
„ſine quorum aſſiſtentia tamen nihil
„fieri poteſt. VI. Eſt, meipſum pri-
„mum fuiſſe, qui in Aula Veſtræ Cæ-
„ſareæ Majeſtatis hanc præſumptam
„rebellionem primus patefecerim, ex-
„pulſa comitiſſa fratria mea vidua,
„præmiſſo ad M. V. C. Epiſcopo Zagra-
„bienſi, & poſtmodum Patre Forſtall,
„plurimisque aliis indiciis, & licet af-
„finis ſeu uxorius meus alio fine urſe-
„rit, ut vidua expelleretur ex arce,
„& una etiam expelleretur Pater For-
„ſtall, ego tamen, cum diverſos ab
„affine alerem conceptus, & Patrem
„Forſtall detinui, & viduam abeuntem
„rogavi, ut has controverſias in Aula
„componere ſatageret, recordaretur-
„que, ſe brevi redituram; nihil autem
„certo horum feciſſem, ſi adventum
„Turcarum, qui primum in Julio in
„Campum prodire ſolent, exſpectaſſem,
„ſed omnia alto ſilentio preſſiſſem, ſi-
„mulata interea ſumma fide usque ad
„deſtinatum tempus. VII. Efficaciſſi-
„mumque argumentum eſt, quod nulla
„præparatoria fecerim, nullum com-
„meatum, annonam, munitionem aut
„militem vel pro defenſione unius qui-
„dem diei comparaverim (num ergo

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„toti potentiæ Auſtriacæ me opponere
„voluiſſem,) nulli meorum dederim
„ordinem arma ſumendi, nullam pro-
„ſus reſiſtentiam fecerim, nullamque
„hoſtilitatem exercuerim, cum mihi
„Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis vix ad tri-
„quatuorve millia numeraretur, a
„laſſus nulloque ordine conveniens a
„internecionem deleri potuiſſet. Filium
„denique ad Cæſaream Majeſtatem Ve-
„ſtram & Patrem Forſtall ſine mora a
„tergiverſatione miſerim, promiſeri-
„que eidem Patri Forſtall, me ve-
„iturum aut confeſtim ſecuturum, quo
„tiescunque Veſtra Cæſarea Majeſ-
„juberet, cum tamen mihi facillimum
„fuiſſet divertere, aut digredi, quo
„cunque libuerit in Italiam, Germa-
„niam, Hungariam aut Turciam, t
„tam amici, quam inimici multum m
„probarent meum adventum Viennam
„ivi tamen, quia nullius mihi malitiæ
„conſcius eram. Hiſce argumentis
„perpenſis nemo eſt, qui ſuſpicari pos-
„rit, me voluiſſe a fide Veſtræ Maj
„ſtatis Cæſareæ deficere, aut Turc
„adhærere, niſi delirus ſit, aut m
„deliraſſe exiſtimet, ſed volui ſolum
„modo ad lucrum nomenve concilian
„dum tentare ſub principe Auerſpeg
„Miniſtro, qui tunc erat, quod a
„ſub eodem non ſine lucro tractari
„cum

Sæc. XVII. A.C. 1670.

„cum ille ad alia merita vix attende-
„bat, & hoc facile penetrant, qui ſta-
„tum meum & illorum temporum in-
„telligunt; & licet e re mea non multum
„videatur, meas ſecretas intentiones
„in ordiendo hoc ſtratagemate pluribus
„communicare, communicavi tamen
„iis, quibus fidebam, & quorum in-
„tererat. Teſtes adduco D. D. Vice-
„Bannum Chiculianum, Petrum Bra-
„ſinski & Nicolaum Batachich, co-
„ram quibus me expectoravi, aſſerens,
„me cum conſenſu Cæſaris correſpon-
„dentiam cum Turcis non ad malum
„finem habere, eosdemque aſſecuravi,
„quod nullatenus intendam eſſe proditor
„Patriæ, aut Cæſari Rebellis, teſtis ſit
„P. Forſtal, quem, cum conturbatum
„ob hanc rebellionem vidiſſem, ſeria
„& ſincera intentionum mearum ex-
„pectoratione ſolatus ſum, ſpecialiter
„autem quadam vice, cum Orpheus
„Franchipanus plurima præjudicia e
„ſuo cerebro diſſeruiſſet, P. Forſtall ſer-
„monem reſumpſit, & liberius reſpon-
„dit, nos procul adhuc eſſe ab illis
„Chimæris, quales ſibi imaginabatur
„Frangipanus, ſive res ſerio, ſive joco
„agatur, ſi Chriſtiani ſumus, ſatius eſſe
„ut de compoſitione tempeſtive agatur,
„& alia plura in hunc finem addidit.
„Replicavit Orpheus cum fervore, rem

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„hanc adeo difficilem non esse, & jam
„prætergressum esse omnes compositio-
„nis terminos, non esse credendum
„verbis Aulæ, & verbis Germanorum
„ex necessitate ergo faciendam esse vi
„tutem. Tunc dimisso colloquio iterum
„semotis arbitris assecuravi P. Forst
„de mea optima & Christiana intre
„tione, monens tantum, ut pro sui
„curitate cautius & mitius loqueretur
„præsertim coram iis, quos novit mal
„intentionatos esse, & ob hanc caus
„lam, dictum P. Forstall aliquot diebu
„rarius ad me admisi, & vix unquam
„aliquid præsente Orpheo, aut Mo
„chione cum illo locutus sum. Omn
„verba mea prolata in tesseram fidel
„tatis erga M. V. C. coram P. Superio
„Vratinensi Societatis Jesu & com
„D. Canonico Heslinger, coram qu
„bus pluries repetii, me magis time
„amicitiam Turcarum, quam inimi
„tiam; prætereo multas alias ration
„evidentes, scripta facta & verba,
„quibus manifestam fidelitatem mea
„erga Majestatem Vestram abunde p
„bare possem. En factum & intent
„nes meas, Augustissime Cæsar, ju
„ad verbum, fidem, promissiones
„V. C. & suæ Aulæ firmissimum or
„gentium jure præsidium me conve
„Dato & nunquam concesso, quod

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„set mihi animus vere rebellandi, verbum tamen M. V. C. sanctum & inconcussum manere debet. Violationem fidei, etiam Turcis & infidelibus datæ, Deus sæpe non semel severe castigavit, verbi adeo tenax fuit Austriaca Domus, ut maluerit aliquoties magnæ ruinæ periculo sese exponere, quam verbum violare: In hoc fundatur jus gentium, & totius generis humani commercium, & communicatio. Fides & clementia duo fulcra sunt Vestræ Augustæ domus, quæ ruere nunquam potest, quamdiu illa non subvertitur. Majestas Vestra inprimis suis literis per Episcopum Zagrabiensem mihi indubitate promisit continuationem pristinæ gratiæ, & adhuc novos favores, quæ certe ampliſſima venia & amnestia. Princeps a Lobkowitz, supremus Minister, & Aulæ Præfectus, distinctius, & articulatius mihi promisit nomine Majestatis Vestræ Cæsareæ per P. Magnum Marcum Forstall Augustinianum, me nullatenus declaratum iri in rebellem, aut infidelem, nihil facturum in vita, bonis, honore, libertate, muneris officiis, dignitatibus aut privilegiis, si tempestive obediero, si meum filium in obsidem, si chartam biancam manu mea subscriptam in tesseram obedien-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„tiæ ac fidei ad Majeſtatem Veſtram
„Cæſaream confeſtim transmiſero; pro-
„miſit mihi generalatum Varadinenſem
„aut Carlſtadienſem, ſi tamen Banatum
„tum reſignare vellem, promiſit ſolvere
„debita domus ad 40. millia circiter
„florenorum, promiſit res familiæ me-
„ſtræ habituras in Aula proſperum ſuc-
„ceſſum, & rurſum ſe tanquam dilectiſ-
„ſimum cognatum, me nunquam de-
„ſerturum promiſit, quia ſicut illo tem-
„pore in paſſione legebatur, quod S. Pe-
„trus ad tertiam vicem peccaverit, &
„facta pœnitentia nihil eidem ademptum
„ſit, ſed fuerit factus princeps Apoſto-
„lorum: ita & mihi fieret, ſi reſipiſce-
„rem; addiditque Princeps iteratis ve-
„cibus, ſe neminem unquam deſe-
„piſſe, ſemperque ſuis verbis ſtetiſſe.
„Clementiam auſtriacam eſſe infinitam.
„Hæc fere omnia confirmavit Domi-
„nus Baro Hocher, Aulæ Cancella-
„rius ſermonem in conferentia exordi-
„de revireſcentia Veris meritorumque
„aliquid ſimile ſaltem hoc dixit: me
„lapſum mihi non nociturum, & non
„ſolum dandum eſſe præmium re-
„piſcentiæ, & obedientiæ moderna-
„ſed etiam fore, ut poſt reſipiſcentiam
„virginea & incontaminata Seniorum
„fides, & illuſtria merita tum familiæ
„quam mea propria hactenus ſopita
„re-

„revireſcant & præmium obtineant, ſicut Sæc. XVII.
„Deus ſolet cum peccatoribus agere. A. C 1670.
„Hæc & alia, quæ brevitatis cauſſa
„omitto, pluribus verbis coram me ex-
„aggeravit dictus P. Forſtall. Quare
„verbo ultro citroque dato, & ſtipulata
„utrinque manu filium meum & Char-
„tam biancam eidem aſſignavi, addens
„præterea, me paratum ad eos comi-
„tandum, ſiquidem ſi V. Cæſ. Majeſtas
„juſſerit; idem mihi oretenus Celſiſſi-
„mus Princeps de Lobkowitz, præſente
„Barone Hocher, cum ad audientiam
„ejus Viennæ admiſſus fuiſſem, pollici-
„tus eſt, dummodo tumultus Hungariæ
„Superioris meis literis componere ju-
„varem, quod & feci, datis ad Gene-
„rum literis, & Deus illorum animos
„ita emollivit, ut ad meas ſimplices
„literas ſtatim V. C. M. ſeſe ſubmitte-
„rent, ſtatimque comitem de Staren-
„berg liberarent. Hæc, inquit Prin-
„ceps, Domine cognate, ſi effeceritis,
„promitto vobis ſancte, totalem veniam,
„liberationem, gratiam ſuæ Majeſtatis
„priſtinam, reſtitutionem bonorum in
„integrum, honores, Officia, Gene-
„ralatum primum vacantem, in ſum-
„ma, vos magnum adhuc virum efficiam.
„Qui norunt, quam exiguus fuerit exer-
„citus Majeſtatis Veſtræ Cæſareæ, qui
„norunt, quod decem poſſunt illos paſ-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„ſus contra centum defendere, non ne-
„gabunt, me tantum meritum feciſſe
„iſtis literis, quantum rerum Hungari-
„carum felicis ſucceſſus intererat Veſtræ
„Cæſareæ Majeſtatis. In danda charta
„bianca P. Forſtall hæſi aliquantulum,
„ut verum fatear, cum in ea poſſit vitæ
„ac necis ſententia, necnon revocatio
„factarum promiſſionum contineri,
„mirabar, quem in finem peteretur,
„ſed cum P. Forſtall replicaſſet, non eſſe
„ſcrupulandum, quando cum Clemen-
„tiſſimo Cæſare res eſt, Chartam bian-
„cam peti in majorem confirmationem
„& validationem promiſſorum: tum de-
„poſita omni cunctatione, & formidine
„eam tradidi. Poſtmodum quando P. For-
„ſtall hic Viennæ ad meum colloquium
„admiſſus eſt, inquiſivi de mea charta
„bianca, & quid in illa ſcriptum; re-
„ſpondit, propria manu ſe in concilio
„Principis ſubſcripſiſſe in ea, quæ Prin-
„ceps juſſit, Principem autem nihil
„aliud petiiſſe, quam ut me obligarem
„ad ſuſcipiendum præſidium Cæſareum
„ad Viennam veniendum in perſona
„& ad denunciandum complices, si
„qui eſſent, quæ omnia jam a me facta
„& præſtita ſunt. Si ergo Veſtra Cæ-
„ſarea Majeſtas pro ſua infinita Cle-
„mentia nihil in me benignius ſtatuere
„velit, valere ſaltem debet iſta charta
„bian-

„bianca tanquam ultima resolutio, & „conclusio Vestræ Majestatis Cæsareæ. „Audio, posse hisce meis rationibus ap- „poni, quod forsitan P. Forstall pro suo „interesse excogitaverit, & commentus „sit illa verbosa promissa, item Prin- „cipis de Lobkowitz & Aulæ Cancella- „rii verba non sufficere, nec teneri Cæsa- „rem ad omnia, quæ Ministri promit- „tunt adimplenda, denique per char- „tam biancam obligari me quidem, „non autem Cæsarem. At similes sub- „tilitates sunt pro Professoribus in scho- „lis, & vix inter honestos mercatores „practicantur, multo minus in Aula „Cæsarea, aut quando tractatur cum „Principe, Rege, Cæsare, P. Forstall „literas credentiales habuit a Principe, „quibus ego fidem dare debui, si P. „Forstall male fecit, si erraverit, si li- „mites suæ jurisdictionis excesserit, „quod non credo, viderit ille, ipsius „error non debet mihi in damnum re- „putari, dum feci, quod debui. Egi „cum Principe de Lobkowitz, & Do- „mino Cancellario Aulæ, in quantum „personæ publicæ sunt, & Cæsarem „repræsentant, ejusdemque principa- „liores Ministri. Verbum igitur eorum, „mihi verbum Cæsaris est. Obligatio „pariter per chartam biancam mutua, „& reciproca est, ad quid aliàs Cæsar

Sæc. XVII. A.C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„ſola illa puncta, non alia inſcribi cura-
„ret chartæ biancæ, niſi cum iisdem
„contentus eſſe velit? ſimiles ſubtili-
„tates ſternerent viam ad omnem
„dem tollendam. Cæſarea aquila non
„capit muſcas, & Auguſtiſſima ver-
„auguſte amplianda, & favorabili-
„gloſſanda, non ad ſubtilitatum ang-
„ſtias coarctanda. Quod a verbo m-
„dato ac venia, promiſſisque mihi fa-
„fortaſſe deſint aliquæ formalitat-
„aut apices juris, in quibus nec e-
„verſatus, nec Reges aut Cæſare-
„quorum eſt jura facere, mutare,
„corrigere, admodum curant, m-
„profecto, qui ſincere egi, præjudic-
„eſſe non debent, & nullius rei pœ-
„tuiſſe magis fertur Carolus V. &
„nulla re magis taxatus, quam q-
„ob Miniſtri ſui Granvellani cavillat-
„nem, ambiguam reddere voluerit
„niam factam Landgravio Haſſiæ. Pr-
„ter hæc conſideret Clementiſſima M-
„jeſtas veſtra, magnam partem Ac-
„tholicorum, & aliorum, qui hoſ-
„tatem exercuerunt, qui arma con-
„Majeſtatem Veſtram ſumpſerunt, q-
„rum etiam Majores forſan deliquer-
„condonatam tamen eſſe, & reſtitut-
„mihi vero Obedientia mea, fiducia
„Cæſarea Clementia, mea & Avor-
„fidelitas reportabit damnum? nec
„ho-

„bitque, quod ab hoſtilitate abſtinue- Sæc. XVII.
„rim, quod ad pedes V. C. Majeſtatis A. C. 1670.
„accurrerim tanquam ad aſylum? illis
„temeritas ſua & reſiſtentia commo-
„dum referet, eruntque melioris con-
„ditionis, qui pejus fecerint, & ego
„qui cognitione, verbo & opere non
„contradixi, dicar tamen rebellis, ca-
„nam ergo cum Penelope: diruta ſunt
„aliis, & nunc mihi Pergama reſtant?„

„Conſideret etiam benigniſſima V.
„C. Majeſtas, quod nemo poſſit duplici
„pœna puniri, ego autem poſt pro-
„miſſa præmia tot tantasque patior
„pœnas, morte ipſa mihi longe gravio-
„res, in honore, fama, ſuppellectile,
„bonis, & libertate, in proſcriptione,
„& diuturna hac captivitate ſine ullo
„prorſus ſolatio, ut vel poſſim meas
„rationes V. C. Majeſt. proponere, aut
„ullum peritum de ſtatu meo conſu-
„lere, & non ego tantum patior, ſed
„& tota mea familia domeſtica, & binæ
„innocentiſſimæ proles, filius, qui ob
„teneritudinem ſui affectus erga Cæſ.
„Majeſt. V. cum præſumptos rumores
„audiviſſet, præmio digniſſimus eſſet,
„diu in captivitate hæſit, a ſtudiis & a
„virtutum via impeditus. Patimur e-
„tiam contra jura Regni ac Patriæ
„noſtræ a Maj. V. C. ſancte confirmata,
„quæ ſtatuunt, ut nemo captivetur,

„nullius

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„nullius bona confiſcentur, nulla deinde
„que executio fiat, nulla pœna infli-
„gatur, niſi legitime citatus, & con-
„demnatus fuerit, auditis ſuis ratione-
„bus & defenſionibus, ſtatuunt pre-
„terea eædem leges, ne filius portet
„iniquitatem Patris, ut familia non
„privetur avitis bonis, & poſſeſſion-
„bus, ob delictum unius, & omni-
„hactenus experti ſumus, & nobiſcum
„incipitur ab executione, confiſcatio-
„ne: ſic leges, qui profuere aliis, in
„favere ceſſant, qui diuturnitate fitæ
„& ſervitiorum ſuperiorem habent mo-
„lum, aut certe paucos pares. Digne
„tur V. C. Majeſtas gratioſe ſeſe refe-
„vere, quod ad leges imperiales ac alio-
„rum provinciarum nos non teneamur
„Veſtra C. Maj. autem ad Hungaricas
„ſeſe benigne obligaverit, & ſecundum
„has æquum ſit, ut cauſſa decidatur
„perque homines earum peritos
„quando de jure agitur. His tam
„omnibus, ſi ita placet, prætermiſſis,
„ſolam Clementiam Auſtriacam appel-
„Domus Veſtra cum Clementia ma-
„eſt, cum Clementia adolevit, & cu-
„firmata eſt, & nonniſi extincta Cle-
„mentia mori aut extingui poterit; i
„totis annalibus Auſtriacis hodierc
„ſeveritatis exemplum vel unicum no
„exſtat, quo primus lapſus, ſi ita a
„pelle

„pellare lubeat, familiæ benemeritæ Sæc. XVII.
„(primum voco lapsum; nam delicta, A.C. 1670.
„quæ non probantur, aut sententian-
„tur, inter lapsus non numerantur) fa-
„miliæ inquam, quæ pro Austriacis tot
„sæculis vigilantissime excubavit, san-
„guinem suum prodige pro iis effudit,
„stupenda pro iis patravit, monstrum
„fidei & constantiæ erga Austriacos in-
„ter tot procellas exstitit, nulla exer-
„cita hostilitate, ultro comparens, po-
„tens fugere & diggredi, habitis tot
„splendidis promissis, tam terribiliter
„plectatur ad arbitrium & falsam dela-
„tionem aliquorum æmulorum & pau-
„carum quarumdam familiarum ex
„Carniola, Styria, & Croatia, nostris
„bonis & Sedibus insidiantium, quo-
„rum merita, & heroica gesta, si quæ
„sunt, ego suggillare nolo. E contra
„quamplurima exstant exempla, ubi
„infestissimi hostes ex semine etiam re-
„bellium post illata ingentia damna,
„vi aut justo bello capti, a Clementia
„Austriaca non solum venia donati,
„& in integrum restituti fuerunt, sed
„etiam divitiis & honoribus aucti.„

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.

„Bene norunt hoc mei æmuli, quod
„nos diu multumque sudavimus, excu-
„bavi-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„bavimus, pro Styria, Carniola &
„Croatia defendendis, Seriniisque re-
„gilantibus, poterant ii ſecure quieſce-
„re; ut vetera exempla omittam, mo-
„derna produco. Sexto abhinc anno
„devoraſſent Tartari Styriam, ſi me-
„frater jam non conſervaſſet, Mur-
„undis; Rinkchick, alias Zokolok Ba-
„Carniolam & Croatiam in cineres re-
„degiſſet, niſi ego derelictus quidem
„generali Auerſpergio, qui ſecuritat
„ergo, Labacum ſe contulit, Turca
„profligaſſem, capto fratre ipſius Baſſa
„Jam autem in præmium laborum,
„teſſeram gratitudinis ſuadent, ut ſi
„pitus eradicemur, ut alio transpla
„temur, ut illi noſtra bona, quæ mul
„nobis ſanguine conſtiterunt, occupe
„& poſſideant; prodeat in medium q
„cunque illorum, qui audeat cum re
„ritate promittere, ſe ſuosque præ
„turos Domui Auſtriacæ aut Chriſti
„nitati, plus quam Serinii præſtiteru
„æqua fide & conſtantia melius
„domituros immanem illum hoſtem
„lubens ſuæ prætenſioni ſuffragi
„addam; ſi autem nemo eſt, qui
„præſtare præſumat; ſi noſtro mun
„ad ſtuporem eorum, qui hiſtorias
„gunt, ſatisfecimus, cur non meru
„mur illud continuare, avita bona po
„fidere plus quam alii? cur non de

„Fa

Sæc. XVII. A.C. 1670.

„rent potius averruncatæ arbores ite-
„rum plantari & rigari, ut radices fi-
„gerent, & denuo similem fructum fer-
„rent? dabitur forte adhuc occasio,
„qua licebit monstrare, quis sui san-
„guinis profusior sit in servitio domus
„Austriacæ? faxit Deus, ut eo fer-
„vore, quo jam accurrunt ad bona no-
„stra, tunc omnes certemus, curra-
„mus ad confligendum hostem. Poten-
„ter se exercuit hactenus contra nos
„invidia, jam foret tempus, ut cessaret,
„si ratione & virtute contentaretur:
„At ea est invidiæ conditio, (ut ac-
„curate notat Savedra) ut non ante
„desinat, quam æmulum ad extremam,
„si ita possit, detruserit miseriam. Sol
„enim umbras non facit, quam diu in
„supremo consistit vertice, ut quando
„declinat, tum crescunt illæ, & por-
„riguntur longius; sic etiam prorsus
„invidia majori propellit impetu, qui
„in ruinam jam pronus est, aut labi
„incipit, & quoniam illa plerumque
„nonnisi pusillanimes occupat, semper
„in metu est, ne rursus sese erigant.
„Si tamen isti aut alii quicunque timent
„ultionem, iram vel vindictam a me
„in illos exercendam, ut spargitur,
„suadentque propterea Vestræ Cæs.
„Majest. ne restituar in bona, Patriam
„officium & libertatem; esto sit frivo-
„lus

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„lus ille timor, & excuſatio, quæ om-
„nem juſtitiam peſſumdaret, libenter
„tamen cautionem quamcumque, d
„fidei juſſionem dabo, & quamcum-
„que compoſitionem imaginabilem cum
„iis inibo: contra omnia mala excep-
„morte, poteſt inveniri remedium,
„ego a Deo non peto, mihi dimi-
„peccata, ſi Chriſtiane iis non ignoſ-
„omnes injurias, ita, ut nec recordi-
„earum optarem. „

„Quibus omnibus perpenſis, humillim-
„ſupplico Majeſtati Veſtræ Cæſareæ,
„ſe ad ſtatum ſibi naturalem reducat
„nignitatis ſcilicet & Clementiæ,
„tam noſtrorum Servorum fidelium
„quam ſuorum promiſſorum, & ſa-
„verbi memor, miſericordes oculos
„me convertat, & non inurat notam
„miliæ nigram ſemper ſibi fideliſſim-
„quæ nullum unquam ſcivit nævu-
„admittere. Efflictim autem rogo,
„mihi libertatem interim concedat
„qua cauſſam meam defendere, c
„ram viris legum noſtrarum peritis
„tionesque meas proponere, & ma-
„placandi V. C. Maj. invenire valeam
„cæterasque gratias largiri mihi p
„gravetur, quas in hoc ſtatu reſ-
„V. C. Majeſtas ſcit eſſe mihi neceſ-
„rias, quam Deus diu multumque c-

„ſervet, ut optat Veſtræ Cæſareæ „Majeſtati.„ Sæc. XVII. A.C. 1670.

Humillimus Orator,
Comes Petrus a Zrin.

Hac vero apologia Serinius cauſſam ſuam adeo tuitus non eſt, ut illam quoque intempeſtivis aliorum accuſationibus pejorem redderet, nec magis reo profuit importuna Uxoris ſuæ deprecatio; cum enim Francipanius ſine omni ambiguitate crimen ſuum fateretur, ac Serinii molimina, ſcripta, ac literas Judicibus traderet, his convictus Serinius omnia, quæ antea inficiatus erat, faſſus eſt, atque Aulæ Miniſtros antea acriter a ſe perſtrictos, uxorem, amicos, ſuperos & inferos in ſui commiſerationem flectere ſatagebat, demum vero ad ſolam Cæſaris clementiam provocabat.

§. XI.

Nadaſtius Comes per proprias literas convictus.

Poſt hæc Tattenbachius Comes primo examini ſubjectus, ultro non unam ſe mortem promeruiſſe faſſus, a Deo, Cæſare, ac Græcienſi Magiſtratu, civibusque veniam precabatur, iterato *Theatr. Europ. tom. 10. pag. 260. Diar. Europ. tom. 23. pag. 650.*

Sæc. XVII. A. C. 1670.

ingemiſcens, quod ſanctiſſima Provi-
ciæ Græcienſis Templa, ac religiosa
Turcis prodere, avitis urbem poſſeſſo-
nibus dejicere, incendiis involvere
& incolas crudeliſſimæ cædi deſtina-
molitus eſſet: nihilominus aut cou-
ratorum opæ, aut propria induſtria,
certum, e cuſtodia ſua dilapſus e
paulopoſt tamen e fuga retractus.

Interim negat, pernegat Nadaſti
ſe quicquam in vitam Cæſaris, Imp
riumque unquam tentaſſe, ſimul
velut integris adhuc rebus fidentı
ut jus ſibi diceretur, petit, eoquod
terius criminis poſtulari non poſſet,
quod a Ragotzio deterritus, neſ
rebellium conſilia Murani agitata
illico manifeſtaſſet: poſtquam vero
dices eidem binas literas, ab ipſomet
Ragotſium & Ottomanos ſcriptas,
dudum incaſſum multo ære a Rag
Matre eblandiri conabatur, præter
rorum confeſſiones ob oculos poſ
tunc in gemitus & lacrimas effu
ſe læſæ Majeſtatis reum incuſa
omnique ſui defenſioni renunti
nonniſi Cæſaris clementiam im
rabat, cujus obtinendæ rati
Leopoldo proponi, filios ſuos
teſtabatur, datis ad eos hiſce
teris:

„Heri Aulæ Cancellarius huc ve- Sæc. XVII.
„niens ad examen me evocavit, rogavi A.C. 1670.
„eum pro facultate ſcribendi, quod &
„conceſſit. Has igitur literas tanquam
„majori Domino filio meo ita inſcribo,
„ut non gravetur cum aliis duobus
„confidenter communicare eas, illique
„has ita accipiant, quaſi ſuis domina-
„tionibus ſingillatim ſcripſiſſem, quod
„facere me minime piguiſſet, ſed judi-
„cavi multa ſcriptione me poſſe ali-
„quam indignationem incurrere.„

„Deprehendi manifeſte jam in ſe-
„cundo meo examine, quod in res
„meas ita inquiratur, ut de illis judi-
„cialiter reſpondeam, ac exinde rerum
„mearum finem præſtoler.„

„Licet etiam in primo meo exa-
„mine abſolute me reſolverim, quod
„nolim me immittere in judicium cum
„Clementiſſimo Principe meo, quin
„imo Principi Lobkovich ſuæ Celſitu-
„dini primis captivitatis meæ diebus
„ſupplicavi, ne ſua Majeſtas me in ju-
„dicium trahat. Nihilominus tamen
„heri iterato examinatus humillime
„ſignificavi, me nullo modo velle ul-
„lum proceſſum inire, nec ullo ſcripto
„excuſatorio purgare, verum totum
„me Clementiſſimi Domini & Principis
„gratiæ committo, & capite meo ejus

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„clementiam imploro. Atque hinc
„eſt, quod petierim facultatem veſtræ
„minationi ſcribendæ: oſtendant itaque
„ſemper ſincere cognitam filialem erg
„me affectionem, & unacum duob
„filiis meis ſupplicent, ſatigent ſe,
„laborent pro me, ut gratiam ap
„ſuam Majeſtatem mihi impetrent,
„parcant huic labori, pro quo D
„optimus millies erit remunerator.

„Si quidem Sapientiſſimus Sal
„mon ait: *Patientia lenietur Princ*
„*& lingua molis confringet duritiem*,
„eo facilius moveatur ad miſericordi
„ac in ſeipſo, domoque Auſtriaca im
„tam Clementiam Dominus meus
„mentiſſimus flectatur: hoc ſcript
„meum, & ſi quid aliud ad lenien
„occurrit pro ſapienti ſuo judicio, ſ
„Majeſtatis clementiſſimæ gratiæ ap
„riant. Et primo quidem comp
„babo id, (ac cum Deo meo teſtifi
„bor, cui occulta omnia patent,
„cujus nomen in vanum aſſumere no
„quod etiamſi ab omnibus judiciali
„me liberare & explicare poſſem, m
„lim tamen mé ſuæ Majeſtatis gra
„committere, quam excuſationem pr
„tendere, ut totus Mundus vide
„convenientius eſſe, quod ego pra
„habear, quam ut judicer, me imm

„tum pati. Dicam quoque cum Divo „Jobo: *qui etiamsi habuero quidpiam ju-* „*stum, non respondebo, sed meum judicem* „*deprecabor.*„ Sæc. XVII. A. C. 1670.

„Secundo. Moveat suam Majesta„tem ad Clementiam illud, quod Ca„put meum pedibus ejus subjecerim, „& delictum meum viva voce aperue„rim, ac velut a dulcissimo Parente ac „Domino meo gratiam expetierim, at„que omnino arbitrabar me eam ade„ptum, præsertim, quod post hoc meum „factum plures suæ Majestatis, eosque „Clementissimos favores acceperim.„

„Certus sum etiam, quod in rei „substantia nihil omnino celaverim, cum „quibuscunque aliquam majoris mo„menti correspondentiam habui, ve„rum ut omnes etiam rerum minutio„res circumstantias, ac interessatorum „scriptitatiunculas referre potuissem, „erat impossibile, quia etiamsi hodie „hac exactissima rerum manifestatione „Regnum cælorum adipisci possem, „non valerem, ita oblitus sum eorum, „nam prope duo sunt anni, a quo me „abstraxerim ab illis.„

„Tertio emolliat suæ Majestatis „pectus Clementissimum & illud, quod, „quamdiu ego rerum istarum secun„dum aliquid conscius fui (quia om„nium horum Vesseleniana Palatinissa

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„motrix est) ne minimum contra sum
„Majestatem istæ intentiones progre
„sum habuerint.„

„Ego etiam ullius novæ Conspir
„tionis, aut concitationis Author
„fui, minus effectuavi tale quidpia
„quin imo impedivi, in quantum
„pedire potui, atque hinc factum, qu
„me adversarii excluserint, videm
„per me nullum progressum res eor
„habere posse. Unde & Calviniac
„ille Ladislaus Fay fassus est, ut
„nonnulli benevoli significarunt, q
„statuerint, me ac eos, quos ami
„meos esse arbitrabantur, nimi
„DD. Tökelii & Petroczii, quam
„mum ad arma deventum fuerit, i
„e medio tollere, si itaque ego p
„mæ illorum intentionis juxta gu
„eorumdem incensor fuissem, non
„excluſissent ex cætu suo, nec ta
„pere contra me egissent.„

„Quarto ex literis meis interce
„ac revisis prope ab adolescentia
„actam vitam meam videre potest
„Majestas, ac manifeste deprehend
„me in similibus nunquam fuisse oc
„patum, atque in hac etiam mise
„de qua arguor, nihil aliud quæ
„quam maledictum Palatinatum,
„adepto credebam me omnia redi
„graturum, ac etiam gratias no

„adepturum non ſolum per rerum iſta- Sæc. XVII.
„rum manifeſtationem, verum etiam A.C. 1670.
„per earumdem extinctionem.„

„Quinto reſpiciat ſua Majeſtas igno-
„minioſam meam comprehenſionem, ac
„lamentabilem captivitatem, quam in
„multis exteris partibus bonum nomen
„ac fama mea per hoc ſepulta ſit, ita
„ut me vivum jam mortuum cenſere
„poſſim, & non tantum meum nomen,
„verum antiquæ beneque radicatæ fa-
„miliæ ac gentis meæ glorioſæ ſuis
„meritis & factis a multis annis com-
„paratum decus & gloria uno quaſi
„momento obtenebrata ſint.„

„Sexto moveatur cor ſuæ Majeſt.
„intuendo miſeras ac innocentes, non-
„dumque educatas proles meas, quæ
„nullius facinoris ſunt reæ, imo & af-
„flictarum mearum filiarum propediem
„excreſcentium omnis felicitas conci-
„dit. Majorennes filii mei vehemen-
„ter metuo, ne animo & corpore dam-
„nificentur, adepti præmaturam liber-
„tatem, quos ego duriori educatione
„continui in timore, quod alii vix eis
„præſtabunt, licet non dubitem, a
„veſtris DD. eos bonis monitis adju-
„vandos, verum maturum judicium
„ſacræ admonitiones requirunt.„

„Septimo recogitet ſua Majeſt. Ma-
„jorum meorum fidelia & utilia obſe-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„quia, ipse etiam nunquam fui inobe-
„diens servus suæ Majest. nec ulli
„sumptibus aut laboribus peperci, fi-
„deliter equidem servivi, & si felici
„fuissem, ac propter malevolorum ob-
„trectationes majorem fidem habui-
„sem, sincero corde desideravi fidel-
„sime servire.„

„Octavo, contra quem ostendit p-
„tentiam suam Majestas sua? hic ta-
„rum cum Jobo dicere possum, con-
„*folium, quod vento rapitur, ostendis p-*
„*tentiam tuam, & stipulam siccam pe-*
„*queris.* Dignetur sua Majestas c-
„mentissimo oculo relegere trigesi-
„prima Augusti, quantum mem-
„datas meas, dum adhuc liber es-
„qualiter me clementiæ suæ Maj-
„submisi, quod & nunc facio, etia-
„in tenebris mortis me collocaverit
„Majestas, & tunc me Clementiæ e-
„resigno. Ac ne prolixiori meo scri-
„sim importunus, adjicio pro clau-
„illud, quod sacræ literæ de princi-
„bus loquuntur, dum scilicet *Princi-*
„*dii* compellantur, sua Majest. est in
„principes omnes dignitate prim-
„adeoque & propinquior æterno De-
„super cujus omnia opera est mis-
„cordia, teste propheta David dicen-
„*Misericordia ejus super omnia opera ej-*
„& *ubi majus est delictum, illa etiam g-*
„*rior*

„*rioſior eſt miſericordia.* Fateor equidem „magnum eſſe delictum meum, quia „peccavi contra maximum Dominum „totius mundi, confido tamen in miſe„ricordia ejus, ſi quidem non ex præ„ſumptione operatus ſum, verum in„ſipienti meo ſenſui plus nimio credens „ſperabam, me rem ita gubernaturum, „ut non tantum nihil mali inde eveniat, „verum quod jam ſupra memoratam „intentionem meam ſim aſſecuturus, „magnam gratiam adepturus, & quia „hunc eo modo habere non potui', „precor, ut per veſtrarum Dominatio„num interceſſionem habeam.„ Sæc. XVII. A. C. 1670.

„Non graventur Veſtræ Domina„tiones apud ſuam Celſitudinem prin„cipem Lobkowich pro me intercedere, „ut tanquam Benigniſſimus Princeps „ſit meus Patronus, & gratiam, quam „mihi præſtabit, Deus optimus millies „ſuæ Celſitudini rependet. Apud re„liquos intimos Miniſtros Veſtræ Do„minationes quoque agant, ac inter„cedant, rogo. Hunc ego laborem af„flictione & amaritudine pene conſum„ptus miſerabilis homo nunquam potero „reſarcire, verum Deus erit liberaliſſi„mus Remunerator. Metuo autem, ne „ob hanc meam afflictionem animæ „meæ detrimentum patiar, etenim „qualitercunque me componam, ac

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„cuncta ex animo rejiciam, nihil me
„juvat, nec Deo meo, uti deberem,
„servire possum: sentio etiam intra me
„ipsum, quod dies resolutionis meæ
„instet, nec multum prolongabo diem
„vitæ meæ, utinam a Deo tantum tem-
„poris impetrem, ut pacata mente m
„possim parare ad bonam mortem, De
„commendo vestras Dominationes
„maneo. *Ex Domo Captivitatis mea*
„*domo provinciali* 14 *Novembr.* 1670. p
„*cero corde deprecans parens*

FRANCISCUS Nada

§. XII.

Mortis sententia in reos proposita

Demum Delegati Judices nullo e
cepto omnes quatuor hosce Nob
les, pronuntiata sententia, neci ad
dicarunt, eamque suis sigillis munit
per Præsidem Cæsari tradiderunt. H
vero illam secretiori Consilio exam
nandam commisit: cuncta prorsus ver
ipsemet Imperator maturo judicio pon
derabat, nec tamen his contentus, i
super ipsum hoc secretioris Senatus j
dicium, Deputatorum acta, latam
que sententiam in numeroso Aulic
Consilii consessu prælegi, & discu
jussit, ad exteras quoque Academias,

„Ingol

Ingolstadiensem, Tubinganam, & Lip- Sæc. XVII.
siensem, necnon ad Spirense Tribunal A. C. 1670.
totius causſæ tabulas deferri voluit, ut malignos, quos passim Protestantes spargebant, rumores dissiparet, perinde acsi nonnisi captivorum divitiæ, & Sectariorum in Hungaria oppressiones sub rebellionis obtentu quærerentur: Invaluerant quoque Romæ in plebe ejusmodi suspiciones, adeo, ut ipsemet Pontifex vel Hungarorum precibus, vel aliorum errore inductus, datis ad Cæsarem literis pro innocuis alienæ invidiæ victimis deprecaretur, præsertim vero pro Serinio & Nadastio, de Republica Christiana contra Turcas & Sectarios optime meritis. Perlecta hac Clementis X. epistola, Leopoldus Pontifici propriis reorum confessionibus ad eundem transmissis satisfecit.

§. XIII.

Mortis sententia in Nadastium, ceterosque reos Proceres promulgata.

Quamvis omnium Judicum & Academiarum judicio quatuor hi Nobiles morti fuissent adjudicati, dudum tamen Clementissimus Imperator Leopoldus ferali sententiæ subscribere tergiversabatur; urgebant vero renitentem

Rinckp. 654. & seqq. Lunig Cod. Germ. Dipl. t. 1. p. 1559.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

tem Aulicorum fideliſſimi, Imperiique Principes, eidem exponentes, ejusmodi clementiam fore crudelem, ubi tam atrocis delicti impunitate rebellium audacia provocatur, & regni salus, ac innocens plurimorum sanguis intempeſtivæ pietati immolatur. His rationibus devictus Imperator, die vigeſima quinta Aprilis mortis sententiam reis denuntiari juſſit, ut vero ex criminum atrocitate juſtitia supplicii eluceat, haud incongruum erit totum ſententiæ tenorem exprimere, quæ erat hæc:

„Poſt demandatam a ſacra Cæsa„rea, Regiaque Hungariæ ac Bohe„miæ Majeſtate, contra hæreditarios „ſuos ſubjectos Franciſcum Nadaſtium, „Petrum a Zrin, Franciſcum Chriſto„phorum Frangipanium, & Joannem „Erasmum Tattenbach in cauſſa Re„bellionis, & Perduellionis inquiſitio„nem; & celebratum, deductum, con„cluſum, & ordine collatum crimi„lem proceſſum latæ. Poſtquam N. N. „vel Clementer mitique examini ſe„pius ſubjectus ſponte confeſſus eſt, „vel per alia in judicio inquiſitionis „ſcripturarum inſtrumenta, ac depoſita „contra eum teſtimonia ſufficienter „convictus, quod oblitus omnium, „quæ a S. Cæſarea Majeſtate ejusdem

„que

„que anteceſſoribus accepit, benefi- Sæc. XVII.
„ciorum, honorum, ac Dignitatum, A.C. 1670.
„aliarumque eminentium gratiarum,
„immemor quoque præſtiti a ſe jura-
„menti & obligationis per deteſtandam
„ambitionem, execrandamque teme-
„ritatem, gloriæ & vindictæ cupidi-
„tatem, læſæ Majeſtatis crimen ſe-
„quentibus punctis incurrerit.„

§. XIV.
Nadaſtii Crimina.

Quod cum diverſis damnata legibus,
„& ut eventus docuit, ſuo legi-
„timo Regi ac naturali Domino Augu-
„ſtiſſimo Imperatori Hungariæ, Bo-
„hemiæque Regi noſtro Clementiſſimo
„Principi ſumme pernicioſa fœdera ini-
„verit, ad obligationem contra ean-
„dem Cæſaream Regiamque Majeſta-
„tem cooperatus ſit; & regnum exter-
„næ poteſtati ac protectioni ſubjicere
„quæſiverit, dicta fœdera (licet irrito)
„ac ſupremæ Dei Majeſtati ſumme in-
„jurioſo juramento firmaverit, alios-
„que plures ad hoc crimen induxerit:
„ideoque clandeſtinis conventiculis
„vel præſens ipſe, vel per alios adfue-
„rit, & ut ſibi nobilium & Comitatuum
„animos ad promovenda deteſtabilis
„ſuæ ambitionis conſilia devinciret,
„nihil

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„nihil intentatum reliquerit, insuper
„etiam qua ratione Hungariæ Regnum
„invadendum, qui in captivitatem tra-
„hendi, qui bonis spoliandi forent,
„cum aliis una deliberaverit, & contra
„personam suæ Augustissimæ Majesta-
„tis, conceptam designationem nun-
„quam manifestaverit, donec eadem
„Cæsarea Majestas alia via ad rei tan-
„nefariæ cognitionem pervenerit. Ve-
„darium arcanas suæ Majestatis nego-
„tiorum literas deferentem spoliaverit
„literas reseraverit, legerit, ac fe-
„presserit. Cusum argentum, quo
„ex montanis civitatibus ad suam M.
„jestatem devehebatur, per certos
„hoc facinus deputatos in publica v.
„intercipere decreverit, omniaque
„id exequendum disposuerit, gra-
„mum juxta & arcanissimum in co-
„lio status (cui præsens aderat) p.
„tractatum negotium suis perfidiæ co-
„plicibus in dictæ suæ Majestatis de-
„mentum aperuerit, ulteriusque di-
„gandum suaserit: tollendæ e vi-
„innocentis personæ consilium dede-
„detestandam orationem, qua quate-
„Regni Hungariæ Ordines ad rebel-
„nem concitentur, conscripserit.
„plura ejus generis, quæ ex actis
„processu elucent, enormia, & ex-
„cranda facinora perpetraverit, qua-

„ipſe confeſſus eſt, & per ei exhibita, Sæc. XVII.
„ab eo recognita, cum actis aſſervata, A. C. 1670.
„ſcripta, convictus, quæque ipſe a ſe
„nec negari, nec excuſari poſſe, altero
„& ſæpius eſt conteſtatus.„

§. XV.

Accuſationum capita adverſus Serinium probata.

Quod cum aliis in damnatum legi-
„bus fœdus, in perniciem, &
„contra ſuum Unctum naturalem, &
„legitimum Regem & principem, Au-
„guſtiſſimum Romanorum Imperato-
„rem, Hungariæ Bohemiæque Regem
„noſtrum Clementiſſimum Dominum
„conſpiraverit, imo etiam poſt impe-
„tratam veniam novas machinationes
„conflaverit, & ad effectum meditatæ
„rebellionis conſequendum, diverſos
„extra Regnum ablegaverit, nihilque
„quod potuit, intentatum reliquerit;
„inſuper Schakathurnæ contra adve-
„nientem Cœſareum exercitum tor-
„menta bellica per valla & propugna-
„cula diſpoſuerit, ac ſpeciales excubias
„contra Germanos Chriſtianos ordina-
„verit: ſuas machinationes in ſuperio-
„rem Hungariam extenderit, eas fo-
„verit, & laudaverit, & ad promo-
„venda ſuæ deteſtabilis ambitionis
„con-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„consilia plures alios concitaverit, &
„sibi devinxerit, Francisco Frangipa-
„gio (postquam ei damnanda sua, at
„sui suæque familiæ exaltationem su-
„scepta consilia, & molitiones, factio-
„que eum in finem ulteriores ablega-
„tiones, & speratum inde ad vota
„effectum gestiente animo aperuisset,
„directoris partes ad complenda sua
„iniquitatis desideria imposuerit, &
„post junctis cum eo viribus Sacræ
„Cæsar. Majest. hæreditaria Regna &
„provincias miserandum, & barbarum
„in modum aggredi, devastare, ac ea
„terno dominatui subjicere, non con-
„stituerit tantum, sed opere ipso ag-
„gressus sit: eum in finem a diversis
„nominatim a Turcis, vetita pecunia
„militisque auxilia per ablegatos sol-
„citaverit, eademque etiam a quocun-
„suæ sacræ Cæs. Majestatis bellico offi-
„ciali petiverit, atque illum in sua
„partes pertraxerit: Capronzam, qui
„est Christianitatis propugnaculum, &
„suæ Cæs. Majestatis obedientia & de-
„votione in suam redigere conatus
„prætextibus sollicite laboraverit. Ad
„habitum mense Martio anni 1670. Neo-
„solii Commissionis conventum ad quem
„dam e præcipuis literas dederit, eos-
„que non tantum ab ineunda concor-
„dia dehortatus sit, sed etiam con-
„tra-

„taverit, & impio ſui animi decreto Sæc. XVII.
„clare detecto, qua potuit vehementia, A.C. 1670.
„ad ſumenda arma, paremque contra
„ſuam Cæſ. Majeſt. rebellionem com-
„moverit; ut his excitati complices re-
„ipſa apprehenderint arma, omne ho-
„ſtilitatis genus exercuerint, & inno-
„centem ſanguinem profuderint: præ-
„terea Vallachos, & putatitium eo-
„rum Epiſcopum in fœdus trahere ſæ-
„pius ardenterque conniſus ſit: Inſuper
„delectum hominem cum infami &
„calumnioſiſſima inſtructione contra
„ipſam ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Au-
„guſtiſſimam perſonam, ſereniſſimam
„ejus Archidomum, ac glorioſiſſimam
„gubernationem ad certum locum ab-
„legaverit, & plura ejus generis, quæ
„ex actis & proceſſu elucent, enormia,
„& execranda facinora perpetraverit;
„quorum ille partim per ſua chiro-
„grapha, partim per ſuam ipſius con-
„feſſionem & per alias in actis adductas
„probationes convictus eſt, quæque
„ipſe, quamquam ad defenſionem ad-
„miſſus fuerit, nullo a ſe fundamento
„negari, aut excuſari poſſe, ſæpius eſt
„conteſtatus. Cum ergo dictus Zri-
„nius omnia enumerata graviſſima ſce-
„lera & plurimis modis perpetratum
„læſæ Majeſtatis ac perduellionis cri-
„men in ſibi, ex pura ſuæ Cæſareæ

Sæc. XVII. A.C. 1670. „Majeſtatis gratia conceſſo nunc de„mum terminato, & legitime collato „purgationis proceſſu nec diluerit nec „diluere poterit, &c.„

§. XVI.

Frangipanii Comitis delicta.

I. „Quod notas ſibi matureque pe„ſpectas, quas Petrus Zrinius „cum Turca, aliisque conflarat, re„bellionis machinas non detexerit „quin ſe arctiſſime obligaverit ad ea „ſecreto habendas, & aſſumendam„gerendamque Zrinii poteſtatem, dum„ab eo totius rebellionis director poſ„ſtitueretur.„

II. „Quod ſub diem nonum Marti„anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo„ſeptuageſimo ex Novogrado damna„das ad centurionem Schollnitſch „teras dederit, in gravem Cæſareorum„armorum, totiusque Germanicæ No„tionis contemptum, unaque ſuæ pe„fidiæ adverſus Clementiſſimum ſuum„Dominum conſilia aperuerit, & via„modosque ſollicite quæſierit Zrinia„nas machinationes ad exitum de„ducendi.„

III. „Quod aperte tentaverit perſua„dere Zagrabienſi civitati, & aliis tam„Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus Cro„

„tiæ ordinibus, ac ſubditis, ut in ean- Sæc. XVII.
„dem venirent cum Zrinio conſpiratio- A. C. 1670.
„nem, ad eamque manutenendam pa-
„ratum adduxerit ducentorum millium
„præſidium eidem urbi imponendum.„

IV. „Quod Cæſareani militis anno-
„nam, quæ ſecundo Savo ad Petrinæ
„confinia devehebatur, interceperit,
„& adduxerit.„

V. „Quod diverſos in Turcam able-
„gatos miſerit, qui vetita auxilia ſol-
„licitarent.„

VI. „Vallachos & putatitium eorum
„Epiſcopum tentaverit ad parem a ſa-
„cra Cæſarea Majeſtate defectionem,
„& ad Zrinii partes acceſſum.„

VII. „Quod quamdam a ſe cum aliis
„congeſtam in italicum idioma trans-
„latam, deteſtandam, inauditis & exe-
„crandis calumniis plenam inſtructio-
„nem, contra ipſam Auguſtiſſimam
„ſacræ Majeſtatis perſonam ad certum
„locum transmiſerit, & plura ejus ge-
„neris facinora perpetraverit.„

§. XVII.

Crimina Tattenbachii in Judicio comprobata.

Quod Schakaturnæ Anno 1667. nono
„idus Septemb. cum Petro Ziri-
„nio, in certam & in damnum, ad-

Sæc. XVII A.C. 1670

„versusque Unctum suum, naturalem, „legitimumque Regem ac Dominum „Romano - Cæsaream nec non & Hun„gariæ, Bohemiæque Regiam Majes„tem, assenserit conspirationem summa„prohibitam animo deliberato post quin„que dierum deliberandi inducias, tu„etiam in consultationes variorum pu„ctorum, bellum contra suam Cæs„Majest. concernentium ingressus, „Zrinio ope consilioque adstiterit, „per Græcio, Rackersburg & Petra„obruendis: Cæsareas Zrinio adver„rias, quidquid earum rimari val„resolutiones manifestarit, insuper „cramento sese obstrinxerit, ejus p„posse & nosse, conatus promove„Item quod quidem bonam plena„que per ipsummet Zrinium habuerit„titiam pactorum per palatinum We„leni, Nadasti, Zrini, aliosque m„dictorum fœderum socios, ea tamen „ruerit nunquam. Denique comp„alia apud acta & criminalem proc„sum exstantia prægrandia pat„delicta.„

§. XVIII.

Supplicium in reos decretum.

Ideo per delegatum in hac causa „præmemorata Cæsarea Majes

„judicium, poſt maturam omnium ſcri- Sæc. XVII.
„ptorum ac inſtrumentorum conſidera- A.C. 1670.
„tionem, volente ſua Majeſtate juſtitiæ
„curſum non impediri, ſententia lata
„eſt, decretumque N. N. ob læſæ Maj.
„crimen honoris, vitæ & fortunarum
„reus eſto, hinc honoris omnis ac
„dignitatis jure privator; bona fiſco
„Regio addicuntor, ejus perſona Car-
„nifici ſubjicitor, ab hoc ei dextra ma-
„nus, caputque amputentur, & a
„vita ad mortem transmittatur. Hoc
„illi in meritam pœnam, aliis in terro-
„rem, deteſtandumque exemplum eſto,
„publicatum Viennæ trigeſima Aprilis
„Anno Incarnationis Dominicæ mil-
„leſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo
„primo.„

§. XIX.

Rei nobilitatis gradu dejecti.

Triduo antea Auſtriæ inferioris Curia hoſce rebelles ignominia notatos e nobilium albo expunxit, pronuntiata hac ſententia: „Poſtquam N. N.
„reus criminis perduellionis, & læſæ
„Majeſt. in hodierno inferioris Auſtriæ
„nobilium conſeſſu pronuntiatus, &
„tam ipſe, quam ejus filii nobilitatis
„charactere privatus degradationem
„hanc, & ademptæ nobilitatis ſenten-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„tiam ei denunciator præsentis decreti „prælectione intimabit; actum qua re„tione, quibus circumstantiis res uni„versa peracta sit, cum acclusione hu„jus ipsius decreti informabit. Actum „Viennæ in Nobilitatis palatio vigesi„ma septima Aprilis Anno millesimo „sexcentesimo septuagesimo primo. Die autem vigesima nona Aprilis pie„tissimus Imperator sententiæ severita„tem ita temperabat, ut rebelles duo„taxat capite plecti, manum tamen „dexteram haud abscindi præciperet.

§. XX.

Nadastii Comitis supplicium.

Diar. Europ. t. 22. pag. 289. Chavag. Mem. p. 276.

Enimvero die vigesima sexta Apri„Franciscus Comes Nadastius feralem „mortis nuntium generose excepit, „nas tamen literas ad Cæsarem dedit, „quarum una criminis gravitatem le„minuere nitebatur, altera vero mor„supplicium in perpetui carceris pœnam „commutari flagitabat, hæc perscribens: „„Quod infelix ego & indignus subdi„„Majestatem Vestram sacratissimam „„hucusque meis submississimis precibus „„interpellare, & thronum gratiæ ejus „„adire intermiserim, verecundia im„„quitatis meæ arcebat; nec præsumse„„bam nudis orationibus, inops meritis „„ru

„rum indignationem juſtam Majeſtatis „Veſtræ ſacratiſſimæ magis in me irri- „tare: feci id per alios debita humili- „tate, præſumendo unice poſt Deum „in terris a Majeſtate Veſtra ſacratiſſi- „ma gratuitam, & pientiſſimam beni- „gniſſimis viſceribus ejusdem innatam „miſericordiam, ſed o me infelicem! „*ſupergreſſæ ſunt iniquitates caput meum*: „nam horrendam ſententiam mortis „meæ ignominioſæ loco miſericordiæ „obtinui. Clementiſſime & miſericor- „diſſime Imperator, liceat mihi omni „auxilio humano deſtituto hiſce indi- „gniſſimis precibus coram Majeſtate „Veſtra ſacratiſſima comparere & ſup- „plicare, quatenus dignetur piiſſimis „ſuis oculis pauculas lineas, lacrimis „meis aſperſas legere & admittere. Vi- „ces Dei in terris Majeſtas Veſtra ſa- „cratiſſima agit, *divina juſtitia* juxta „S. Auguſtinum *ordinavit pœnam, aman- „tibus culpam*, & S. David inquit, *mi- „ſericordiam & juſtitiam cantabo Domino*, „cum itaque judicium mihi pœnam „merenti factum ſit, fiat & miſericor- „dia abominanti, & non moriar per „gladium, moriar per miſericordiam „Veſtræ Majeſtatis ſacratiſſimæ in pace „finiendo in luctu & pœnitentia pau- „culos dies reſiduos vitæ in aliqua re- „ligioſa domo; ne cum corpore etiam

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670

„anima moriatur; ſed pœniteat prius
„de præteritis male conſumptis diebus,
„moveatque Majeſtatem Veſtram ſe-
„cratiſſimam innata domui ſuæ miſe-
„ricordia judicium non exercere ſine
„miſericordia: tunc namque præcipua
„laus eſt miſericordiæ ac manſuetudi-
„nis, cum iræ juſtiſſima cauſſa eſt. Re-
„compenſabit miſericors & miſeratus
„Deus miſericordiam Majeſtatis Veſtræ
„ſacratiſſimæ hic & in æternum, cui
„omnem felicitatem ſubmiſſiſſimo ac
„devotiſſimo corde a bonitate divina
„exopto & me ſubjicio pedibus.

Majeſt. Veſtræ Sacratiſſimæ.

Humilimus & infimus ſubditus,

FRANCISCUS de Nadaſti

Cum autem Nadaſtius ſe ſuis precibus nihil proficere intelligeret, petit a Cæſare, ut ſibi liceat decem florenorum millia in pios uſus impendere. Annuit lubenter Imperator, eandemque gratiam Serinio & Francipano Comitibus indulſit. Priusquam vero Nadaſtius ad ſupplicii locum duceretur, Provinciæ Auſtriacæ Mareſcallus Comes de Sprinzenſtein convocato Ordinum conſilio Nadaſtium & Serinium, qui Nobilium Ordinibus adſcripti erant, unacum Filiis adempta nobilitate, con-

fracto

fractis gentis suæ insignibus ex Provinciæ Albo expunxit. Hæc igitur sententia intimatur Nadastio, moxque per eundem Maresçallum e Provinciæ Curia foras protruditur, omnesque undecim ejus filii pariter Nobilitate excluſi declarantur. Tum vero Nadastius animo concidit, inter uberrimas lacrimas exclamans: *Honores, famam, & vitam eripite, ast liberis culpæ innocuis parcite:* nitebantur adstantes eum solari, spe facta, proles, si fidei constantiam exhibuerint, facile pristinæ libertati & privilegiis esse restituendos: Facta eidem quoque est filios suos alloquendi copia, qua tamen uti noluit, ne dolorem augeret: Postea Sucheſius Comes Viennæ Gubernator Nadastium per suam Legionem tecto curru ad Urbis Prætorium noctu conduxit, ejusque Judici consignavit; confluxerant multa hominum millia, auditur fremens populi conclamatio: *Vivat Leopoldus justus? pereant rebelles?* Nadastius vero id unice quæsivit, quo tandem deduceretur, & an sibi cum conscientiæ suæ Arbitro agendi copia daretur? primo igitur diluculo diei vigesimæ octavæ Aprilis Superiorem Ordinis S. Augustini Discalceatorum accersivit, omneque tempus expiandæ conscientiæ, tractandisque cum Deo, animæ rebus

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

insumpsit, & Archimedem Christa-
num, quem librum P. Hilarius a S. Ana-
stasio Carmelita Excalceatus de mor-
tis memoria Viennæ ediderat, sibi trad
postulavit. Tandem die trigesima ejus-
dem Mensis ad ferale pegma deductus
inter ardentissimos erga Deum affectu
oculis per Ephebum obligatis fortis
ictum excepit, cujus caput & cadav
sarcaphago impositum ad PP. Augus-
nianos extra urbem vespere deductum
inde Sarwariam transportatum est.

§. XXI.

Serinius & Francipanius Neosta- capite plexi.

Labsansky Syn. jud. Posn. p. 10. Tuld. t. 3. pag. 17.

Advenerant Neostadium die vigesi-
septima Aprilis duo a Cæsare d
putati, qui mortis sententiæ in Se
nium & Francipanium exequendæ
tereſſent. Forti animo, immoto
vultu Serinius funestam mortis den
tiationem excepit, veniamque a D
& Cæsare exorans, se ad nefar
hanc conjurationem a Prædicanti
inductum fuisse fatebatur, demum p
posita rerum humanarum cura tot
se ad expiandas vitæ noxas conver
Francipanius vero tristi nuntio exa
ritus, culpamque excusare nisus,
nimis arcto, ut se rite ad æternit

iter compararet, termino querebatur, contentiſſime rogans, ut Cæſaris clementiam ſupplicibus literis tentare, ſibi liceret, quo conceſſo hanc ad eundem dedit epiſtolam: Sæc. XVII. A. C. 1670.

„Præ horrore tremendæ mortis ſententiæ vix calamum regere poſſum: „deſunt mihi vires Clementiſſime Imperator pro debito ſubmiſſum conceptum formandi ad eliciendam ſcintillam unam Auguſtiſſimæ Clementiæ „& pietatis Chriſtianæ: unde humillime rogo, hanc ſpiritu lanquido compactam ſupplicationem connaturali „ſua benignitate perlegere Clementiſſime dignetur. En genuflexus procido ante Auguſt. thronum Majeſt. „Veſt. ſacratiſſimæ, & lacrimis defluentibus ac inceſſantibus ſingultibus „rogo per quinque vulnera Chriſti, per „merita Virginis Deiparæ, omniumque ſanctorum, dignetur Maj. Veſtra „ſacratiſſima parcere unico juventutis „meæ delicto, & immaturi judicii transgreſſioni. Reſpiciat Clementiſſime Imperator ſuo gratioſiſſimo oculo floridam ætatem meam, quam intempeſtive perdere debeo. Ponderet Clementiſſime Imperator me miſerandum „unicum familiæ ſuperſtitem exſtare, „quæ ab enumerabilibus annis Auguſtiſſimæ ſuæ domui totique Chriſtianitati

„nitati

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„nitati incontaminata fidelitate ac de-
„votione ſemper inſervivit, & in quan-
„tum merita majorum non ſufficiunt,
„nec mea perſonalia (Deum teſtor)
„fideliſſime præſtita ſervitia Majeſtati
„Veſtræ ſacratiſſimæ, reſpiciat incon-
„parabilis ac ubique terrarum depre-
„dicata Clementia & Miſericordia Ma-
„Veſtræ, & me jam mortuum ad vi-
„tam reſtituere gratioſiſſime concedat;
„non abhorreo mortem in exequen-
„mandato Majeſtatis Veſtræ ſacratiſ-
„mæ & conteſtanda immutabili devo-
„tione mea erga meum Clementiſ-
„mum Dominum: ſemper enim pau-
„tus eſſem ad minimum Majeſtatis Ve-
„ſtræ nutum ultimam ſanguinis mei
„guttam profundere. Sed Clementiſ-
„ſime Imperator, contremiſco in ab-
„contemplatione ignominioſiſſimi tru-
„ſitus ex hac vita per manus ſicarii.
„Eheu me miſerum & infelicem, qui
„nam nunquam natus, vel jam ante
„e vivis deletus fuiſſem, Clementiſ-
„me Imperator, Carolus ille Magnus
„in comparationem ſuæ immenſæ bo-
„nitatis & Miſericordiæ exclamare ſo-
„lebat, vellem & mortuos ad vitam
„revocare, non minor in Majeſt. Veſtra
„ſacratiſſima cognita & comperta fe-
„per fuit Clementia. Nunc Clemen-
„Imperator exerceat glorioſiſſimam me-
„gnan-

„gnanimitatem ſuam in reſuſcitando me „miſerrime perituro. Agnoſcam vi- „tam & eſſe meum, ſacroſancte ſpon- „deo, totaliter debitam (poſt Deum) „miſericordiæ Majeſtatis Veſtræ, nec „impoſterum mihi, ſed Majeſtati vi- „vam devotiſſime. Gratia, pietas! Mi- „ſericordia! Clementiſſime Imperator, „hac ſolum vice! per ſanctiſſimam Tri- „nitatem obteſtor, transeat calix iſte „a me: impoſſibile enim eſt Clemen- „tiſſime Imperator, ut ſpatio aliquot „horarum viribus & ſpiritu derelictus „animæ ſaluti providere valeam ad ſuffi- „cientiam, Clementiſſime Imperator „ſuſcipiat flebiles deprecationes meas, „& gratiam vitæ in qualemcunque a- „liam pœnam pro libitu Benigniſſimo „commutare dignetur. Vellem Cle- „mentiſſime Imperator plura perſcri- „bere, & miſericordiam implorare, aſt „præ laſſitudine miſer nequeo, finio, „ac vitam & finem vitæ meæ, Maje- „ſtatis Veſtræ ſacratiſſimæ Clementiæ „& pietati ſubmitto, & committo cu- „piens vivere & mori.

Sæc. XVII. A.C. 1670.

Majeſt. Veſtræ Sacratiſſimæ

Humillimus Servus, & fideliſſimus ſubditus, umbra mortis.

Franciſcus Frangepanius.

P.S.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

„P. S. Die mortis hora ſexta noctu
„in poteſtatem judicii civitatenſis ho-
„die conſignatus, & pro die jovis pro-
„ximo ad mortem migraturus, ni
„Deus & gratia Majeſtatis Veſtræ ſa-
„cratiſſimæ his ſuperreſiduis horis m
„redemerit.

Neoſtadii die vigeſima octava Apri
hora undecima noctis, anni mil
ſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi pri

Pridie mortis Serinio & Francipa-
nio data eſt mutuo ſeſe ſalutandi po-
teſtas, ubi ambo præſente Capucino,
in genua provoluti veniam viciſſim pe-
tebant, & quidem Serinius ſe tantæ
calamitatis auctorem Francipanio inter
lachrimas profitebatur: tandem ver
arctiſſimo ab amplexu divulſi, ſibi ſalu-
tem dixere, ſeque invicem ad mortem
generoſe ſubeundam hortati ſunt, utr
que etiam ad afflictiſſimas uxores ſua
literas dederunt miſeratione plen
Die ergo trigeſima Aprilis ſuppli
deſtinata circa horam nonam ambo pe
ma in interiore armamentarii atrio
rectum aſcendunt, & prior Serinius
ſeipſum chlamyde exuit, ſibique oc
los per Ephebos velari jubet, dem
inter preces genuflexus ictum præ
latur, ſed infeliciter excipit, cum en
Vir robuſtus & obeſus eſſet, nonni
itera

iterato ictu caput a trunco abscissum est. Postea Francipanius Christi Cruci affixi imaginem manibus tenens, ac latino sermone circumstantes allocutus, annulum e digito detrahit, eumque Crucifixo imponens ait, *tuus hic est, o Jesu annulus, accipe hoc donum, quod adhuc meum est, pro hoc redde mihi æternam gloriam.* His dictis, ut munus suum exequatur, jubet carnificem, qui tamen primo ictu in dexterum humerum impegit, ita, ut quidem collapsus Comes in terram corrueret, caput tamen extollens assurgere niteretur, iterum iterumque Jesu nomen inclamans, donec tandem iterato ictu caput abscissum in terram caderet: Vespere utriusque cadavera in eandem foveam, in quam, quia cæcus cæcum duxit, uterque cecidit, immersa, in cæmeterio Ecclesiæ Cathedralis recondita fuere.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. XXII.

Tattenbachius Comes Græcii eodem supplicio mulctatus.

Postea die prima Decembris Græcii Tattenbachius Comes pari supplicio sublatus est, non tamen pari fortitudine; quippe percepta mortis sententia in rudem vociferationem, inconditosque ululatus ac gestus erumpens, men-

Sæc. XVII. A. C. 1670.

mente motus videbatur, atque inter vomitus, animique deliquia se huma volutans, bino ictu laniatus potius quam obtruncatus periit.

Denique Franciscus Bonifius Ca viniſta Poſonii capite plexus obiit, q Nadaſtium totius calamitatis Auct rem, & plusquam ſexaginta ſuæ N tionis rebelles incuſabat.

§. XXIII.

Gravis contentio Archiepiſcopum Electorem inter & Colonienſem Magiſtratum.

Caſtell. de Stat. Pol. Europ. c. 32. pag. 919.

Jam multis abhinc annis inveter fervebant ſimultates inter Archie ſcopos & Electores Colonienſes, n non præfatæ Urbis Magiſtratus; eunte enim Theodorico Archiepiſco circa annum Chriſti milleſimum qu ringenteſimum ſexageſimum quart inter Cathedrale Capitulum, & Co nienſes Status pacta, quæ *Unio Pro cialis* vocabantur, fuere quidem erec per quæ Electorum jura fuerant defi ac limitata: Enimvero hæc ipſa pa a quinque Electoribus leguntur con mata; ſub medium tamen hujus ſæc tempus inter Maximilianum Henric Electorem gente Bavarum & urbe Colonienſem ratione jurisdictio

novique pontis navalis, quo Elector Rhenum insternere meditabatur, nova oriebantur dissidia, Gallis potissimum sufflaminantibus, qui præfatæ Urbi jam dudum inhiabant: Initio publicis scriptis, quibus utraque pars sua propugnabat jura, ultro citroque disceptatum, tandem vero a calamis ad arma deventum, bellumque ingens in Germania prope susscitatum per novam controversiam hoc anno exortam, cum enim Colonienſis Magistratus quosdam milites delinquentes fustibus cædi fecisset, reclamabat Elector, causſatus, urbi criminalem jurisdictionem haud competere: econtrario autem Magistratus jus militare, quod sibi tanquam Imperii Statui conveniret, opponebat, simulque jactato patriæ libertatis tuendæ obtentu ab Hollandis Architectum quemdam pro munienda urbe, necnon Pamphieldium Batavorum Chiliarcham accersebat, qui ære Batavo legionem ibidem conscripserat: Periculosæ huic novitati obstitit Archiepiscopus, Electorale non minus ac territoriale jus violari questus: Episcopus quoque Monasterienſis, utpote Westphalici Circuli Director Magistratibus hos ausus exprobrabat, eis denuntians, quod extera, & quidem Calviniana armorum societate Urbi haud opus esset,

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII A. C. 1670.

cum potens auxilium a Circuli Westphalici Proceribus, exigente necessitate urbi semper præsto foret. Verum Colonienses his rationibus adeo non cessere, ut potius indies eorum opera augeretur Batavus miles, festinarentur munimenta, totaque Archidiæcesis armis accingeretur. Ad novi tumultus cumulum accessit Guilielmus Fürstenbergius, Gallis addictissimus, qui sibi inter has turbas Electoratus successionem aucupari moliebatur, inclinante ad ejus nominationem ipsomet Maximiliano Electore, qui Galliæ arma & patrocinium adversus Colonienses implorabat, cum viciffim hi Batavos, & Cæsarem tanquam juris ac libertatis suæ vindices deposcerent. Ne vero hæc controversia in apertum bellum prorumperet, Imperator unacum copiis Marchionem de Grana ad urbem deputabat, Moguntinus quoque, Trevirensis, & Brandeburgicus Electores eo destinabant suos Oratores, pacis arbitros: Nec his contenti, insuper Circuli Westphalici comitia Mense Junii Bilefeldiam indixere. Horum igitur opera, ac præcipue Christophori Bernardi Monasteriensis Episcopi consilio post biennium die duodecima Januarii transactum est, ut exterus miles ex urbe emitteretur, in ejusque locum circu-

circuli præsidium assumeretur: Urbs vero in cæptis pergeret munitionibus, ea tamen lege, ut si locus, aut fundus, in quo munitio exstrui cæpisset, territorii Electoralis esse constaret, omnia in pristinum statum reponerentur; ceteræ autem controversiæ coram Imperii Curia expedirentur: Denique Elector Moguntinus Urbis libertate abuti, a Cæsare vetitus est, indeque prohibitus ipse etiam Fürstenbergius a consequenda Electoratus dignitate. Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. XXIV.

Prima Messanensis rebellionis semina.

Sub idem tempus Messinæ in Sicilia meditatæ diu, ac tandem maturescentis rebellionis semina primum erupere: sæpius enim Urbis Magistratus Regis jura infringere, Regiosque Ministros sua auctoritate privare moliebatur: nunc vero, cum Ludovicus de Hoyo Gubernator severius, accisis Senatorum privilegiis imperare crederetur, & rei militaris Præfectus, quem *Stratico* vocant, turbatas res acriori forsan vindicta reparare niteretur, Messanensis Senatus primo Madriti apud Regem desuper querebatur, cum autem se nonnisi promissis lactari cerneret, aperta fronte Regiis Ministris obstitit, *Mem. Hist. & Chronol. Riencourt tom. 2. pag. 370.*

Sæc. XVII. A. C. 1670.

stitit, totamque urbem adversus eos armavit, accitis etiam ex Francia copiis. Interim ex omni civitatis gradu sub privilegiorum obtentu conflata est conjuratorum societas, impio hoc jeramento devincta, se nulli unquam mandato aut decreto, quod Regis Hispani nomine proponeretur, assensuram, nisi re cum sociis communicata ejusmodi edictum ab illis approbandum censeretur: Inde vero quotidianæ inter Gubernatorem & Senatum altercationes, quarum occasione ex plebe petulantissimi omne jugum excutere moliti, quæcunque Regis auctoritatem labefactare potuissent, impune proscripsere, atque eluserunt; quinimo non modo Regios Ministros, sed etiam quosdam ex Senatoribus, qui de Rege suo reverenter loqui, vel imperata mandata exequi non timebant, alios exceris, alios equlei pœna affecere, alios denique in exilium protruserunt. Hosce seditiosos Gubernator famæ obsequium revocaret, datis ad Hispaniæ Ministros literis, ne Messanensibus frumentum venderent, aut advehi permitterent, interdixit: unde civitas mox gravi inedia premi cæperat: Hi calamitatis culpam factiosi in Senatum exonerant, Senatorum quorundam ædibus ignes injiciunt, ac turmatim

ad Curiam convolantes, Senatorum sedilia e feneſtris projiciunt, necnon in populi favorem quædam promulgant edicta, atque inter ea ſtatuunt, ut deinceps ex Nobilibus nonniſi tres, & hi quidem a Nobilibus ſimul & a civibus electi, Senatoria gauderent dignitate: Scinditur ipſa Urbs in duas factiones, quarum una, infirmior tamen, Gubernatori favebat contra Senatum, altera & hæc potentior Senatui adverſus Gubernatorem. Hanc ſeditionem compreſſurus Lignyus Princeps Siciliæ Pro-Rex Gubernatorem acriter objurgatum ad Mylonenſem arcem relegavit, apertisque carceribus vinctos libertati reddidit, & proſcriptos revocari juſſit. Iniquiſſimo autem tempore accidit, ut Pro-Regis literæ interciperentur, quibus ſignificabat, ſe quidem neceſſitati ceſſiſſe, mutata autem rerum facie ſe caſtigatis Meſſanenſibus, Gubernatorem revocaturum: Divulgatis hiſce literis mox factioſi in rabiem acti, platearum aditus catenis doliisque obſtruunt, ipſumque Pro-Regis Palatium tam arcte cingunt, ut beneficii loco haberet, quod fuga ſeſe ſubducere ſibi liceret: Subrogatur interim ab Hiſpaniæ Regina alius Gubernator, nomine Didacus de Soria, qui Senatores Regi ſuo minus addictos in Palatio

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

ſuæ cuſtodiæ dari præcepit, re auten
comperta mox plusquam quindecim
factioſorum millia, ductoribus Thom
Caffari Filiis, Palatium cingunt, ca
tosque liberari petunt, quo obten
Senatores Gubernatorem tanquam U
bis hoſtem ſuo officio dejectum decl
rant, eumque in carceres detruſiſſent
niſi ſeditioſi crebris tormentorum ex
ploſionibus diſſipati fuiſſent. Pote
Thomas Caffarus annuente Senatu
populo Filium ſuum Romam decrev
ut a Franciæ Oratore militum, & a
nonæ ſuppetias impetraret: Id eor
datur precibus, moxque Favillada A
chitalaſſo, claſſis annona bellicoque
paratu inſtructiſſima in mare protrudi
& Meſſanenſes Gallico auxilio tumi
cunctas arces, excepta illa S. Salva
ris, expugnant, & Gallica præſi
Meſſinæ recipiunt: Advolat viciſſim
Catalaunia Comes S. Germani c
multis navigiis potenter inſtructis,
pugnant integræ claſſes in aquis S
lis, commiſſoque navali prælio G
ab Hiſpanis in fugam aguntur, ſi
que Pro-Rex Hiſpano milite au
in urbem impetum urget, a civ
tamen repulſus: Inſuper Bertra
Gueverra Neapolitanæ claſſis Præfe
cum navibus ſuis otioſe ſubſiſtens, G
licæ claſſi innoxiæ exſcenſionis co
fec

fecit: qua facta, Favillada civium ope suf- Sæc. XVII.
fultus, arcem S. Salvatoris tanta vi op- A. C. 1670.
pugnabat, ut Gubernator deditionem sponderet, nisi intra octiduum ex Hispania nova adventarent auxilia: Verum septima post die Gueverra viginti naves urbi applicat, quo conspecto Messanenses in arcem nonnullos clam immittunt, atque excubitores nimia securitate sopitos trucidant, necnon Andreæ Montmeiano cum ducentis Gallis accurrenti arcis portam, ægre Gubernatori indulta libertatis gratia, aperiunt: Capta hac arce, novisque advectis ex Francia subsidiis, Messanenses Hispani Regis, utpote seditionem vindicaturi imperio se rursus subjicere veriti, non modo præcipuas Urbis sedes, quas sibi in securitatis pignus Favillada tradi petierat, sed ipsam Messanensem civitatem, seque, ac sua bona Galliæ Regi pleno jure donarunt. Tenuit hæc seditio, hicque Urbis Status integros octo annos; tandem vero, cum Vivonneus Franciæ Mareschallus Messanenses cives pessime haberet, ejusque milites urbem stupris, rapinis, omnique scelerum enormitate contaminarent, cives tantas molestias pertæsi, indies novas moliebantur conjurationes; quapropter Ludovicus Franciæ Rex, cum Noviomagensis

Sæc. XVII. A.C. 1670.

genſis pacis articulis Carolus Angiæ Rex Siciliæ reſtitutionem inſeruiſſet, aliunde vero Galliarum Regi hæc ex peditio in rebellionis fulcimentum ſu cepta parum decora, multum vero pe riculoſa eſſet, Favilladæ in mandat dedit, ut deſerta Meſſina Gallos in pa triam reduceret. Hic ergo ſimulat majoris longe momenti expeditione Gallos omnes, etiam ægros navibus quas ipſimet Meſſanenſes nil mali ſ ſpicantes, abundanti annona inſtru rant, die octava Aprilis impoſuit, cu vero paululum extra tormenti jactu a litore claſſem ſuam removiſſet, c civibus præcipuos accerſiri juſſit, p inde acſi eis magni momenti re cujus antea oblitus eſſet, denunti vellet. His autem illico accurrenti manifeſtabat, ſe in Galliam cum reverſurum. Tum vero Meſſanen velut fulmine tacti obriguerunt, protenſis manibus, elatisque c moribus, & lacrimis rogarunt, ne deſereret, nec promeritæ Hiſpanor indignationi ac vindictæ expone Verum ab eo haud amplius obtin poterant, niſi ut quingenti Gallis magis obſequioſi intra bidui ſpatium Gallicas naves reciperentur, cete ſuo fato relictis, ſeque turpiter debi fuiſſe dolentibus: Quamprimum H

ſpa

ſpani, quos Regienſis Gubernator ad- Sæc. XVII.
duxerat, in urbem fuerant recepti, mox A.C. 1670.
omnes cives arma ponere juſſi ſunt, ſimulque ſeditionis auctoribus, qui adhuc ſupererant, pro criminis ratione caſtigatis, reliquis venia data eſt: Nec magis benignam ſortem experiebantur in Galliam profugi; horum enim potiſſimi, Divina Ultione eos inſequente, innumeris calamitatibus abſumpti miſere perierunt.

§. XXV.

Impia dogmata Benedicti Spinoſæ.

Hoc item anno Benedictus Spinoſa Hamburgi ſuum edidit *tractatum Theologico-Politicum*, in quo habentur prima ſemina impii atque abſurdi illius ſyſtematis, quod in ſuis operibus poſthumis explicatius legitur: Erat is patria Amſtelodamenſis, religione Judæus, ac impietate publicus Atheus: Impenderat aliquot annos in Theologicis ſtudiis, ac frequentes cum Rabbinis diſputationes habuit, poſtea vero a Judæorum communione deficiens, ac propterea a quodam Hebræo graviter vulneratus, nomen inter Chriſtianos neſcio quibus fraudibus profeſſus eſt; nulli enim religioni nomen dedit, ſed ſolius Philoſophiæ, ac præprimis Car-

Sianda Lex. Poli tom. 3.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

teſianæ Methodi ſubſidio veritates perſcrutari conniſus, tandem in Atheismum ſeſe præcipitem dedit: unde nonnulli hoc monſtrum ex Carteſii principiis progerminatum fuiſſe tradidere, qua occaſione præter Danielis Huetii cenſuram prodiit hoc anno Samuelis Mareſii diſſertatio de abuſu Philoſophiæ Carteſianæ unacum ejusdem vindiciis Petro ab Andlo Batavo oppoſitis; elucubravit quoque Petrus van Maſtricht ſuam *gangrænam novitatum Carteſianarum*. Ceterum Spinoſa inter horrendas ſuas blasphemias, atque errores præcipue propugnabat, religiones non propter ſpem vel metum vitæ æternæ, ſed propter Reipublicæ quietem, bonumque fuiſſe adinventas: *Prophetas non fuiſſe perfectiore mente*, ſeu Dono divino *præditos*, ſed duntaxat quadam *vividius imaginandi potentia*: de Apoſtolis quoque hæc ſcripſit, *longas Pauli diſputationes & argumentationes, quales in Epiſtolis ad Romanos reperiuntur, nullo modo ex revelatione ſupernaturali ſcriptas fuiſſe - - - tam modi loquendi, quam differentia Apoſtolorum in Epiſtolis clariſſime indicant, easdem proin non ex revelatione & Divino mandato, ſed tantum ex ipſorum naturali judicio ſcriptas fuiſſe, & nihil continere præter fraternas monitiones mise-*

ras

tas urbanitate, a qua ſane prophetica Au- Sæc. XVII.
thoritas plane abhorret. A. C. 1670.

Ne vero Dei exiſtentiam aperte negaſſe videretur, frequenter Divini Nominis mentionem fecit, reipſa autem Dei nomine univerſalem & unicam intellexit mundi ſubſtantiam, ac naturam, id eſt, univerſum hoc, ſive quicquid ambitu ſuo complectitur hic mundus ex ſeipſo & per ſeipſum ab æterno exiſtens, nec ullam ſui cauſſam externam ſive efficientem ſive finalem agnoſcens: unde in appendice partis primæ Ethices palam inſultat illis, qui negant creaturas ex ſeipſis fuiſſe, creaturas vero per Deum eſſe, nil aliud eſſe pateat, quam modificationes ſeu attributa præfatæ ſubſtantiæ, ex quo ſequatur omnia formaliter in Deo contineri, proin Deum non eſſe Deum, ſed quamdam mutabilem materiam ſeu univerſum, quod in hominibus cogitat, in animantibus ſentit, in plantis vegetat, & in terra inanimatum eſt. Impii hujus hominis libros Batavi, licet alias Calvini blasphemiis aſſueti, haud tamen tolerandos cenſuerunt, illosque promulgato edicto proſcripſere. Ejusdem quoque opera poſthuma ſacra Indicis Congregatio die decima tertia Martii anno hujus ſæculi ſeptuageſimo nono, & poſtea

Sæc. XVII. A.C. 1670. postea die vigesima nona Augusti anno nonagesimo confixit.

§. XXVI.

Quidam libellus contra Jesuitas a Parisiensi Senatu rogo addictus.

Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 138. 337.

Prodiit anno priori Auctore Arnaldo primus tomus cujusdam libelli, cujus titulus est, *Practica morum doctrinæ Jesuitarum ex eorum libris fideliter extracta a quodam Doctore Sorbonico:* Hos scripto graviter se offensos reputabant Jesuitæ, quocirca Parisiensem Archiepiscopum, ut læsum honorem indigni hujus fœtus proscriptione repararet, supplices adibant. Hic ergo rem ad Parisiensem Theologicam Facultatem detulit, jussitque, ut ea quosdam nominaret Doctores, qui hunc librum sedulo examinarent: Referebant ipsi, hoc scriptum mendaciis, & convitiis tum etiam falsis, scandalosis, hæreticisque propositionibus esse refertum. Eapropter non modo Archiepiscopus illud proscripsit, sed etiam die decima tertia Maij Parisiensis Senatus hoc libellum rogo addixit, nec tamen hic flammæ Arnaldi calamum attigere, quo minus septem alios tomos ejusdem argumenti conscriberet in Galliis & Hollandia typis editos.

§. XXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. XXVII.

Parisiensis Senatus decretum contra Clementis X. Constitutionem de Regularium privilegiis.

Die vigesima prima Junii Clemens Papa X. Constitutionem, quæ incipit: *Superna magni*, edidit, ac die secunda Augusti promulgavit, in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Divini Verbi, & administrationem Sacramenti pœnitentiæ explicans, ac confirmans, in paragrapho quinto statuit, *eos, qui Religiosis Mendicantibus simpliciter approbatis paschali tempore confessi fuerint, constitutioni, quæ incipit*, omnis utriusque sexus *quoad confessionem duntaxat satisfeciisse censendos*, & antea, *Religiosos semel simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore etiam paschali, & quorumcunque etiam infirmorum confessiones audire absque ulla parochorum vel ipsius Episcopi licentia.* Cum autem Franciæ Episcopi antiquum morem in eorum Diœcesibus invaluisse obtenderent, ut Paschali tempore sine Parochorum consensu fidelium confessiones excipere, Regularibus Sacerdotibus non liceat, hinc ad Præsulum preces Parisiensis Senatus hanc Pontificis Constitutionem promulgari inhi-

Bull. magn. Clem. X. Const. Argentre l. c. pag. 138. & 338.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

inhibuit. Ita ſenſim in Pariſini Sena-tus arbitrio erit Pontificiæ Conſtitutioni obtemperare vel non, ac demum quic-quid hic præſcripſerit id Orbi Gallica-no lex erit, Epiſcopis quondam amare de-ploraturis, quod iterato ad Laicum Tribunal recurſu eidem ſuam auctori-tatem in ipſos Epiſcopos, resque Ec-cras extendendi obtentum dederint.

§. XXVIII.

Scipionis Elcci Cardinalis obitus.

Eggs ſupp. Purp. doct. p. 591.

Sede adhuc vacante hoc anno die duo-decima Aprilis Romæ deceſſit Scipio ex Comitibus Elcciis, Patritius Se-nenſis. Erat ei ex primævo natura beneficio acutum ingenium, rara me-moriæ felicitas, & ingenuæ mentis candor: quapropter ad quævis mu-digne obeunda aptus cenſebatur. Ab-huc Juvenis utriusque, ut vocant, Si-gnaturæ Referendarius, Firmanus Præ-tor, ac poſtea Pientinus Epiſcopus, ac demum Piſanus Archipræſul no-nabatur. Rexerat hanc Eccleſiam vi-viginti duos annos ſumma vigilantiæ ac prudentiæ, pietatisque laude. Eg-rat quoque Sedis Apoſtolicæ Legatus ad Rempublicam Venetam, & Ferdi-nandum III. Cæſarem, a quo tanti ha-bitus, ut ad ejus preces Romanam Purpu-

Purpuram in meriti præmium aſſequeretur: Dimiſſa Archiepiſcopali Eccleſia Legatus Apoſtolicus Provinciam Æmiliæ ſumma integritate adminiſtrabat, qua tamen legatione poſtmodum ſolutus, in variis Patrum cætibus ſua Eccleſiæ obſequia cum magno proventu usque ad obitum ſuum impendit. Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. XXIX.

Franciſci Nerlii Cardinalis deceſſus.

Alter erat Franciſcus Nerlius patria Florentinus, qui poſtquam in celebrioribus Italiæ Academiis ſacratiores ſcientias vix non exhauſerat, Romæ velut doctrinæ ſimul & pietatis prodigium celebrabatur, ac graviſſimis negotiis adhibitus, miram ubique ſolertiam, ac ſingularem in rebus agendis, civilibusque cauſſis decidendis prudentiam dexteritatemque exhibuit. Ideo ab Innocentio X. inter Referendarios cooptatus, aliisque officiis admotus, primo Piſtorienſis Epiſcopus, poſtea Florentinus Archiepiſcopus nominatus eſt, ac per plures annos Alexandro VII. a ſecretioribus epiſtolis fuit, tandem a Clemente IX. Purpura decoratus. Verum fatorum invidia nonniſi unico anno hac dignitate potitus, ſubito Lithiaſis morbo correptus, die ſexta *Eggs Purp. Doct. p. 501.*

Sæc. XVII. A. C. 1670.

sexta Novembris Romæ mortalitatem exuit, anno ætatis septuagesimo quinto. Posteris reliquit pene innumera varii argumenti scripta, quæ tamen adhuc in familiæ suæ Musæo inedita asservantur.

§. XXX.

Bernardus Gustavus Fuldensis Abbas Purpura decoratus.

Palat. in vita Clem. X. Cont. Chron. Hist. l. 9. p. 136.

Sub primis Pontificatus auspiciis Clemens X. Papa die decima sexta ... nii ad implorandum Dei auxilium ... felici Ecclesiæ universalis regimine ... versale Jubilæum indixit, quod etiam ... in omnibus Catholicorum Provinciis ... cum summa animi lætitia promulgatum ... est; non deerant tamen Viennæ Au... corum nonnulli, qui Leopoldo I. Cæ... sari Authores essent, ut hujus Jubilæi ... promulgationem differri præciperet, ... donec neo - electus Papa ex natione ... Germanica Cardinalem crearet, qui ... quod ejus Prædecessor hunc honorem ... Germanis exhibere neglexisset: Verum ... Cæsar, qui nihil non cum religione ... conjunctum cogitabat, surdas ad ejus ... modi cavillos aures præbuit, de Clementis X. æquitate satis persuasus, ... nec sua eum opinio fefellit; mox enim ... ac Pontifex hac de re edoctus fuerat, ...

confestim Bernardum Gustavum Bado-Durlacensem Marchionem, ac Fuldensem Abbatem & Principem Campidunensem, qui anno hujus sæculi sexagesimo Ecclesiæ Catholicæ accesserat, Romana Purpura decoravit, cujus tamen electionem nonnisi biennio post die vigesima secunda Februarii promulgare voluit. Ejusdem quoque dignitatis socios die vigesima secunda Decembris nominabat Clemens Papa Fridericum Borromæum, Camillum de Maximis, & Casparum Carpinæum, omnes Viros de Christiana republica obsequiis, legationibus, atque officiis adeo bene meritos, ut horum neminem Momus Romanus, quem Pasquinum vocant, præter morem suum allatrare ausus fuerit. Sæc. XVII. A. C. 1670.

§. XXXI.

Clementis X. Papæ Constitutiones.

Præter præfatam Constitutionem, quo Clemens X. Pontifex Maximus anni sacri gratias promulgaverat, insuper hoc anno plures alias edidit sanctiones Apostolicas, atque inter alias, ut nuper memoravimus, declaravit Regularium privilegia circa Verbi Divini prædicationem, & administrationem Sacramenti Pœnitentiæ: die autem deci- *Bull. magn. tom. 6 Clemens X. Const.*

Sæc. XVII. A. C. 1670.

ma quarta Auguſti & vigeſima octav
Januarii confirmavit cultum Beato Pa
ſchaſio de Valentia Martyri ex Ordi
Beatæ Mariæ de Mercede Epiſcop
Giennenſi, necnon B. Ludovicæ ter
Ordinis S. Franciſci ab immemorabi
tempore exhibitum: conceſſit etia
idem Pontifex Jeſuitis, ut Miſſam
Officium de S. Stanislao recitare p
ſent. Pariter die trigeſima Auguſti
ſtructionem promulgavit, quomo
teſtes de morte Mariti vel uxoris
ſtantes interrogandi ſint: cum aute
ejus Prædeceſſores jam dudum ſtatu
ſent, ut Meretrices publicæ, vel a
mulieres ex turpi quæſtu viventes
tiam ſuorum bonorum partem Mo
ſterio S. Magdalenæ a Leone X. P
erecto, in quo ejusmodi fœminæ
meliorem frugem reductæ degunt,
ſtato relinquerent, earum vero
nullæ, ut hanc legem eluderent,
vita varias diſpoſitiones feciſſent,
Pontifex die undecima Octobris e
modi contractus fieri prohibuit,
prius ſcriptotenus fuiſſet obtenta
centia, quæ tamen non concederet
niſi hæ mulieres tertiam partem
ejusmodi contractuum proventu red
dantem præfato Monaſterio tradat
Die autem trigeſima prima Octob
declaravit Pontifex, quod Carmelit

Exco

Excalceati omnibus Carmelitarum calceatorum privilegiis plene fruantur. Sæc. XVII. A.C. 1670.

§. XXXII.

Diversæ S. Congregationum decisiones.

Decis. S. Cong. rit. Concil.

Inter varias Sacrarum Congregationum Romanarum decisiones præcipue sacra rituum Congregatio die vigesima prima Junii declaravit, quod infra octavam Corporis Christi non possint celebrari Missæ votivæ quæcunque vel pro defunctis. Decidit quoque sacra Concilii Congregatio, quod Sacerdotes simplices teneantur inservire Ecclesiæ Cathedrali omnibus diebus festivis, & cogi possint juxta Constitutiones Synodales: Pariter die vigesima octava Novembris declaratum, quod quamvis electio Musicæ pertineat ad Parochos, qui illam vocant propriis sumptibus, Episcopus tamen debeat inspicere, ne quid impurum aut lascivum inter canendum immisceatur: Denique S. Rituum Congregatio sequenti die ejusdem Mensis Senensibus respondit, quod prima Dignitate impedita vel absente, succedat secunda Dignitas in functionibus peragendis, & secunda impedita, succedat tertia, & omnibus

Sæc. XVII. A. C. 1670. impeditis, vel abſentibus, primus Canonicus id exequatur.

§. XXXIII.

Principum atque illuſtrium obitus.

Theatr. Europ. tom. 8. Currens hic annus quamplurimis Principibus exitialis ac poſtremus exſtitit, atque inter eos prior die nona Februarii deceſſit Fridericus hujus nominis III. Daniæ Rex, primo Verdenſis Pſeudo-Epiſcopus, & poſtea Bremenſis, a quo tamen Epiſcopatu pro more ſui lius ævi, quo armorum potentia Epiſcopatus diſtribuebantur, a Suecis ſpoliatus eſt. Ceterum Princeps erat ingenio mitis, & ultra Principum curas ſuæ ſectæ ita addictus, ut ſuorum Præſulum teſtimonio minime fidens, ipſe Religionis rationes & momenta credendi lectionibus perſcrutaretur, ſuæque ſectæ falſitatem absdubio detexiſſet, ſi vel unicum ex Catholicis Doctoribus, qui veræ fidei ſanctitatem ei exponere, conſulere potuiſſet: Succeſſorem in Regno habuit Chriſtianum V.

Eodem anno die vigeſima ſeptima Januarii obiit Nancæi Nicolaus Franciſcus Lotharingiæ Dux, cujus vita variis fortunæ eventibus memorabilis erat, mors vero toti ſuæ familiæ communis calamitatis præambula; poſt quam

quam enim Carolus IV. Dux ejus Frater ex Hiſpana captivitate reverſus, contra quædam pacis Gallo-Hiſpanicæ capita reclamabat, ſibique Hiſpaniæ Regem infenſum reddebat, in Franciam profugus, anno hujus ſæculi ſexageſimo ſecundo omnes ditiones ſuas Ludovico Galliarum Regi Mont-Martyrienſi pacto ceſſit, ſub certis conditionibus, quas tamen primo ejus propinqui, ac poſtmodum ipſemet vehementer impugnabat; quapropter a Franciæ Rege omnibus Lotharingiæ proventibus & militia ſpoliatus, Gallis totam Lotharingiam repentino impetu invadentibus, ægre hoſtium manus evadere, ac Coloniam ſeſe recipere potuit. Harum calamitatum teſtis, ſociusque erat Nicolaus Franciſcus Dux, qui anno hujus ſæculi vigeſimo tertio Tullenſis Epiſcopi Coadjutor, tertio poſt anno ipſemet hujus Eccleſiæ poſſeſſionem adiit, ſequenti anno Romana Purpura decoratus. Hucusque nonniſi a longe malorum ſpectator eſſe videbatur; poſtquam autem dimiſſo Epiſcopatu, ſuisque Abbatiis Claudiam Conſobrinam ſuam ſibi matrimonio junxerat, proximius illum infeſta fortuna inſectabatur; quocirca uxore ſua anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto Viennæ defuncta

Sæc. XVII. A.C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

ipse rursus Clericum induit, & Senonensem Abbatiam, quam eidem Carolus V. ejus Filius cessit, rursus adiit, tandem vero post paucorum dierum infirmitatem mors omnibus miseriis, quibus ejus vita fuerat agitata, finem imposuit. Obiit pariter die decima septima Junii Erdmundis Sophia Christina Ernesti Barutensis Marchionis Conjux, quam pari fato sequebatur Florentiæ Ferdinandus II. Magnus Etruriæ Dux, relicto Successore Cosma III. ejus Filio. Denique vitam cum morte die trigesima Januarii Aquisgrani commutavit Augustinus Franciottus Lucensis, Trapezuntis Archiepiscopus, necnon Apostolicus ad tractum Rheni Nuntius, qui a Clemente IX. Papa ad conciliandam pacem inter Hispaniæ Reges decretus, hoc negotium ad Pontificis votum absolvit. Successorem habuit Franciscum Bonvisium itidem patria Lucensem, Thessalonicensem Archiepiscopum.

§. XXXIV.

Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & decessus.

Wolf. Bibl. Script. min. Mandos. Bibl. Rom. Witte Diar. Biogr.

Non desunt ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc anno defuncti, variis lucubrationibus sui nominis memoriam apud eruditos æternam reddiderunt; hos

hos inter primo loco occurrit Nicolaus a Caſtro, qui exercitationes Salmanticenſes, ſeu prælectiones juridicas, tractatum de milite Monacho pluraque alia edidit. II. Franciſcus Hannibal Dux de Eſtrees ſcripſit commentaria de rebus ſub Maria Medicæa Franciæ Regina geſtis, necnon binas relationes de obſidione Mantuana, & denique conclave Gregorii XV. Papæ: obiit Pariſiis anno ætatis centeſimo ſecundo. III. Joannes Franciſcus Senault Congregationis Patrum Oratorii Generalis, qui poſteris reliquit paraphraſin in Job, tractatum de uſu Paſſionum, hominem peccaminoſum, hominem Chriſtianum, & quamplurimas panegyres de Sanctis. IV. Alexander Conſedentius Canonicus elucubravit theatrum deſcriptionum Sacrarum moralium & Academicarum, tractatum de dignitate Matris Dei, & coronam gemmarum, quibus Regina cælorum fulget. V. Ferdinandus Ughellus Ciſtercienſis Abbas edidit Italiam ſacram in octo voluminibus, a Coleto auctam, Elogia Pontificum & Cardinalium Ordinis Ciſtercienſis, annotationes ad Ciaconium de vitis Pontificum, Columnenſis familiæ Cardinalium imagines, genealogiam de Capiſucchis, defenſionem Nobilitatis Neapolitanæ, Hiſtoriam de familia

Sæc. XVII. A.C. 1670.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Comitum de Marsciano præter plurima alia nondum typis edita. VI. Henricus Engelgrave S. J. prælo subjecit lucem evangelicam in omnes Dominicas, cæleste Pantheon in festa Sanctorum, cæleste Empyreum, meditationes de Passione, & alia nonnulla. VII. Joannes Ottonellus scripsit memoriale ad spectatores theatralium obscænitatum, tractatus de anguſtiis peccatoris in agone, de abusu Christianæ spei, charitatis, misericordiæ &c. de usu & abusu picturæ & sculpturæ, de periculosa conversatione, de Christiana moderatione, & Paræneſin ad lusores chartis vel aleis &c. VIII. Joannes Baptista Ragon Jesuita publici juris fecit fœdus inter perfectiones Verbi Divini, & infirmitates naturæ humanæ in mysteriis Incarnationis, de mysteriis Passionis &c. IX. Christophorus Juge ejusdem Societatis edidit justificationem modi procedendi contra Janseniſtas & methodum defendendi Eccleſiam contra adversarios, de hoc Auctore jam supra l. 201. §. 6. tom. 61. pag. 12. egimus. X Joannes Thomas Rocabertus Episcopus Valentinus Ord. FF. Prædicatorum excudi fecit tres tomos de Romani Pontificis auctoritate, & XXI. Tomos Bibliothecæ maximæ Pontificiæ præter plurima alia. XI. Albertus Zennerus ejusdem

ejusdem Ordinis scripsit dilucidationem regularum Juris, armamentarium Evangelico-Thomisticum contra Dorschæum, compendium veritatum orthodoxarum contra eundem, præter alia nonnulla. XII. Petrus Labat itidem Dominicanus Tolosæ edidit octo tomos Theologiæ Scholasticæ. XIII. Laurentius a S. Theresia Carmelita excalceatus in Romano Missionum Seminario Lector dogmaticus posteris reliquit quinque tomos Theologiæ Scholasticæ, cui titulum *Spicilegii Thomistici* indidit; obiit Romæ nonnisi quadraginta quatuor annos natus. XIV. Ludovicus Jacob a S.Carolo Carmelita scripsit Bibliothecam Pontificiam, catalogum hæreticorum, qui aliquid contra Romanos Pontifices ediderunt, libellum S. Marcelli & B. Petri, tractatum de disputatione B.Petri & Simonis Magi, tractatum de præstantissimis totius Orbis Bibliothecis, Bibliothecam Parisinam, Bibliographiam Gallicam universalem, Elogium Ven. Sororis Joannæ de Cambry & Mariæ Schurmanæ, libros tres de claris Scriptoribus Cabillonensibus, Bibliothecam Cardinalitiam, Burgundicam & Augustinianam, Bibliothecam S. Scripturæ præter alia plusquam triginta volumina partim edita, partim inedita.

Sæc. XVII. A. C. 1670.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. XXXV.

Proteſtantium Scriptorum opera & obitus.

Freher Theatr. erud. Bayl. Dict. Hiſt. Pope cenſ. relat. Auct.

Obiere etiam hoc anno Acatholicorum Scriptorum nonnulli, quorum opera recenſere lubet, & quidem I. Alexander Morus ſcripſit commentarium in Caput LIII. Iſaiæ, notas ad loca quædam novi Fœderis, tractatum de gratia & libero arbitrio, cauſſam Dei ſeu de Scriptura ſacra præter quædam exercitationes. II. Vavaſorius Powel edidit Scripturam concordantem, Dialogum inter Chriſtum, & Publicanum, narrationem de converſione & miniſterio ſuo præter alia nonnulla. III. Joannes Dallæus ſuperbus & arrogans Calviniſta, qui tantam ſibi vendicavit auctoritatem, ut fere in tyrannidem degeneraret: Edidit apologiam pro duabus Eccleſiæ Proteſtantium Synodis in Gallia, librum de uſu Patrum, tractatum de jejuniis & quadrageſima, de Pſeudepigrahis Apoſtolicis, de fidei ex Scripturis S. demonſtratione, de confeſſione auriculari, de pœnis & ſatisfactionibus humanis, de confirmatione, & extrema unctione, de imaginibus, de cultibus Religioſis, de ſcriptis, quæ S. Dionyſio & Ignatio attribuun-

buuntur, de quo tamen argumento jam antea P. Morinus Orat. Congregat. Presbyter magis erudite differuit. IV. Joannes Matthiæ, qui Chriſtinam Sueciæ Reginam propinatis ſectæ erroribus infecit, ac ipſus de ſua religione dubius poſtea Calvinum & Lutherum concordare incaſſum nitebatur: Hic prælo ſubjecit ſyntagma breve Theologicum, Inſtitutionem Catecheticam Religionis Chriſtianæ: Examen Catecheticum in Diæceſi Stregnenſi, Regulam credendi & vivendi, formam cultus Divini, & abſolvendi, necnon ſe ad Cænam præparandi, Zelotypiam Paſtoralem, Ideam boni Ordinis in Eccleſia Chriſti, & alia nonnulla. V. Balthaſar Scheidius edidit commentarium in Jonam, oleum unctionis ſacrum, diſputationem de univerſalitate vocationis ad Regnum Chriſti, de Elia Thesbyte præter alia. VI. Samuel Przipcovius, edidit diſſertationem de pace & concordia Eccleſiæ, diſſertationem de ſummo bono, apologiam contra Heinſium, vitam Fauſti Socini & alia Socinianorum erroribus contaminata.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. XXXVI.

Expoſitio doctrinæ Catholicæ a Benigno Boſſuetio edita.

Anno

Sæc. XVII. A C. 1671.

Anno hujus sæculi septuagesimo primo Jacobus Benignus Bossuetus primum Cadomensis, dein Meldensis Episcopus celebratissimam suam *expositionem Doctrinæ Catholicæ de iis argumentis, de quibus controversiæ sunt*, primo Parisinis literis excudi fecit. Scripsit Bossuetius anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo hunc librum præcipue in usum Abbatis Dangeau, & Turrenii Marescalli, qui ambo Calvini venenum evomuere: postmodum tamen hic libellus nondum typis editus per privatas variorum manus volitabat, ipsemet vero Auctor studiose pauca admodum hujus expositionis exemplaria describi curabat, ut ea quibusdam Theologis distribuere, horumque partum eorum censuræ subjicere posset: Hi autem matura ac severa discussione facta, non rem ipsam, sed duntaxat quosdam loquendi modos aut formulas mutari posse censebant: Bossuetius igitur juxta eorum mentem pro eo, quod cuilibet Auctori in suos libros competit, jure ac auctoritate hanc suam expositionem recognovit, correctamque hoc anno edidit, approbante Rhemensis Archiepiscopi, & novem Franciæ Episcoporum approbationem: nec his contentus erat Bossuetius, sed ne Calvinistæ Catholicam fidem minus sincere

sincere expositam fuisse quererentur, fætum suum Sorbonæ etiam Doctoribus examinandum, approbandumque tradidit, Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. XXXVII.
Hujus libri fata.

Dolori maximo fuit Hugonottis ceterisque Acatholicis, quod hujus libri lectione non modo Turrenius, sed plures adhuc alii Viri, fœminæque Nobiles ad ejurandam sectam, veræque fidei cognitionem permotæ fuissent: quocirca omnes Calvinianæ versutiæ fontes, & calumniandi artes exhausserant, ut tam hujus libri doctrinam, quam illius Auctorem in summam contemptionem pertraherent: Suppeditabat ipsis apparens cavillandi argumentum ipsa correctio a Bossuetio facta; spargebant igitur primam editionem ob errores ibidem contentos fuisse suppressam, Auctoremque varia in altera editione mutare coactum variationibus tot, tantisque fuisse obnoxium, ut vel ipse veram Ecclesiæ suæ mentem ignorasse, vel saltem in quamplurimis de veritate suorum dogmatum dubitasse videatur: Verum huic calumniæ omnem fidem detraxit ipsemet Bossuetius, testatus, quod ante Parisinam editionem

Niceron erud. t. 3. pag. 203. Rich. Sim. ep. 34. ad Doct. Sorb. Leydeck. l. 1. de Jansen. dogm. p. 300.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

nem nulla alia publici juris facta fuerit, in illa vero, cujus nonnisi pauciſſima exemplaria Arnaldo, aliisque Cenſoribus communicaverat, quæ notata non mutata fuiſſent, nonnisi in vocibus ſyllabis, atque in elegantia & puritate ſermonis conſtiterint: Vitio alii dederunt tam celebri huic Præſuli, quod nimio affectatæ moderationis ſtudio ſubdoloque Sectarios conciliandi, atque in partes ſuas pertrahendi Zelo ſuo reptus, veram Romanæ Eccleſiæ ſententiam, ac genuinam Synodi Tridentinæ mentem minus ſincere expoſuerit, callidisque artibus & ambiguis verbis ſucum fecerit credulorum mentibus. Hiſce cavillis auctoritatem conciliare nitebantur, ſeveriore criſi quorumdam Catholicorum abuentes, ac præcipue Ludovici Maimburgi, qui de Boſſuetio aſſeruit, *illum in quibusdam articulis ut de juſtificatione, bonorum operum meritis & fide ambiguis quibusdam expreſſionibus uſum fuiſſe, quibus neutri parti ſatisfactum, quia per illas non omnia, quæ fidei eſſentialia reputant, exprimebantur.* Referunt etiam, quod Bullionæus Cardinalis in ſuis ad Cardinalem Bonam literis teſtetur, hanc expoſitionem non omnibus in Francia fuiſſe probatam. Si Petro Juriæo Calviniſtæ fides, Abbas quidam Pariſienſis cuidam amico

rum dixerit, non admitti posse hæresis abjurationem juxta formulam expositionis Bossuetianæ, nec hanc esse Ecclesiæ Catholicæ doctrinam: Leydeckerus quoque Calvinista Bossuetium in sua expositione Baianos errores innovasse calumniatur, & per summam malitiam ejus themata Baii doctrinis accommodare seu potius depravare non erubescit. Gloriantur etiam Protestantes, quod Cantuariensis Pseudo-Archiepiscopus Guilielmus Wakius (*) Parisiis in ipsa Turrenii Marescalli Bibliotheca suppressam hujus libri editionem cum recentiore contulerit, factasque variationes primus in lucem produxerit, ac insuper Daniel Maichelius Tubingensis Professor novissime primam editionem intra rariora Bibliothecæ Lambetanæ monumenta reposuerit, quamvis Richardus Simonius a Wakio hasce variationes fuisse confictas asserat: Ex his manifeste patet, flocci plerumque habendam esse censuram

Sæc. XVII. A. C. 1671.

(*) Leydeckerus in sua continuatione Historiæ Ecclesiasticæ Hornianæ Art. 3. p. 53. illam a Stillingfletio in Anglia fuisse proditam asserit, alii hunc Archiepiscopum fuisse nomine Tillotsonium ajunt: familiare est novo commento vitium, ut illius Auctores inter se discrepent.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

ſuram & judicium illorum Proteſtantium, qui Catholicorum libros recenſuerunt, & etiamnum eos in variis libris recenſent, quibus ſolemne ſuorum libros ad nauſeam usque extollere, Catholicorum autem lucubrationes, quia Catholicorum ſunt, deprimere.

§. XXXVIII.

Primæ editionis variationes a Proteſtantibus confictæ.

Etiamſi autem Boſſuetii adverſarius daretur, primam Expoſitionis editionem fuiſſe ſuppreſſam, atque immutatam, has tamen variationes, quas Proteſtantes illas in ſecunda editione factas fingunt, huc ideo adducere debet, ut exinde eluceat, quam immerito illi Boſſuetium de plurium dogmatum veritate vel dubium vel ignarum fuiſſe, illumque ab antiqua fide Romana & Concilii Tridentini ſenſu ante correctionem aberraſſe calumnientur, non quam ridiculum ex hiſce immutationibus triumphum canant. Age igitur hi, quod in prima editione ſibi ſuetius nonniſi ſimplex *Adverſarius* nomen uſurparit, in ceteris vero editionibus legatur odioſa hæc compellatio: *Exiſtimati reformati:* item loco

horum verborum, *nihil ut videatur fieri posse melius, quam si doctrina Ecclesiæ Catholicæ ita proponatur, ut separentur illæ quæstiones, quas Ecclesia definivit, ab iis, quæ ad fidem haud pertinent*, Bossuetius posuerit hæc verba: *& ab iis, quæ falso eidem Ecclesiæ adscripta sunt, distinguantur*: Sane maximi momenti mutatio? Sæc. XVII. A. C. 1671.

In editione suppressa legatur: *ut Honor ille, quem Ecclesia B. Virgini sanctisque exhibet, ideo tantum sit religiosus, quia illis exhibetur in relatione ad Deum* Bossuetius autem ita correxerit: *Ut si religiosus dici possit honor, ideo fit, quod in Deum referatur*, posteriora autem hæc verba, *hinc tantum abest, ut sicut adversarii faciunt, culpandus sit iste honor, quem sanctis exhibemus, propterea quod Religiosus sit, ut potius culpandum sit, si non esset religiosus*, omnino omiserit.

In §. 16. hæc habeantur Bossuetii verba: *Quod Dallæum attinet, e re sua esse putat intra tria prima sæcula se continere; in quibus certum est, Ecclesiam, quæ tum magis occupata erat in passionibus, quam in scriptionibus, multa reliquisse dilucidanda, tam quoad dogmata, quam quoad praxin. Satis exinde elucet, quantum inde accedat nostræ caussæ, quod adversarii nostri ullum doctrinæ suæ argumentum reperire desperant in medio splendore Ecclesiæ, cum sublatis persecutionibus veritatem fidei*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

resplendescentem innumeris scriptis piis pariter atque doctis testaretur. Ex his Wakius nequiter infert, Bossuetium falsum fuisse, quod *certum sit* traditionem Ecclesiæ circa cultum Sanctorum *in tribus primis sæculis* probari non posse.

§. 30. Bossuetius in prima editione de modo, quo sancti preces nostras exaudiant, hæc posuerit: *sive audiant illos sive non: sive jungant se precibus ipsorum, uti quidem exoptant, sive id fiat alio potius mediis magis adhuc incognitis quam per intercessionem ipsorum &c.*

Et post illa verba: *quicquid verum est, continetur*, sequentia in prima editione habeantur, *& quidem eo modo, & juxta eam mensuram; prout ipsi libitum fuerit; sive denique per aliam quamdam viam nobis adhuc magis impenetrabilem, atque ignotam efficiat, ut fructum percipiamus illarum precum, quas ad beatas istas animas dirigimus.* Hæc ultima verba itidem desint in editionibus vulgatis: sed quid inde?

§. 35. Bossuetius in prima editione dixerit: *in hoc consistit usus, & præstantia imaginum*, in correcta vero posuerit: *Hoc fundamento nititur honos, qui imaginibus exhibetur.*

§. 47. Cuncta hæc verba in prima editione fuisse omissa, asserit Wakius: *Ecclesia Catholica nullibi magis invicta est, quam*

quam in hoc dogmate; nec multo sermone opus est ostendere, quod quo magis quis scrutetur in scripturis scopum redemptionis humanæ, qui eo tendit, ut nos sanctos faciat, eo propius ad nostram doctrinam accedere, & ab opinionibus Calvini discedere debeat, quæ nullo modo se tueri possunt, quia potius contradictoriæ sunt, & omnem veram ac solidam pietatem evertunt.

§. 60. Bossuetius hæc habuerit: *Hæc sunt, quæ de justificatione docere maxime necessarium est, essentque adversarii nostri extreme contentiosi, nisi faterentur, non opus esse vero Christiano amplius aliquid in hac doctrina cognoscere.*

In ceteris vero editionibus hæc legantur: *hæc sufficere Christianis, quo sciant, suæ gloriam salutis omnem Deo per Christum adscribendam.*

§. 65. Bossuetius denuo hæc verba omiserit: *Ecclesia duplicem istum, diversumque modum applicandi remissionem peccatorum, quem proposuimus, semper agnovit: si quidem in scripturis præter priorem istam veniam, quæ sola locum habere deberet, nisi homines ingrati essent, & quæ per notionem simplicis remissionis exprimitur, adhuc aliam absolutionem, aliamque gratiam dari perspexit, quæ in forma judicii exhibeatur, ubi Ecclesia non tantum solvendi, & remittendi, verum etiam ligandi atque retinendi habet potestatem.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. 83. Boſſuetius in prima editione: *itaque Chriſtianæ Eccleſiæ omnes jam inde ab Apoſtolorum temporibus hanc praxin religioſiſſime retinuerunt, conjungendo eam (impoſitionem manuum) cum ſacro chrismate*, hæc quidem in aliis editionibus retinuerit, æquivocationem tamen ab hibuerit.

§. 140. Primum in ſecunda editione hæc verba unacum tranſubſtantiatione addiderit: *Panis & vinum mutata ſunt in Corpus & ſanguinem Chriſti.*

§. 145. Boſſuetius primo dixerit: *adeo ut rationabiliter poſſit appellari Sacrificium*, in altera autem habeatur: *nihil ut illi deſit, quo minus vere ſit ſacrificium.*

§. 209. Boſſuetius dixerit: *noſtra fidei Profeſſio nos adſtringit, ut credamus Romanam Eccleſiam eſſe Matrem ac Magiſtram omnium Eccleſiarum, & veram obedientiam præſtemus Papæ, tanquam ſucceſſori S. Petri & Vicario Jeſu Chriſti*, in correcta editione poſuerit: *ea debitam Papæ ſubjectio, quam ſancta Concilia ſanctique Patres ubique Chriſtianos docuerunt.*

Poſtremo Boſſuetium §. 212. inter fundamenta ſalutis repoſuiſſe, ait Proteſtantes, *adorationem unius Dei Patris, Filii & Spiritus ſancti, & fiduciam in unico Salvatore*, hæc autem verba

in aliis editionibus omisisse, sicut & hæc: *certe in omnibus hisce explicationibus, quæ verum fidei nostræ fundamentum complectuntur, non reperitur ullum verbum, quod repugnet his duobus principiis sive directe sive per consecutionem, qui igitur fatentur Ecclesiam Romanam credere & profiteri omnia, quæ sunt essentialia ad conservandam substantiam Christianæ Religionis, ita ut nullo rationis fundamento dogmata iis contraria nobis adscribere queant, eos simul ex propriis ipsorum principiis confiteri oportet, Ecclesiam Romanam esse veram ac genuinam partem Ecclesiæ Christi, cum qua quilibet Christianus & corde suo & ipso actu, quantum in se est, semetipsum unire debet.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. XXXIX.

Bossuetii liber communi approbatione & applausu exceptus.

Quamvis igitur Protestantes tot commenta, fraudesque ad imminuendam hujus libri auctoritatem adhibuerint, prævaluit tamen luculentissima ipsius operis præstantia, quapropter solemnior illius approbatio etiam Romæ apud Clementem X. urgebatur, quam tamen Italorum nonnulli præpediebant, qui inter fidei præcepta immiscri exoptabant ea, quæ tamen

Sæc. XVII. A. C. 1671. vel nonnisi Ecclesiæ disciplinam, ve Scholasticorum opiniones respicere, a aliis creduntur. Nihilominus Bossu tiana expositio ab omnibus tanti hab batur, ut cuncti ferme Episcopi, ipsemet Ludovicus Franciæ Rex Inn centium XI. rogarent, quatenus hu librum sua etiam auctoritate firmar Eapropter Papa illum doctissimis Ca dinalibus ac Theologis examinandu tradidit, qui unanimi suffragio hun librum Catholicæ doctrinæ nuclea continere, ac maximæ utilitatis es censuerunt, atque inter eos præcip Hyacinthus Libellus Magister S. Pala *illius doctrinam ex integro sanam esse, habere erroris umbram*, & Cardin Bona Authoris *methodum Geometru esse, & ex certis principiis communibus & approbatis procedere*, seque in illo nisi summa laude dignum reperisse fati sunt: ipse etiam Pontifex, p quam hanc expositionem attente piusque perlegerat, die quarta Jan anno hujus sæculi septuagesimo in approbationis suæ testimonium Bossuetium sequentem transmisit e stolam:

„Libellus de Catholicæ fidei exp „sitione a fraternitate tua compositu „nobisque oblatus, ea doctrina, e „que methodo ac prudentia scripp

„est, ut perspicua brevitate legentes Sæc. XVII.
„doceat, & extorquere possit etiam ab A.C. 1671.
„invitis Catholicæ veritatis confessio-
„nem. Itaque non solum a nobis com-
„mendari, sed & ab omnibus legi, at-
„que in pretio haberi meretur. Ex
„eo sane non mediocres in Orthodoxæ
„fidei propagationem, quæ nos præ-
„cipua cura intentos ac sollicitos ha-
„bet, utilitates redundaturas, Deo bene
„juvante confidimus: ac vetus interim
„nostra de tua virtute ac pietate opi-
„nio comprobatur, magno cum incre-
„mento spei jam pridem susceptæ, fore,
„ut institutioni tuæ creditus eximia,
„hoc est paterna, avitaque præditus
„indole Delphinus, eam a te hauriat
„disciplinam, qua maxime informatum
„esse decet Christianissimi Regis filium,
„in quem una cum florentissimo Regno
„Catholicæ Religionis defensio perven-
„tura est: idque perenni cum Regis
„ipsius decore, qui fraternitatem tuam
„inter tot egregios viros, quibus Gal-
„lia abundat, ad opus potissimum ele-
„git, in quo publicæ felicitatis funda-
„menta jacerentur; cum divino docea-
„mur oraculo, Patris gloriam esse fi-
„lium sapientem. Tu perge alacriter
„in incepto, ad quod incitare te præter
„alia magnopere debet, qui jam appa-
„ret, laborum atque industriæ tuæ

Sæc. XVII. A. C. 1671.

„fructus. Audimus enim, & quidem
„ex omnium sermone, ac magno cum
„animi nostri solatio, inter tot premen-
„tia mala audimus, Delphinum ipsum
„magno ad omnem virtutem impet
„ferri, & paria pietatis atque ingeni
„documenta præbere. Illud tibi pr
„certo affirmamus, nulla in re dimi
„cire te arctius posse paternam nostra
„erga te voluntatem, quam in regi
„adolescente, bonis omnibus, & Reg
„maximo dignis artibus imbuendo, a
„is adulta postea ætate, barbaras gen
„tes & Christiani Nominis inimicas,
„quas Parentem inclytum reddita Eu
„ropæ pace, & translatis in orientem
„invictis armis, imperio late suo ad
„jecturum speramus, Victor & ip
„sanctissimis legibus moribusque con
„ponat. Devotionem interim atque
„observantiam, quam erga sanctam
„hanc Sedem nosque ipsos, qui in ea
„Catholicæ Ecclesiæ immerito præ
„demus, tuæ ad nos literæ luculenter
„declarant, mutuæ Charitatis affect
„complectimur; cujus profecto in om
„casionibus, quæ se dederint, fraterni
„tati tuæ argumenta non deerunt: tibi
„que Apostolicam benedictionem pe
„amanter impertimur.„

Huic approbationi Pontificiæ acce-
serunt pene innumera Cardinalium,
Archi-

Archiepiscoporum, aliorumque Præsulum testimonia, ac demum celebratissimus hic liber in Anglicum, Italicum, Hibernicum, Germanum, Batavicum, & latinum idioma & quidem a Claudio Fleyrio translatus iteratis prælis prodiit, ceteris tamen melior editio est, quæ Parisiis curante Sebastiano Cramoisio anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo sexto excusa fuit. Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. XL.

Controversia inter Tornacensem Episcopum & Regulares.

Postquam Gilbertus Choiselius Tornacensis Episcopus Ecclesiæ suæ possessionem adierat, die vigesima quarta Aprilis promulgato edicto, omnes utriusque Cleri Sacerdotes die vigesima Mensis Maij in Episcopali Palatio adesse jussit, ut pro administrando Pœnitentiæ Sacramento, & annuntiando Dei Verbo rursus ab Episcopo examinarentur, etiamsi ab ejus Prædecessoribus aut Sede Vacante ab eorum Vicariis fuissent approbati. Præstituta die viginti duo Regularium Superiores Episcopum adiere, atque ex eis Augustinianorum Prior libellum supplicem a ceteris subscriptum Episcopo tradidit, at- *Recueil des Aff. du Clergé de France t. 2. pag. 357.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

atque a novi examinis lege se exemptos esse declaravit: cum autem tum Episcopus Regi ad Diœcesin venturo sua obsequia præsens deferre cogeretur, examini huic interesse præpeditus, prefixum Regularibus terminum ad diem decimam quintam Julii prolongavit, ac interim Regularibus jam antea approbatis suo munere fungi permisit. Quoniam vero Regulares præscripto tempore sese examini sistere renuerent, simulque Episcopo declararent, quos jam semel approbati nova approbatione haud indigerent, ac potius a sacro Tribunali & Cathedra abstinere vellent, hinc Episcopus Tornaci die decima Julii ad omnes Diœcesis suæ Superiores prorogata interim approbatione hanc epistolam transmisit: „Scripsi „ad vos Fratres charissimi, ut certos „res faciam meæ erga vos benevolen„tiæ, propensæque voluntatis: In ani„mum induxeram ire ad vos ante de„cimam quintam hujus Mensis diem, „ut juxta promulgatum antea decretum omnes Concionatores, & Confessarios approbatione dignos appro„barem: sed prohibitus sum usque ad „huc, cum Rex diutius in ista Pro„vincia commoratus sit, quam cogi„moraturum credideram, fueritque mei „officii, ut eidem adessem, ipsius man„dat

„data excepturus, & me alia etiam ne- Sæc. XVII.
„gotia urgentia retardarint: Ne vero A.C. 1671.
„præſcriptum tempus elabatur, & plebs
„Chriſtiana ſpiritualibus veſtri mini-
„ſterii auxiliis privetur, his volui lite-
„ris vobis ſignificare, me datum antea
„temporis ſpatium prorogare, donec
„ad Vos accedam, vobisque interea
„antiquis approbationibus uti, & fide-
„lium confeſſiones excipere, ac Verbum
„Divinum prædicare liceat. Quam pri-
„mum autem vobis adero, ut pro Pa-
„ſtorali charitate parcam veſtris ſump-
„tibus, & itineris labori. Valete
„Fratres dilectiſſimi, quos in Chriſti
„Viſceribus amplector.

Gilbertus Epiſcopus Tornacenſis.

Ut vero Epiſcopus populi tumultum præverteret, die decima quarta Julii novo edicto omnibus etiam Regularibus obtentas olim prædicandi, ac confeſſiones excipiendi facultates prorogavit, donec aliter decretum fuiſſet: Hoc edictum Regulares die vigeſima ejusdem Menſis gratanter acceptarunt; Epiſcopus tamen, ut eos ad novum examen adigeret, Regem ſupplex adiit, quatenus Epiſcopalia jura, regia etiam auctoritate tueri vellet. Igitur Ludovicus Rex Boucharto & Fieubeto, quos a ſecretis habuit, injunxit, ut Epiſcopi

Sæc. XVII. A. C. 1671.

scopi Tornacensis edictum, totamque controversiam unacum Parisiensi Archiepiscopo, Contio Decano, & Patre Ferriero Jesuita Regis Confessario discuterent, ac desuper unaomnes coram Rege referrent. Eodem tempore Rex vicissim per Pellectierum Flandriæ Præfectum Regularibus significari jussit, ut suas, quas contra Episcopi edictum haberent, rationes coram præfatis Regiis Deputatis exponerent: cum autem jam dudum Maximilianus Tornacensis Episcopus Jesuitis in pari controversia Congregationis Cardinalium S. Concilii Tridentini decisionem die vigesima Junii Anno 1620. emanatam oppositam fuisset, vi cujus declaratum, *Presbyteros Societatis Jesu nequaquam posse confessiones sæcularium audire nisi ab Ordinario tua per examen, si illi videtur ita necessarium, aut alias non idonei judicentur, approbentur, nec posse eosdem in Ecclesiis sui Ordinis prædicare, nisi post petitam benedictionem, in aliis vero Ecclesiis prædicare volentes etiam licentiam habere teneri*, aliunde vero per Regis edictum Parisiis die quarta Martii ante biennium declaratum esset, Agenensi Episcopo Regularium approbationes revocandi jus competere, ac denique Clemens X. novissime decidisset, quod Regulares simpliciter & absque temporis limitatione ab

ab ipsomet Episcopo (*secus si ab ejus Vicario, aut Episcopis Antecessoribus*) approbati non possint ab eodem iterum examinari, his igitur rationibus expugnati Regulares, Tornacensis Episcopi edicto cesserunt. Accusabatur equidem hic idem Episcopus a quibusdam, quod nimium severus, & & proin Jansenismo addictus esset, verum hanc labem, quam laxioris doctrinæ hostibus inurere, tum veluti in consuetudinem transibat, ipsemet abstersit Anno 1678. die 24. Aprilis hæc ad Innocentium XI. Papam perscribens: *hoc possum coram Deo profiteri, Beatissime Pater, me nunquam Jansenii patrocinium suscepisse, sed quinque propositiones damnatas semper damnasse ex animo.* Ejusmodi Jansenismus, profecto ridiculum phantasma & puerile terriculamentum est. Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. XLI.

Opiniones Cartesii a Sorbona exulare jussæ.

Obiit jam anno priori Harduinus Perefixius Parisiensis Archiepiscopus, ad quam Ecclesiam a Ludovico Rege denominatus est hoc anno Franciscus Harlæus, qui doctrinas pernicioſas a Scholis arcere intentus, Parisinæ Facultate- *Argentre l. c. Coll. Jud. p. 138. tom. 3.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

cultati Theologicæ Menſe Septembri denuntiari juſſit, eam eſſe Regis voluntatem, ut novæ Carteſii opiniones in Scholis rejicerentur: idem quoque Rectori Univerſitatis Studii Pariſiensis præcepit: Hæc vero mandata Facultas Theologica admodum accepta, ita taque habuit, ac Carteſii ſententias eliminavit.

§. XLII.

Controverſia de Auctore libri de imitatione Chriſti.

Heſer. Dioptra Kemp. Ejusdem ſummul. appar. Conſt. Lexic. Germ. Thom. Heſer. Hode Hiſt. de Louis XIV. l. 32. pag. 397.

Multis abhinc annis majore animorum contentione, quam laboris utilitate in Galliis agitabatur inter PP. Benedictinos & Canonicos Regulares controverſia de genuino Authore aureli libelli *de imitatione Chriſti*. Hujus contentionis primum lapidem poſuit anno hujus ſæculi quarto Petrus Mantequez (*) natione Hiſpanus, qui libellum de imitatione citatum reperit collationibus S. Bonaventuræ, cui tamen hic Doctor jam anno Chriſti millesimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto obierit, & Thomas Kempenſis primum

(*) Celebris Auctor credit, quod ceteri prior Thomæ Kempenſi moviſſet litem Josephus Creswellus aut Guilielmus Battereambo Jeſuitæ.

anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono primam lucem aſpexerit. Tum vero in genuinum hujus libri Auctorem indagari cæptum: nonnulli credebant Joannem Gerſonium, qui tamen Monachus non erat, alii D. Bernardum, qui tamen ante S. Franciſcum, quem hujus libri Auctor cap. 50. lib. 3. allegat, ſeptuaginta tribus annis prius obiit, Pauci quemdam Cartuſianum reputabant, aſt Cartuſianum Cartuſianos in Regularis obſervantiæ exemplum Cartuſianis propoſuiſſe, vero haud ſimile eſt. Denique PP. Benedictini hunc librum vendicarunt Joanni Gerſen Vercellenſi Abbati ad S. Stephanum, & Canonici Regulares Thomæ a Kempen Canonico Regulari Montis ſanctæ Agnetis. Pro alterutra ſententia prodeunt utrinque magni nominis Pugiles, acuuntur etiam exterorum calami, eruuntur ex ſcriniorum pulveribus vetuſtiſſimi Codices, e tumulis ſuis evocantur teſtes, nec minus acriter, ac olim pro Homero in Græcia, pro aurei libelli auctore in Galliis & Germania depugnatur. Primi in arenam pro Kempenſibus deſcenderunt P. Rosweidus & P. Henricus Sommelius Jeſuitæ, quibus ſeſe oppoſuere non pauci, ac præprimis Pater Roſignolius itidem Jeſuita: adverſus hunc inſur-

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

insurrexit denuo Rossweidus pariter socius, quem tamen sicut & ejusdem vindicias Kempenses Constantinus Cajetanus Ord. S. Benedicti Abbas Barontinus confutabat, cujus exemplum sequebatur Valgravius Benedictinus, a Joanne Frontone Parisiensi Canonico Regulari & Simone Werlino Præposito Diessensi impugnatus: Ad novam inde pugnam provocatus Constantinus, anno hujus sæculi quadragesimo quarto Romæ Apologiam edidit, quam rursus Reverendissimus Diessensis Præpositus refellere nitebatur. Accessit quoque Gersenistis Joannes de Launoy, contra quem sicut & contra omnes erant P. Georgii Heseri manus.

Fervente literario hoc prælio Richelius Cardinalis anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quadragesimo primo novam libri de imitatione editionem Regiis typis fieri jussit, quo comperto Joannes Gregorius Tarissus primus Generalis Congregationis Benedictinæ S. Mauri Cardinalem adiit, utque sub nomine Joannis Gersen librum hunc excudi permitteret, supplicavit, hancque in rem quatuor Codices, Padolironensem, Allacianum, seu Biscisanum, Cavensem & Genuensem seu Venetum, quibus nomen *Gersen* erat adscriptum, eidem obtulit:

Car-

Cardinalis vero, ne præcipiti consilio quicquam hac in re definiisse crederetur, quosdam delegari petiit, qui hos Codices exactius Romæ inspicerent: Seligebantur a PP. Placido & Joanne Ordinis Benedictini Procuratoribus inter alios præcipue Cardinalis Joannes Franciscus Bagnius, Gabriel Naudæus Prior Adigeanus, & Floraventes Martinellus. Hos inter Thomas Carre Canonicis favebat & Naudæus hosce Codices fuisse adulteratos pronuntiabat, totiusque rei seriem ad Puteanos Fratres Parisiis degentes die trigesima prima Januarii anno post Christum natum millesimo sexcentesimo quadragesimo primo perscripsit his verbis: Sæc. XVII. A. C. 1671

„Cum solus in Cubiculum meum „revertissem, cæpi cum maximo desi„derio satisfaciendi conscientiæ meæ „prædictos libros evolvere, ac dum „omnia in illis penitissime rimarer, in„veni, codicem Leonis Allatii titu„lum quidem præseferre Joannis de „Canabaco sed eo quidem modo, ut vox „illa *de Canabo* velut omissa a scriptore ex„tra lineam, & paulo supra ipsam ex„taret. Verum quia fieri potuit omis„sio illius a scriptore, cum alioqui ea„dem esset manu, eademque penitus „forma & rubrica descripta, & exa„rata, nihil hanc difficultatem mora„tus, reliquos, qui in eodem volumine

Sæc. XVII. A. C. 1671.

„tractatus continebantur, singulos di-
„ligenter inspexi, & evolvi, ut si qua
„esset in illis temporis nota, illam in-
„venirem, & ex ea de tempore, quo
„liber *de imitatione* scriptus fuisset, cer-
„jecturam facerem. Occurrit ergo tan-
„dem bulla cujusdam legati Apostolici
„in partes Germaniæ unico folio in
„pergameno, & data Viennæ anno
„Christi millesimo quadringentesimo
„quadragesimo octavo, unde conjectu-
„ram feci, cum eadem penitus esse
„scriptura istius Bullæ, quæ & libro
„de imitatione, non posse omnino a-
„bellum scriptum fuisse ante præfatum
„annum; sed potius multo postea, cum
„transumptum illius Bullæ fieri potu-
„rit aliis tantum consequentibus annis
„1480. vel ad extremum 1500. quo-
„niam scripturæ illius conditio vix pa-
„mittit, ut antiquior fuisse ejusmo-
„tempore censeri debeat. Deinde a-
„sumpto in manus secundo MS. C
„dice, consideravi primum in ejus (
„codex Mantuanus de Podolirone)
„tulo verborum quamdam inversion
„& præposterum ordinem; scilicet:
„*cipit liber Joannis Gersen primus*, M
„deprehendi lituras prioris cujusda
„atque Vetustioris tituli, cujus vestig
„non nulla velut J H O. & alias lit
„ras dimidiatas recentior superadditu
„tit

„titulus non bene tegere potuerat; ap- Sæc. XVII.
„parebant enim ſtatim attentius inſpi- A.C. 1671.
„cienti, neque dici poterat, eas eſſe
„expreſſa ſigna aliarum literarum, quæ
„in ejusdem folii adverſa parte contine-
„bantur, quia poſtea D. Floraventes, &
„ipſimet Patres eas acumine ſtyli per-
„forantes diverſitatem animadverte-
„runt. Denique verba illa: *Liber Joan-*
„*nis Gerſen primus*, erant multo magis
„ſplendenti rubrica exarata, quam ſe-
„quentia hæc, *de contemptu mundi*, &
„*imitatione Chriſti*, ut vel ex illa ſola
„differentia rubricæ ſeu minii fraus ipſa
„patere vel cæco potuiſſet, ut mittam
„multa alia ſigna in illo titulo reperiri,
„quæ fraudis & mendacii ſuſpicionem
„ſtatim injiciunt. Unde certum eſt,
„licet congregatio S. Juſtinæ ante du-
„centos annos defierit eſſe in communi
„hominum ſermone; nihil tamen hoc
„ad iſtius tituli vetuſtatem facere, cum
„plane falſus ſit, & alteri vetuſtiori
„quamquam æque falſo, Joannis Ger-
„ſon propter tres illas vetuſtiores lite-
„ras J. H. O. inductus, non una quidem
„Gerſon in Gerſen, ſed totius tituli in-
„verſione ac commutatione, ne vel
„Cancellarii vox relicta, vel quædam
„alia, quæ minime ad Joannem Ger-
„ſen pertinere poterat, fraudi dete-
„gendo occaſionem aperiret; ſecus e-

Sæc. XVII. A. C. 1671.

„nim poterat commodiſſime litera: O
„nominis Gerſon in literam E. quæ Ger-
„ſen efficit, commutari, eodem pro-
„ſus modo, quo ſub finem ejusdem
„Codicis factum eſt in illis verbis: Ex-
„plicit liber quartus Joannis Gerſen de
„ſacramento Euchariſtiæ; mihi enim
„procul dubio eſt, ſcripturn antea fuiſſe
„*Joannis Gerſon.* Sed ne poſterior Epi-
„graphe priori fraudi eſſet, vix non
„minus, quam illa experta eſt. Ad
„tertium deinde codicem me converti,
„& inſpecta diligenter Monachi illius
„Benedictini effigie crucem in manu
„gerentis, adduci non potui, ut arbi-
„trarer, illam potius eſſe Joannis Ger-
„ſen, quemadmodum voluit D. Con-
„ſtantinus Abbas, qui eandem in ea
„delineari curavit, cum addito in ejus
„extremo limbo nomine Gerſen, quam
„S. Benedicti, aut alterius ſancti, ve-
„etiam Monachi Benedictini in genere,
„cujus eſt proprium, crucem pœniten-
„tiæ, diſciplinæ, jejuniorum &c. ge-
„rere, maxime cum in primis ejusdem
„libri paginis contineantur hæc verba:
„*Iſte liber eſt Congregationis Caſſinen-*
„& paulopoſt *aſſervatur in monaſterio*
„*Cavæ.* Ex quo, cum libellus iſte nul-
„lus in fine exiſtat, nec præſeferat
„nomen Authoris, vel temporis notam
„aliquam, ſtatui propterea apud me
„quam

Sæc. XVII. A. C. 1671.

„giem illam impoſuiſſe Abbati Caje-
„tano, nec ulla probabili ratione con-
„cludi poſſe, quod ſit potius Authoris
„hujus libri, quam Benedictini cujusdam
„(*forte D. Bernardi*) qui nihil cum illo
„Authore commune habuerit. Evolvi
„tandem quartum Codicem, non illum
„quidem manuſcriptum, ſed typis exa-
„ratum (*Januenſem, Venetum*) & quod
„attinet ad ſcripturam in fine additam,
„quam Patres illi volebant, priusquam
„de Authore librorum de imitatione
„inter Jeſuitas interque Benedictinos du-
„bitatum eſſet, exaratam fuiſſe, ſecus
„omnino deprehendi, illam ſe habere,
„nam recens eſt admodum, & quod
„rei caput eſt, eodem quo ſecundi libri
„titulus vitio laborat; etenim falſa eſt,
„& alteri vetuſtiori ſuperinducta tam
„rudi artificio, ut lituræ verborum in-
„tegre appareant, ubi ſcilicet Lacunæ
„aliquot relictæ ſunt, & reliqua verba
„expreſſa vitium in principio, aut in
„fine produnt, ac inter reliqua ex voce
„illa, *Thomas*, quæ in priori ſcriptura
„legebatur, tam inepte quisquis ille
„fuit, vocem hanc *Joannes* effinxit,
„ut cum D. Vincentius Galleottus Emi-
„nentiſſimi Domini Cardinalis mei Au-
„ditor, ut vulgo dicitur, bona fide,
„& nulla falſitatis illius ſuſpicione cau-
„tior factus ſcripturam illam legeret,

Sæc. XVII. A. C. 1671.

„non *Joannes*, sed *Thomas* pronuncia-
„rit, idemque & mihi prius, & uni-
„cuique alteri accidere potuisset.„

„De quibus omnibus, cum ad Emi-
„nentissimum D. Cardinalem retulissem
„ac ipse visu ac diligenti inspectione
„omnia, quæ in illis libris notaveram,
„ita se habere animadvertisset, volun-
„nihilominus, ut D. Floraventis judi-
„cio res eadem committeretur, qui
„post meridiem, cum in Musæum
„meum venisset, & omnium ejusmodi
„falsitatum, ac oppositionum rationes,
„fundamentaque examinasset, nihil ha-
„buit, cur a mea sententia discederet,
„sed hominum potius nequitiam ad-
„miratus est, qui omnia vertunt; ut
„possint affectibus, & semel conceptis
„opinionibus inservire. Quid tandem?
„Venerunt statim postea PP. Placidus
„& Joannes, Tabellionemque secum ad-
„duxerunt cum folio, ut relationem
„D. Floraventis & meam de libris ha-
„jusmodi a nobis visis atque examina-
„tis coram Domino Cardinali accipe-
„rent. Ast ego P. Placidum admoni-
„falsitatum, ipsisque in præsentia Pa-
„tris etiam Joannis ac D. Floraventis
„& ipsiusmet notarii, in examen ru-
„sus vocatis, tam liquido de singulis
„constitit, ut prædicti Patres publice
„declararint, non e re sua fore, instru-
„mentum illud fieri, quo potius jugu-

„lari eorum cauſſa poſſet, quod Domino „Galleotto Auditori jam nominato pa- „riter viſum fuit, ac demum etiam „Eminentiſſimo Cardinali a Balneo Do- „mino meo, quem P. Placidus adire „eo ſolo nomine voluit, ut ab eo re- „ſciret, quænam demum eſſet illius de „MS. ejusmodi ſententia, quam poſt- „quam vidit, in eo potiſſimum ſitam „eſſe, ut dictos manuſcriptos Codices, „nihil quod ſanum eſſet, nihil, quod „bonum aut verum continere aſſereret, „ſtatim dictus P. Placidus juratus an- „tea, ſe tot falſitatum, & ineptiarum „inſcium fuiſſe, tabellioni pro inſtru- „mento dimidiato integri mercedem „ſolvit, gratiasque habuit nobis omni- „bus pro navata ſolerti opera.„

Sæc. XVII. A.C. 1671.

§. XLIII.

Continuatio hujus controverſiæ.

Poſtquam hæ ipſæ Naudæi literæ a Frontone Pariſienſi Canonico Regulari divulgatæ fuerant, Robertus Quatermarius & Valgravius Benedictini Naudæum perfidiæ accuſarunt, perinde ac ſi ipſemet hoſce Codices, ſibi a Conſtantino Abbate commodatos depravaſſet. Inde ira commotus Gabriel Naudæus, ut ſuam vindicaret famam, plures edidit libellos, remque ad Par-

Inform. Controv. D. Amort. Diſſert. Crit. P. Merz.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

lamentum devolvit, a quo etiam die duodecima Februarii Anno hujus seculi quinquagesimo secundo obtinuit, ut ambo Benedictini verba illa, quibus Naudæus perfidiæ insimulabatur, expungere juberentur, simulque liber sub nomine Joannis Gersenii imprimi prohiberetur: cum ergo jam antea Schelius quoque, etsi P. Sirmondus tum maximi in Francia nominis Jesuita, Codicem ante Kempensis tempora scriptum produxisset, librum tamen nullo addito Authoris nomine imprimi præcepisset, Parisienses Canonici victoriam canere cæperunt, atque inter eos Desnosius præter totius controversiæ relationem librum edidit, cui titulus *Triumphus Thomæ de Kempis.* At P. Delfau Benedictinus, & Laynoyus confestim oppositis dissertationibus hanc illis palmam e manibus eripere laborarunt.

§. XLIV.

Archiepiscopi Parisiensis judicium in hac caussa.

Le Cerf Bibl. Hist. crit. Mabil. in animad. ad Kemp. vind. num. 6.

Interim Benedictini vetustissimos duodecim Codices manuscriptos consulerunt, atque inter eos etiam Podlironensem & Biscianum, quos Naudæus depravatos censebat, præter Co-

dices

dicem Abbatiæ ad S. Udalricum Augustæ scriptum Anno 1437. Weingartensem die Anno 1433. & duos Mellicenses de Anno 1434. & 1421. qui omnes Codices ante Codicem Antverpiensem ab ipso Thoma de Kempen conscriptum manu exarati erant (*): Hos igitur omnes Benedictini Francisco Harlæo Parisiensi Archiepiscopo examinandos hoc anno tradiderunt. Hic ergo mox Carolo de Cointe Congregationis Oratorii Presbytero, Faureo, Viono, D'Heruvalio, Valesio, Baluzio, Cangneo, & Coteliero Viris in arte critica doctissimis juxta ac versatissimis tredecim Codices manuscriptos, in quibus opusculum de imitatione continebatur, die decima quarta Augusti, tradidit, ut desuper suum quisque judicium ferrent. Hi ergo post maturum ac diligens examen testati sunt, Codices a Naudæo in dubium vocatos esse omnino genuinos, atque ante annos ducentos, scriptos, ceteros quoque, qui Joannis Gersenis nomen exhibent, ab

Sæc. XVII. A. C. 1671.

(*) Exstat etiam Codex Lovanienfis ab eodem V. Thoma exaratus, cum autem nullam habeat adscriptam notam anni, dubium manet, an non forte hic idem Thomas hunc librum e vetustiore Codice descripserit, non autem ipsus composuerit.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

omni falsitate esse immunes, quorum judicium Parisiensis Archiepiscopus sua quoque auctoritate confirmavit, quocirca Benedictini iterato prælo Parisiis opusculum de imitatione sub nomine *Joannis Gersen de Canabaco Ord. S. Benedicti Abbatis Vercellensis* terra post anno excudi curarunt, simulque Slusianum Codicem, qui Joannis Gersenii nomen præseferebat, obtulerunt, quem pariter Parisienses Critici præfato anno die vigesima tertia Augusti satis vetustum censuerunt: cum vero Canonici regulares anno hujus sæculi octogesimo primo die quarta Martii annos Codices præfatis criticis deferrent, atque illorum auctoritatem solemni testimonio confirmassent, Benedictini Archiepiscopum rursus interpellarunt, factumque effecere, ut peritissimi hi Critici consonum priori testimonium deferrent. Sexto post anno die vigesima octava Julii Mabillonius ex Italia reversus, secum tres alios Codices, atque inter eos Aronensem ab Andrea Majolo Genua Aronam delatum, atque ex Sæculum XV. scriptum prælaudatis Parisiensibus Criticis tradidit, qui hos Codices ab omni depravationis suspicione absolverunt, & Aronensem hanc inferiorem esse trecentis annis pronunciarunt. Pariter Edmundus Martenius

Bene-

Benedictinus Congregationis S. Mauri alios duos MS. Codices Gerſenii nomine inſignitos, ac poſt annum 1420. ſcriptos protulit: quocirca Pariſienſium Criticorum judicio eodem anno die octava Julii res in favorem PP. Benedictinorum comprobata eſt, nullatenus tamen finita; Canonici enim Regulares, pluresque alii pro Thoma pugnantes haud inſirmis rationibus demonſtrarunt, Codices ab adverſa parte productos vel librariorum incuria, vel aliorum fraude corruptos fuiſſe, & antiquiſſimos Codices ab omni depravationis crimine immunes, præcipue Kirchemianum de Anno 1425. & Auguſtanos in Abbatiis ad S. Crucem & S. Georgium necnon in ejusdem Urbis Bibliotheca aſſervatos oppoſuerunt: Attamen hæc controverſia præcipue in Germania ſæculo decimo octavo rurſus maximo partium ardore, exiguo autem utilitatis, veritatisque emolumento agitata fuiſſet, niſi uterque ſacer Ordo, ſicut præcepta in aureo hoc libro contenta exequendi palmam ſibi vendicare nititur, ita etiam ardenter eorum Auctorem ſuis annumerandi gloriam ſimul adhucdum æmularetur: Ceterum Clem. XIV. Papa in ſuis epiſtolis, ſi tamen ipſius ſunt, hujus aurei libri auctorem nec Thomam Germanum, nec aliquem Gal-

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Gallum fuisse autumat, eoquod in cap. 5. l. 4. dicatur, quod *Sacerdos debeat ante se & retro Dominicæ Crucis signum in casula*, cum tamen constet quod apud Gallos duntaxat in tergo Crucis imago depicta reperiatur: hunc ergo librum ab Italo conscriptum, eiusque Auctorem esse Gersenem Vercellensem Abbatem existimat: novissime etiam Parisiensis Curia hunc librum nullo appositio Auctoris nomine excudi curavit, ne alterutri parti accessisse videatur.

Clem. XIV. Epist. 12. part. 1. p. 50. epist. 85. pag. 149.

§. XLV.

Patris Quesneli reflexiones moral.

Expl. Apol. des sent. du Quesn. p. 20 Niceron t. 18 erud. p. 387. Calmet Hist. Univ. t. 17. l. 157. § 68. pag. 567. P Honoré Carme Dech. observat. dogm. sect. 4. §. 2.

Nondum grave vulnus, quod quorumdam Præsulum Gallorum pertinacia Ecclesiæ inflixerat, præterita Clementis X. pace obductum erat, cum illius cicatricem Paschasius Quesnellus hoc anno rursus refricaret novo suo Testamento Gallice reddito, & reflexionibus in quatuor Evangelistas illustratum. Hæc enim cum Montensi nuper damnata fere conspirabat, nisi quod, ut Montensis a vulgata discrepat, Quesnellus verba ad Vulgatæ normam reflexerit, nihilque de græcis textibus immiscuerit, ne sibi negotium faceret, uti ipsemet Quesnellus in sua ad Cle-

Clementem XI. epiſtola die 22. Julii Anno 1712. data teſtatur: Moralium autem conſiderationum occaſionem Quesnellio dederat Lomenius Comes de Brienne Regis Miniſter, Regnique Secretarius: Hic enim, cum mundi tædio affectus ad Patres Oratorii ſeceſſiſſet, quadam die ab aliis intellexit, quod Nicolaus Jourdain primus Pariſienſis Oratorii Superior verba a Chriſto Domino pronuntiata in unum collegerit, notisque latinis illuſtrata prælo ſubjecerit: Hunc vero librum præfatus Comes denuo iu publicam lucem in lingua Gallica edere cogitabat, quocirca Quesnellum rogavit; ut latinas Nicolai notas Gallice redderet, hacque ratione plurium utilitati conſuleret. Annuit Quesnellus Comitis voto, hasque notas in Gallicam linguam tranſtulit, ac inſuper præfationem, & conſiderationes quasdam de ſuo adjecit Sauverati typis editas. In hujus libri lectione Marchio de Laigne, qui pariter cum Oratorii Patribus pari vitæ ſocietate fruebatur, adeo ſeſe oblectabat, ut de Quesnelli ingenio majora adhuc ſibi pollicitus, eundem adigeret, quatenus etiam quatuor Evangelia ejusmodi annotationibus explanare vellet: Fecit id quoque Quesnellus, huncque librum adhuc ſcriptum Marchioni

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Sæc. XVII A. C. 1671.

chioni tradidit, qui illum Felici Vi-
larto Catalaunensi Episcopo legendum
præbuit, cui tantopere placuit, ut eun-
dem ipsus pervolveret, aliisque Viris
doctis examinandum præberet, eo fin
ut ejusdem lectionem edicto novæ ed
tioni præfigendo Diœcesis suæ Cleru
commendaret: cum autem Præs
Catalaunensis, Archiepiscopo Parisien
Francisco Harlæo inscio, hunc libru
typis edi nollet, Marchionem sollic
tabat, quatenus ab Archiepiscopo alu
jurato Jansenistarum hoste approbatio
nem impetrare vellet, qua obtenta li
liber Parisiis hoc anno publici juris fa
ctus est, sub titulo: *Considerationes mo
rales in quatuor Evangelistas:* Fatetur ip
men ipse Quesnellus, quod postea hæc
considerationes novis annotationibu
plurimum auxerit, & reliquas nov
Testamenti partes pariter ejusmodi re
flexionibus donarit, typisque ann
hujus sæculi octogesimo septimo, d
nonagesimo tertio ediderit. Mortuo Vi
larto Episcopo, Ludovicus Antonius d
Noailles ejus Successor die vigesim
tertia Junii anno hujus sæculi nonage
simo quinto suo Clero & populo hujus
libri lectionem speciali mandato com
mendabat. Hujus exemplum segu
bantur Guilielmus Urfæus Lemovicen
sis, Joannes Baptista Gasto Catala
nensis

nensis, Henricus de Bissi Tullensis Epi- Sæc. XVII.
scopus, quinimo celeberrimus Jacobus A.C. 1671.
Bossuet Meldensis Episcopus anno Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo nono Quesnelli considerationes edita apologia vindicavit. Nec tamen propterea credendum, quod Quesneli reflexiones ex publica horum Præsulum auctoritate & continua plusquam quadraginta annorum possessione in Galliis præscripserint; non enim quietam habuere possessionem: *nonnulli enim*, ut ipsemet Quesnellus testatur in epistola ad Clementem XI. data, *obmurmurabant*, & Formagæus Sorbonæ Doctor centum nonginta novem propositiones ex hisce considerationibus excerptas hæresis, aliorumque errorum nota perstrinxit: ipse etiam Vialartus, cum hunc librum adhuc oppido exiguum hoc anno approbaverat, triginta quatuor loca emendanda observavit, alii in tertia editione jamjam decem, in subsequentibus plusquam quinquaginta propositiones postea damnatas notarunt. Denique Bossuetus quidem anno hujus sæculi nonagesimo nono plurimas Quesnelianarum reflexionum propositiones ad sensum Catholicum detorquere satagebat, hancque in rem justificationem seu vindicias composuit, consensitque, ut suum judicium novæ illius

Sæc. XVII. A.C. 1671.

illius anni editioni præfigeretur, ea tamen lege, ut viginti ſex propoſitiones corrigerentur: poſtquam vero non niſi pauciſſimas, de quibus conventum erat, correctas noverat, ipſus ſuam juſtificationem ſuppreſſit: non ergo Quesneliſtæ habent, quod de tot Præſulum approbatione gloriarentur.

§. XLVI.

Quædam Clementis X. Conſtitutiones.

Bull. magn. Clem. X. tom. 6.

Inter plures Conſtitutiones Clemens X. hoc anno die vigeſima octava Januarii & ſeptima Februarii confirmavit S. R. E. Cardinalium declarationes de cultu hominum memoriam excedentis Beatæ Ludovicæ, & Ferdinandi III. Regis Caſtellæ & Legionis. Extendit etiam die decima ſexta Februarii indulgentias Sodalibus S. Roſarii conceſſas ad omnes, qui quolibet Menſe proceſſioni & Miſſæ interſunt: Tranſtulit quoque Feſtum S. Didaci ad decimam tertiam Novembris. Die autem vigeſima ſexta Martii Bullam Cænæ innovavit, ac die ſexta Aprilis Univerſitatem ſtudii generalis in Urbinatenſi Civitate erexit, conceſſis iisdem privilegiis, quibus Ferrarienſis Academia fruebatur. Declaravit inſuper Pontifex die decima quinta Maij, quod Romani, aliique

aliique ditionis Pontificiæ Nobiles commercia ſine præjudicio Nobilitatis exercere valerent. Sequentis vero Menſis die decima conceſſit Pontifex, ut officium & Miſſa de B. Gundiſalvo Amarante Ord. Præd. non modo in Luſitania, ſed in toto S. Dominici Ordine celebrari poſſit, & Theatini officium de Purificatione B. V. cum octava quotannis recitare valeant. Denique Eccleſias viſitantibus conceſſit indulgentias in die SS. Auguſtini, Monicæ, Nicolai Tolentinatis, Thomæ de Villanova, Benedicti, Scholaſticæ, Placidi, Mauri, & Nominis Mariæ omnibus Hiſpanis, qui die decima ſeptima Septembris Miſſæ interfuerint. Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. XLVII.

Diverſæ S. Congregationum Romanarum deciſiones.

Exortis ſubinde dubiis ſacræ Congregationes Romanæ varias ediderunt deciſiones, & quidem Rota Romana die vigeſima Aprilis declaravit, quod in indulto, quo in Oratorio privato Miſſam in petentis & *familiæ ſuæ* præſentia celebrandi facultas conceditur, nomine familiæ duntaxat Agnati veniant, v. g. Pater, Mater, Uxor petentis, Filii, Filiæ, Nurus & Nepotes, *S. Congr. Rotæ Rit. &c. deciſ.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

dummodo cum ipso petente habitent, & ipsius sint commensales, non autem famuli, nisi actu necessarii. Declaratum quoque die duodecima Junii, quod in utriusque Juris dispositione præeminentiæ concedantur digniori, consuetudo tamen contra Jus attendatur in materia præcedentiæ, ad illius quoque effectum inter Canonicos attendatur tantum Ordo receptionis, non autem suscepti majoris Ordinis, & præcedentia debeatur ei, qui priori loco fuit descriptus in Kalendario facto de Ordine & mandato Capituli. Decisum etiam die vigesima nona Augusti a S. Congregatione Immunitatis, quod Auditor Cameræ non habeat facultatem absolvendi a censuris in causis violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ. Denique in S. Rota die vigesima Novembris declaratum, quod Canonici denominentur Hebdomadarii, si tales in erectione sint vocati, & Hebdomadarii etiam vocentur Canonici, si ita consuetudo tulerit.

§. XLVIII.

Catholici ex Anglia proscripti.

Rapin Thoir. Hist. d'Angl. lib. 23. Theatr. Europ. tom. 10.

Postquam in Anglia tam Superioris quam Inferioris Curiæ Senatores crebris dissidiis inter se scissi tandem pristinam amicitiam redintegraverant, junctis

junctis viribus Non-Conformistas, simulque Catholicos opprimere satagebant, huncque in finem die vigesima prima Martii Carolum II. Regem adierunt, supplices, ut præcipue Londini & Westmonasterii illorum cætus supprimeret, atque edicta in Catholicos sæpius promulgata omni severitate executioni dari curaret, Rex igitur die vigesima prima Aprilis confirmavit Parlamenti edictum, vi cujus omnes, qui cætus sub specie Religionis ab Anglicana diversæ haberet, vel Prædicantes, qui illis interfunt, aut alii, qui suas ædes locant, gravissima pecuniarum mulcta coercerentur. His nondum contenti erant Senatores, his insuper postquam juncta Procerum opera die vigesim. quarta Februarii porrecto libello supplici de periculoso Catholicorum numero vehementer questi fuerant, simul expositis hujus incrementi caussis, necnon remediis huic malo opponendis rogarunt, quatenus Rex calamitates inde orituras prævenire vellet: Porro inter aucti Papismi caussas exposuerunt sequentes.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Salmon hist. d'Angl. t. 1. p. 344.

I. Dantur Londini & Westmonasterii, diversisque in aliis Regni Provinciis longe plures, quam olim, Sacerdotes & Jesuitæ, qui Regis subditos seducere totis viribus adlaborant.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

II. Præter Oratorum ædes in omnibus præcipuis Regni urbibus, aliisque locis, præcipue Londini & Weſtmonaſterii adverſus legum præſcripta magno numero erecta fuere Sacella, ac ædes, ad quas Regis ſubditi ad audiendam Miſſam confluunt.

III. In Palatio S. Jacobi, in Herefordienſi Provincia, aliisque Regni locis præter plures Scholas dantur Sodalitates, & Sacerdotum, necnon Anglorum Jeſuitarum Collegia, in quibus juventus depravatur, & Papismi principia inſtillantur.

IV. Durante etiam Parlamenti conſeſſu Catechismi, aliique libri Papiſtici publice venduntur.

V. In Papiſtis juxta leges convincendis omnes Magiſtratus, eorumque Miniſtri admodum ſecordes ſunt.

VI. Recuſantes ab omnibus officiis onerosis exempti ſunt, potiuntur autem proficuis, quæ vel per ſe, vel per alios exercent.

VII. Fruuntur Papiſtæ jure præſentandi ad Beneficia ſub nomine aliorum, ac propterea hæc beneficia paſſim poſſidentur a Prædicantibus haud idoneis.

VIII. Plures ſub melioris educationis obtentu ſuas proles extra Regnum inſtituendas mittunt, eisque Præceptores aſſignant, qui nec fidelitatis, nec ſuffi-

supremi Primatus juramentum præstite- Sæc. XVII.
runt, & plerumque hos juvenes ad A.C. 1671.
amplectendum Papismum inducunt.

IX. Quamvis sæpius in recusantes convictos fuerit inquisitum, raro tamen adversus eos sententia fuit executioni data.

X. Hiberni Papistæ ad tantam devenere petulantiam, ut spretis Protestantibus Episcopis suos palam haberent Archiepiscopos & Episcopos, & Lublini, atque in Hiberniæ locis publice Missas celebrarent: Petrus etiam Talbotus existimatus Dublinensis Archiepiscopus Antverpiæ solemni pompa palam fuerit inauguratus, ac Londinum profectus, suo ibidem functus sit officio, in itinere Cestriam versus a Papistis summis honoribus exceptus, ac *gratiosi* titulo decoratus. Postea Dublinum delatus, magnoque apparatu exceptus, ibidem suas functiones exercuerit, ac hodiedum exerceat, necnon resideat in ædibus Talboti Fratris sui, qui apud Regiam Majestatem in procurandis Papistarum Hibernorum caussis Procuratorem agit.

Adversus hæc mala propositerunt remedia sequentia:

I. Rex publico edicto præcipiat, ut intra breve temporis spatium diserte præfigendum omnes Sacerdotes Ca-

Sæc. XVII. A. C. 1671.

tholici & Jesuitæ (exceptis iis, qui juxta Regii connubii pacta tolerantur, vel Legatis deserviunt) ex universo Regno ejiciantur: omnes vero Ministri & Judices &c. leges contra recusantes convictos executioni dari curarent, utque facilius illos convincere possint, illos ad Curias & Tribunalia citarent, comminata Regiæ indignationis pœna.

II. Rex præpediat, ne Papistæ ad Oratorum ædes, aliaque Sacella in Regno tolerata passim confluerent.

III. Præcipiat, ut nullum officium vel civile, vel militare ulli Papistæ recusanti, aut pro ejusmodi habito conferatur.

IV. Penitus supprimat cunctas Sodalitates, Collegia vel Scholas in Regno erectas, necnon Sacerdotes Jesuitas & Monachos ob eorum petulantiam castiget.

V. Curiæ Ministris præcipiat, ut in recusantes Papistas inquirant, Rex vero negligentes Ministros puniat.

VI. Plunkettum, qui sibi Hiberni Primatis honorem arrogat, necnon Petrum Talbotum, qui se Dublinensem Archiepiscopum vocat, capi, atque in Angliam deduci jubeat, ut ad accusationum capita contra se proponenda respondeant.

Ad

Ad haſce querelas Rex reſpondit, ſe Senatorum petitis annuere paratum, æquum vero dignumque eſſe, ut discrimen fieret inter Papiſtas recens a ſecta ad fidem Romanam reverſos, & inter Catholicos in ſua religione natos & educatos, eoquod hi plurima Regi Patri ſuo, ſibique in prioribus bellis obſequia integerrima fide præſtitiſſent: nihilominus Senatorum importunitate devictus, & cruento Patris ſui fato territus, edictum promulgavit, vi cujus omnes Sacerdotes Catholici, exceptis iis, qui Reginæ vel Oratoribus a ſacris ſervitiis eſſent, ante diem vigeſimam Maij ex univerſo Regno excederent; Hujus tamen edicti executio remiſſius urgebatur. Sæc. XVII. A.C. 1671.

§. XLIX.

Eboracenſis Dux, ejusque conjux ad fidem Catholicam reverſi.

Ad hunc annum nonnulli referunt Eboracenſis Ducis ſolemnem ejurationem ſectæ ſuæ, quamvis alii Scriptores eam ad annum hujus ſæculi quinquageſimum octavum revocent: Utut autem ſit, id certum eſt, quod hic Dux qui mortuo Carolo II. fratre ſuo Jacobus II. dictus, Angliæ ſceptrum moderabatur, tantiſper fidem Catholicam pri-

Calmet Hiſt. Univ. l. 156. §. 20. p. 312. Hiſt. Jac. II. Bretonneau Abregé de la Vie du meme.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

privatim coluerit: Hic enim, licet a puero in secta Anglicana enutritus fuisset, turbatis tamen per Angliam rebus in Gallias & Belgium exulare coactus, ibidem frequens cum Catholicis commerciom fovit, ac prima veritatis Catholicæ semina suo cordi inseruit: Expugnabat victrix gratia tam feliciter animi sui pertinaciam, ut tandem de Religionis Calvinianæ falsitate magis magisque convictus, errorem deponere statueret: Opportune inciderat in existimatæ Reformationis Anglicanæ Historiam ab Heylino Doctore descriptam, in qua adhuc luculentius, quam unquam, falsa sectæ suæ principia detexit; quocirca Divinæ gratiæ impulsu, priusquam Carolus II. ejus Frater Regno fuerat restitutus, ejurato schismate Bruxellis Catholicam fidem amplexus est, quam aliquamdiu adhuc occultam tenebat, donec Maria Anna Hide Clarendoni Comitis Filia ejus conjux decessisset; paucis autem post ejus obitum diebus Dux jam hoc anno solemnem hæresis ejurationem in manibus Patris Simonis Angli Jesuitæ fecit: Prius autem hoc ipso anno præfata hæc Ducissa pariter Anglicanæ sectæ virus evomuerat; jamjam in Gallia quosdam erga Catholicam Ecclesiam pietatis sensus hauserat, obsta-

obstabant tamen adhuc præconceptæ opiniones, & a teneris imbibitum in Papam & Catholicos odium, quo fascinata Duciſſa dudum Mariti ſui hortationibus reſtiterat: quoniam vero veri luminis agnitio a Deo dependet, qui corda Regum in manibus ſuis tenet, & ad ſananda illorum corda non raro medicinam ex ipſo veneno præparat, ita etiam Duciſſa ex præfata Heylini Hiſtoria aliàs ad animos in ſecta obdurandos aptiſſima, ſuæ ſectæ opiniones nonniſi mere humanum pertinacis judicii commentum eſſe agnovit; frequenti igitur precatione utebatur ad Deum, ut illam illuminare dignaretur, ſedulo poſtmodum utriusque Religionis libros pervolvit, ac ſæpe cum doctiſſimis Viris de rebus fidei contulit, ponderatisque ſuæ hæreſis principiis manifeſte ex prædictæ Hiſtoriæ relationibus deprehendit, quod Henricus VIII. accerrimus antea Lutheri, ſuæque ſectæ Adverſarius, primus Regum in Anglia a vera fide atque Eccleſia Romana duntaxat ob effrænem libidinem defeciſſet, hisque ſtimulis incitatus iniquæ cauſſæ inſtitiſſet: poſtea vero Eduardus Rex VI. Anglicanam ſectam promoviſſet, inſtigatus ab illis, qui ex Eccleſiarum peculio, ſpoliisque prædam agentes, res

Sæc. XVII. A.C. 1671.

Sæc. XVII A. C. 1671.

suas auxerant: Elisabetha autem Regina nullo alio titulo, quam odio fidei Catholicæ, & effuso innocentium cruore ad Regium thronum evecta fuisset. Hæc pluraque alia sectæ suæ initia et progressus, quorum Deus Author esse minime potuisset, ex eadem Historia didicit: nihilominus tamen Scheldonum Cantuariensem Pseudo-Archiepiscopum, & Blansordum Worcestrien-

Rapin Thoir. Hist d'Angl. lib. 23.

sem Anti-Episcopum percipere voluit, qui tamen sigillatim de Romana Ecclesia sententiam edicere rogati, Ducissa responderunt, plura in ea observari, quæ utinam! hodiedum in Anglia fuissent, & quidem inter alia esse confessionem auricularem, quæ sine dubio esset præcepti, jurisque Divini, necnon preces pro defunctis fieri solitas præter quasdam antiquiores traditiones. His insuper Blandfordus addidit, se nunquam a fide Catholica fuisse recessurum, si eum in eadem nasci, educarique contigisset: nunc vero, postquam in alia secta enutritus esset, in qua tamen salutem se obtenturum confideret, se absque ingenti scandalo suam Ecclesiam, in quo Baptizatus fuisset, deserere haud posse. His mature perpensis Ducissa pro Catholicis se declaravit, cunctosque errores palam depositi: nec his contenta, insuper con-

converſionis ſuæ rationes ſcriptotenus protulit, easque proprio ſuo chirographo anno priori die vigeſima Auguſti munivit: Has poſtmodum anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo ſexto Rex Jacobus ejus quondam Conjux unacum duplici alio Chirographo Caroli II. Regis ac Fratris ſui, quod ille moriens in teſtimonium ſuæ fidei in ſcrinio reliquerat, publicis typis evulgavit. Scripſit denique hæc Duciſſa literas ſuæ converſionis teſtes ad Comitem Clarendonum Patrem ſuum, ac demum die undecima Aprilis omnibus Eccleſiæ Sacramentis Catholico ritu munita pientiſſime hoc anno in ædibus S. Jacobi obiit, nonniſi triginta & unum annos nata: Sepulta quieſcit Weſtmonaſterii ad S. Jacobum in Sacello Henrici VII. Regis.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Eodem hoc anno die decima quinta Novembris Eliſabetha Caroli Electoris Palatini Filia Metis in Lotharingia ad ſinum Catholicæ Eccleſiæ reverſa eſt, ipſis Lutheranis Prædicantibus certo aſſecurantibus, quod hæc Religionis mutatio nullatenus æternæ ejusdem ſaluti obeſſet. Poſtea eadem die vigeſima prima ejusdem Menſis Aurelianenſi Duci nupſit, Catalaunenſi Epiſcopo Principes ſponſos per ſolemnem precationem conjungente.

Daniel Hiſt de France tom. 10. Hode Hiſt. de Louis XIV. l. 32. pag. 38.

§. L.

Sæc. XVII.
A. C. 1671.

§. L.

Contentio inter Janſeniſtas & Calviniſtas in Galliis.

Hiſt. de l'Edict de Nantes t. 5. pag. 192.

Haud raro Catholici Portu-Regienſibus Theologis exprobrabant, quod proximius, quam ab aliis videri velint, Calvinianæ ſectæ principiis accederent; ut ergo hanc a ſe labem, quantum poſſent, abſtergerent, jam anno hujus ſæculi ſexageſimo primo Blaſius Paſchal librum compoſuit *a perpetua Eccleſiæ fide circa Præſentiam realem in Euchariſtia.* Priusquam vero hic liber typis ederetur, Joannes Claudius Calvinianus Præco hunc fætum confutare aggreſſus eſt: mortuo autem paulopoſt Paſchale, ne Calviniſtæ triumphum ante victoriam canerent, Portu-Regienſes Antonio Arnaldo conducti tio Janſeniſtarum Defenſori negotium dederunt, ut ipſe acriori lixivia hunc Prædicantem depexum redderet. Acuit quidem Arnaldus calamum, ſuumque librum publici juris fecit; nimis vero luculenter Janſeniſtæ in ſuis libris a Catholicæ fidei puritate receſſerant, ut ſe Calviniſtis favere, ſolida demonſtratione negare poſſent; quocirca Claudius nullo negotio Arnaldi apologiam confutabat, imo ſuum Adverſarium eli-

quem

quem reddidisset, si tamen veritatis, quæ huic Præconi deerat, fundamentum facundo verborum profluvio suppleri posset, mox igitur Portu-Regienses Claudio vastum volumen opposuere, ac molesto huic Declamatori os obturare tentabant, ipsius Parlamenti auctoritatem implorantes: nec illud eorum postulatis defuit, sed promulgato edicto Bibliopolis interdixit, ne Claudii librum cum præfixo approbationis testimonio venderent, sed illico approbatio a duobus aliis Prædicantibus facta deleretur, ac deinceps Prædicantes omissa approbatione, duntaxat in suis libris testari possent, quod in illis nil suæ sectæ contrarium reperiatur. Demum vero P. Nouet, Antecurtius, aliique Catholici Scriptores validius Claudii scripta impugnarunt. Sæc. XVII. A.C. 1671.

§. LI.

Leves simultates Papam inter & Franciæ Regem.

Postquam Petrus de Arragonia Hispanus Orator die vigesima sexta Januarii nomine sui Regis Clementi X. summo Pontifici filiale homagium exsolverat, pariter Comes Uladislaus Melitensium Legatus Romam venit, promptum auxilium contra Turcas petiturus. Eapro- *Theatr. Europ. t. 10. pag. 573. Chron. Hisp. cont. l. 9.*

Sæc. XVII A. C. 1671.

Eapropter Papa in Gallias & Germaniam ſuos Legatos decrevit, ut Principes Chriſtianos a novo bello inter Gallos & Hiſpanos eorumque fœderatos agitato averterent, & ad ſociania arma contra Turcas ſollicitarent: inſuper Pontifex ex Francipani Comitis bonis in Ditione Pontificia ſitis quinquies centena aureorum millia in Turcarum bellum impendere decrevit, vehementer obluctante Cardinale Haſſiæ Landgravio, qui has pecunias nequaquam ad Pontificium, ſed ad Cæſareum fiſcum devolutas propugnabat: Poſtea Pontifex die vigeſima ſexta Maij habito Purpuratorum Senatu quosdam Romana Purpura decorare decreverat, ob importunos tamen eorum, qui nullum in prenſando officium intermittebant, motus tum a propoſito deſtitit; Galli enim Caſparem Eſtræum Laudunenſem Epiſcopum, Hiſpani vero Nidhardum Purpuratis accenſeri, tanta animi contentione poſtularunt, ut publicis etiam ſcriptis ſeſe invicem laceſſerent, & Franciæ Rex Eſtræum fuiſſe neglectum indignatus, Apoſtolicum Papæ Nuntium alloquio arceret: Sub idem tempus ipſemet Eſtræus Romam venit, ſummo Pontifici nuntians, quod Franciæ Rex proximo Vere Batavos terra marique debellaturus eſſet. Ex hoc nun-

nuntio ingentem lætitiam conceperat Pontifex, eoquod hanc Provinciam, hucusque omnium hæresum colluviem, tandem rursus Ecclesiæ Catholicæ aggregandam speraret: interim vero Franciæ Rex denuo Estræum ad Purpuram evehi petebat, tergiversante autem Papa, Vindocinenses Principes minitabantur, quod Rex Castrum & Roncilionem emere, & transactione cum Parmensi Duce inita utramque ditionem a Pontifice repetere vellet: Verum Clemens ejusmodi minis haud territus, dilata Cardinalium inauguratione, duntaxat Nidhardum Edessensi Archiepiscopatu decorabat. Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. LII.

Quinque Beati a Clemente X. Papa Sanctorum Albo adscripti.

Auspicabatur Clemens X. Pontifex Maximus suum Pontificatum apotheosi quinque Beatorum, quos hoc anno Sanctorum honoribus esse colendos solemni ritu ac pompa declaravit. Hi fuere Beatus Cajetanus Thieneus Fundator Clericorum Regularium ab Urbano VIII. Beatorum Albo insertus, Philippus Benitius ex Ordine Servorum B. V. Franciscus Borgia ex Societate a præfato Pontifice inter Beatos relatus. *Bull. magn. Clem. X. tom. 6.*

Ludo-

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Ludovicus Bertrandus Ord. FF. Prædicatorum, & Rosa Limana de S. Maria tertii Ordinis S. Dominici; Solius autem B. Rosæ decretum Canonisationis Pontifex hoc anno die duodecima Aprilis expedivit, a triginta quinque Cardinalibus subscriptum, illud vero S. Cajetani primum Innocentius XII. die 25. Julii Anno 1691. promulgavit. Eodem anno die decima Junii Pontifex Ecclesiis Theatinorum concessit indulgentiam plenariam in die festo S. Cajetani, & aliam in festo S. Francisci Borgiæ, & S. Philippi Benitii.

§. LIII.

Vitaliani Vicecomitis Cardinalis obitus.

Ciacon. in vita Alexand. VII. tom. 4. Eggs Purp. doct. l. 6. pag. 484.

Hoc item anno sacrum Purpuratorum Collegium Vitaliani Vicecomitis mortem luxerat. Hic nobilissimo genere Europæ Principibus affine Mediolani natus, non modo Majorum splendore, sed potius proprii meriti gloria illustris, solida pietate ac eruditione vastissima tam celebre sibi nomen comparabat, ut vix sacræ militiæ adscriptus, jam regendis Ecclesiasticæ ditionis Provinciis ac urbibus præficeretur, magno rerum incremento, & populorum utilitate. Postea Alex. VII. justu

jussu in Hispaniam ad Regias fascias neo-nato Filio deferendas missus, Philippi Regis ac Reginæ animos tam arcte sibi devinciebat, ut ab utroque in Nuntium Apostolicum expetitus, atque Ephesinus Archiepiscopus renuntiatus Iberum Provinciam regeret. Attamen obtenta Purpura ad Archiepiscopalem Ecclesiam Montis Regalis vocatus, vix uno sacri Regiminis anno expleto die septima Mensis Septembris decessit, annos natus quinquaginta quatuor. Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. LIV.

Synodi Monasterienſis Decreta.

Denuo Christophorus Bernardus Monasterienſis Episcopus, quamvis componendis Colonienſium dissidiis plurimum distentus esset, bis tamen hoc anno die decima Martii & decima tertia Octobris Synodum Diæcesanam habuit, in quibus Clericos suos ad morum honestatem fervide adhortatus, Confessariis & Concionatoribus injunxit, ut in pravam jurandi, blasphemandi, & imprecandi consuetudinem vanamque observantiam, & superstitionem acriter inveherentur, eamque extirpare satagerent. Præcepit etiam, ut ad erudiendam juventutem Scholæ ubique conservarentur, & pro ampli- *Concil. Germ. t. 10.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

tudine Parochiarum plures erigerentur.

§. LV.

Scriptorum Ecclesiasticorum opera & decessus.

Vid. supra §. 43. p. 583. Bibl. Hist P. Le Cerf. pag. 416. Alegambe Bibl. Script. S. J.

Inter Catholicos Scriptores Ecclesiasticos hoc anno defunctos recensentur. I. Robertus Quatremarius Benedictinus Congregationis S. Mauri, quem in controversia pro Auctore libri de imitatione Christi strenue depugnasse, jam supra retulimus: Hic ergo contra Frontonem Canonicum Regularem An. 1649. edidit librum sub hoc titulo; *Joannes Gersen Vercellensis Ord. S. Benedicti Abbas librorum de Imitatione Christi, contra Thomam a Kempis vindicatum Joannis Frontæi Canonici Regularis Auctor assertus:* item scripsit alium librum ita inscriptum; *Joannes Gersen iterum assertus contra refutationem Joannis Frontonis.* Edidit quoque Privilegium Sangermanense propugnatum contra Joannis Lanoii inquisitionem, necnon Joannis Lanoii & Joannis Baptistæ Hamelii paradoxa, Dissertationem de Privilegio S. Medardi contra Lanoium & Blondellum, aliamque sub titulo: *Concilii Rhemensis in causa Godefridi Ambianensis Episcopi celebrati falsitas demonstrata.* Eidem

dem quoque adscribitur *defensio Prædestinationis & gratiæ.* II. Daniel Georgius Viole ejusdem Congregationis, qui publici juris fecit vitas S. Reginæ de Alesia, & S. Germani unacum Catalogo Illustrium Virorum diæcesis Antissiodorensis. III. Josephus Gibalinus S. J. edidit disquisitiones Canonicas de clausura Regulari, de irregularitate, censuris, usuris & commerciis, de Simonia, de scientia Canonica, & Hieropolitica, & dissertationem de universali rerum humanarum negotiatione. IV. Andreas Castillon itidem socius scripsit sermones de institutione SS. Sacramenti, & de Adventu. V. Claudius de Lidelle Jesuita vulgavit Theologiam Sanctorum, tractatum de gratia, & rationem eleemosynæ rite faciendæ. VI. Guilielmus Seguier Ord. FF. Præd. edidit varios tractatus pro defendendis Mendicantium juribus circa sepulturam laicorum in eorum Ecclesiis. VII. Reginaldus Lucarinus ejusdem Ordinis prælo subjecit tractatum de Regularibus Episcopis, manuale controversiarum Thomisticarum, Hermetem Biblicum, Indicem librorum prohibitorum, collectionem sententiarum Historiæ Concilii Tridentini præter alia nonnulla. VIII. Philippus a SS. Trinitate Ord. FF. Carmelitarum

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Sæc. XVII. A. C. 1671.

Discalceatorum Præpositus Generalis, scripsit plura opera, ut inquit Gonetus, *Cedro digna*, ac præter philosophica, quinque tomos Theologiæ Thomisticæ, generalem chronologiam ab initio mundi usque ad Annum 1662. itinerarium orientale, summam Theologiæ mysticæ, tractatum de immaculata Conceptione, Divinum oraculum B. Cyrillo missum cum commentariis, Historiam Carmelitanam, decorem Carmeli, Theologiam Carmelitanam, & vitam V. P. Dominici a Jesu Maria. IX. Ludovicus a S. Theresia ejusdem Ordinis elucubravit tractatum Theologicum unionis Animæ cum Deo, commentaria in S. Scripturam, Relationes Missionum Orientalium, Vitas V. Annæ a Jesu, Juliani a Cruce, & Mariæ ab Angelis Carmelitarum, successionem S. Eliæ in Ordine Carmelitano præter alia nonnulla. X. Gabriel a S. Vincentio ejusdem Instituti scripsit Philosophiam moralem, commentaria in primam & secundam partem D. Thomæ, quatuor tomos de sacramentis, tractatum de censuris, summam moralem, tractatus tres de gratia, de fide, spe & charitate, necnon de Incarnatione, consilia varia, Anagogiam Christianam, tractatum de jure & justitia, librum de remediis ignorantiæ

præter

præter Philoſophica & alia quædam. XI. Leo a S. Joanne Carmelita edidit ſtudium Sapientiæ univerſalis tribus tomis diſtinctum, Encyclopediæ Præmeſſum, inſtructionem Catholicam adverſus Heterodoxos, oeconomiam veræ Religionis Chriſtianæ, contextum Evangelicum ex quatuor Evangeliſtis, ſeptem columnas ſapientiæ Euchariſticæ contra hæreticos, Apologiam contra Cuppæium Calviniſtam, conſtantiam animi præter alia varii argumenti plusquam quinquaginta opuſcula. Sæc. XVII. A. C. 1671.

§. LVI.

Heterodoxorum ſcriptorum lucubrationes & mors.

Non deſunt ex Acatholicis Scriptores, qui hoc anno calamum cum vita poſuere, ac primo quidem die decima Julii deceſſit Mericus Caſaubonus, qui Iſacci Patris ſui librum de origine Idololatriæ vindicavit, atque Optatum Milevitanum, aliosque veteres Scriptores notis illuſtravit. II. Tilemon Olearius ſcripſit Sciagraphiam Harmoniæ Propheticæ, Hiſtoricæ, Legalis, & Evangelicæ, Turciæ fatum, armamentarium ſpirituale, Chronologiam Apocalypticam, controverſiam de dominio maris &c. III. Balthaſar Cellarius typis *Bayle Dict. Hiſt. & critiq. Freher theatr. erud. Mencke Lex. erud.*

Sæc. XVII. A. C. 1671.

pis vulgavit ſeptendecim diſputationes de fidei controverſiis, de Sacrificio Miſſæ, de libero arbitrio, de peccato Eccleſia, præter tractatum de præcipuis fidei controverſiis. IV. Joannes Amos Comenius fanaticus Sycophanta ſcripſit Synopſin phyſices ad lumen Divinum reformatæ, Hiſtoriam Fratrum Bohemorum, opera didactica, tractatum de communi rerum emendatione, unum Neceſſarium atque exercitatorium univerſi. V. Godefridus Boſius edidit diſſertationes de unico Jeſu Chriſti Evangelio & de ſcandalo. VI. Martinus Cheitomæus prælo ſubjecit Græco-Barbara novi Teſtamenti, & veram ſanctificationem Sabbati. VII. Eduardus Leigh vulgavit tractatum de promiſſionibus divinis, criticam Sacram in verba Hebraica & græca utriuſque Teſtamenti, obſervationes de Martyribus, de religione & literis, de peregrinatione & de regibus Angliæ præter quædam alia. VIII. Andreas Bucholzer edidit tractatum de Eccleſia Romanæ Indulgentiis & Hiſtoria Principum Germanorum &c. IX. Caſpar Schmid ſcripſit Aſtrologiam Catecheticam, lumen ſpirituale, pro Peritrinis, & irriſoribus Cænæ, Perſpectivam Turcicam, & Apologiam Catecheticam.

§. LVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LVII.

Synodus Hierosolymitana contra Calvinistas de consensu Ecclesiæ Orientalis gloriantes celebrata.

Jam antea Cyrillus Berrhoensis Episcopus, & rursus Parthenius ejusdem Successor ac Patriarcha Constantinopolitanus pro damnandis Calviniani Patriarchæ Cyrilli Lucaris erroribus, ejusque confessione Constantinopoli Synodum celebrabant, in qua Græcorum fidem a Calvinianis commentis plurimum alienam esse declaratum: Ut vero adhuc luculentius Ecclesia Orientalis demonstraret, quanto horrore hanc hæresin execraretur, & quam inique Calvinistæ errores suos Græcæ Ecclesiæ affingant (*), hinc Dositheus Patriarcha hoc anno die decima sexta Martii Hierosolymis Synodum habuit, ac fidei decreta explanavit, quæ tanquam *fidei orthodoxæ clypeus seu apologia adversus Calvinistas hæreticos, Orientalem Eccle-*

Vid. supra l. 198. t. 59. §. 102. p. 734. l. 199. §. 72. t. 6. p. 248. & l. 200. § 51. p. 669. Harduini Acta Concil. Tom. XI.

(*) Verum hoc sibi proprium habet omnis secta recens nata, fallax, mendaxque, ut dum de sua juventute erubescit, senectutem sibi pretiumque ex antiqua religione emendicare quærat.

Sæc. XVII. A. C. 1672. *ſiam de Deo, rebusque Divinis hæretica cum ipſis ſentire mentientes opponerentur*, uti in frontiſpicio hujus Synodi dicitur. Prodiit equidem hæc Synodus primum anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto, & quidem ſub nomine Synodi Bethlehemiticæ, eoquod in Conventu Bethlehemitico ob dedicationem inſtauratæ ſacræ ædis celebrato hujus Synodi celebrandæ conſilium fuiſſet initum; quæ tamen, cum Hieroſolymis fuerit digeſta, ejusque decreta ſubſcripta, hinc merito Hieroſolymitana dicitur, & hoc nomen in ſecunda illius editione præferet, quam etiam anno hujus ſæculi ſeptuageſimo octavo quidam Benedictinus Congregationis S. Mauri latine reddidit.

Præprimis igitur Græci hujus Synodi Patres in præfatione Calviniſtis exprobrant, quod ſuos errores Orientali Eccleſiæ non ex ignorantia, ſed ex præmeditata malitia imponant, eoque ex Jeremiæ Patriarchæ, Joannis Nathanaëlis, Petri Kiæbæ Archiepiſcopi, Gabrielis Philadelphienſis, aliorumque ſcriptis abunde noſſent, quid Græca Eccleſia profiteatur. Ut autem Calviniſtis, qui ex Lucaris confeſſione Eccleſiam Orientalem ſuæ doctrinæ conformem eſſe, probare nitebantur, hoc eis præſidium eriperent, in Cap. demon-

demonstrarunt, quod ipse hic Lucaris circa omnia fidei capita aliter, ac in ejus confessione exprimitur, in sua Ecclesia docuerit, ipsius vero confessio non totius Ecclesiæ, sed duntaxat privati hujus Apostatæ doctrina sit, in Cap. IV. asserunt, quod Ecclesia Orientalis, aut ea, quæ Cyrilli confessio exponit, nunquam crediderit, aut si illa crediderit, nullam cum Christo partem habere potuisset; necesse enim cuilibet Christiano esse, ut corde credat, ore confiteatur, & quæ credit, & confitetur, factis demonstret, ac ne nomine quidem Christiani dignus sit, qui alia corde credit, & alia ore & factis exprimit: unde concludunt, si Græci ea credidissent, quæ Cyrilli confessio exprimit, eos non potuisse esse Christianos, cum publica ipsorum doctrina, quam libere, sepositâ omni metus caussa profitentur, & quotidiana praxis, Lucarensi confessioni plene adversetur, siquidem apud Græcos septem Sacramentorum usus, SS. Imaginum cultus, Sanctorum veneratio, transsubstantiatio, Sacrificium Missæ, Baptismi necessitas, gratiæ amissibilitas, Ecclesiæ visibilitas infallibilitasque, Prædestinatio, justificatio, bona opera, Purgatorium, Episcoporum præ Presbyteris eminentia, & cetera Catholicæ Ecclesiæ dogmata,

Sæc. XVII. A. C. 1672.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

quæ in Lucaris confessione rejiciuntur, etiamnum ubique vigeant, quin & certis diebus, scilicet a Dominica postum decimam Octobris diem, qua Patrum in Synodo Nicena II. contra Monomachos congregatorum memoria recolitur, & prima Quadragesimæ Dominica, quæ orthodoxia dicitur, nonnulla a Cyrillo tanquam orthodoxa, & approbata anathemati subjiciantur. In capite V. Cyrillum, etsi præfatam Confessionem neque suam esse, neque se ejus doctrinam approbare, jurejurando adhibito asseruerit, & contraria huic Confessioni in Ecclesia sua publice docuerit, in prædictis tamen duabus Synodis eam ob caussam damnatum referunt, quia scripto aliquo confessionem istam reprobare noluerit, ideoque Cyrillum pro infelici, omnisque cum Christo communionis extorri habendum esse, Patres pronuntiarunt: Postea duplicis libelli Synodi decreta præsentis Synodi actis inseruerunt: Denique in Cap. VI. Ecclesiæ Græcæ doctrinam juxta ordinem in Lucarensi Confessione observatum proponunt: Notandum tamen, quod hi Patres contra Cyrillum, qui Patrem per Filium procedere asseruit, Spiritum sanctum a Patre procedere profiteantur, unde colligi potest, eos Romanæ Ecclesiæ non fuisse addictos.

Lati

Latinorum tamen gratiam aucupari intentos multa, de quibus inter Græcos & Latinos est contentio, dissimulasse. Sæc. XVII. A.C. 1672.

Quia vero Cyrillus suæ confessioni responsionem ad quatuor dubia adjunxerat, de his quoque Synodus egit: Quæstio I. erat, an S. Scripturam vulgari idiomate ab omnibus deceat legi, II. An sit clara. III. Quinam libri sint Canonici, vel apocryphi. IV. An sacræ Imagines sint venerandæ. Has quæstiones Synodus juxta Catholicorum doctrinam definivit, & nonnulla de Monachis & jejuniis adjunxit, acrius in Joannem Claude Charentonensium Calvinianum Prædicantem invehens: Annexa etiam habetur huic Synodo Dionysii Patriarchæ Constantinopolitani ad Calvinistarum errores responsio Mense Januario ejusdem anni, quo hæc Synodus, edita: medio loco inter hanc Synodum & præfatam responsionem exhibetur aliquod Gallici apud Turcarum Imperatorem Oratoris documentum, ex quo colligere licet, Synodum hanc eo suadente a Patriarcha Dositheo fuisse celebratam. Exosa est hæc Synodus non modo Calvinistis, sed & Lutheranis, eoquod illius Patres his denuo exprobrassent, quod ipsi per suum Martinum Crusium Tubingensem Prædicantem aliosque, suæ novi-

Sæc. XVII. A. C. 1672.

novitatis articulos Græcis transmiſſ. ſent, ac Orientalis Eccleſiæ conſenſum emendicare voluiſſent, Jeremias vero Patriarcha *eorum hæreſin Theologice ſatis ac Catholice confutaſſet, & orthodoxas opiniones, quascunque A PRINCIPIO ECCLESIA OBTINUIT ORIENTALIS*, Lutheranos edocuiſſet: Erubeſcant ergo Lutherani, de ſectæ novitate ab ipſis quoque Græcis convicti. Ceterum huic Synodo ſexaginta novem Præſules, Sacerdotes, & Monachi ſubſcripti leguntur.

§. LVIII.

Quidam Præſules a Clemente X. Papa ad Purpuram evecti.

Vid. ſupra §. 30 p. 545. Roma ſancta Kolb p 4. Theatr. Europ. t. 11.

Hoc item anno Clemens X. Papa ſacrum Purpuratorum Collegium novis Cardinalibus auxit, ac die vigeſima ſecunda Februarii præter Bernardum Guſtavum, cujus jam ſupra mentio minimus, Petrum Bonzium Purpura Romana decoravit, cui adjunxit Petrum Vincentium Mariam Orſinum Ord. FF. Prædicatorum, qui tamen oblatam hanc dignitatem ſacra pertinacia conſtanter acceptare recuſans, nonniſi expreſſo Pontificis mandato expugnari poterat, ut patet ex hiſce Papæ literis.

„E

„Ea qua par est animi admiratione „suspeximus religiosæ humilitatis præ- „stantiam, qua Cardinalitiam digni- „tatem, nostræ tantummodo in Eccle- „sia secundam, recusare cogitasti, exi- „miamque pietatem tuam prolixis lau- „dibus prosecuti, accuratas divinæ bo- „nitati gratias egimus, quæ tam præ- „claros, ut ex literis ad nos datis pa- „tere videtur, cordi tuo sensus imper- „tiri dignata est. Examinanda tamen, „atque ad trutinam pensanda ducimus „ejusmodi consilia; quandoque enim „sub amictu lucis Princeps tenebrarum „latet, mentitaque melioris boni spe- „cie divinæ gloriæ incremento resistit. „Sententia quoque nobis fuerat, obla- „tum infirmitati nostræ *Pontificatus ma- „ximi* pondus omnimode declinare, pro- „fusisque in id precibus & lacrimis „vehementer incubuimus, subjecimus „vero tandem voci Dei, per Cardina- „les nos alloquenti, voluntatem no- „stram, onerisque angelicis etiam hu- „meris formidandi gravitatem, impa- „res licet subire, passi sumus. Eadem „quoque sequenda a te in præsenti ve- „stigia, pronasque loquenti in nobis „*Spiritui sancto* præbendas satius au- „res esse, consultum in Domino repu- „tantes, Authoritate, qua nos in terris „Christus donavit, præcipimus hisce „tibi,

Sæc. XVII. A. C. 1672.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

„tibi, dilecte fili Noster, ut dignita-
„tem, qua te universa urbe plaudente
„nuper insignivimus, omnino acceptare
„velis, jucundius ita Pontifici semi-
„terno sacrificium, inclytam nempe
„animi tui repugnantiam ingenti cum
„fœnore meritorum oblaturus. Nec
„ullus nobis dubitandi locus esse pot-
„est retardaturum te ad præstandam
„mandatis nostris, ut perfectum reli-
„gioſi instituti sectatorem decet, debi-
„tam obedientiam a metu, ut scribis,
„amittendæ salutis æternæ: damna-
„bile nimirum summopere foret, adeo
„turpem maculam inferre *præclarissimo*
„*Ordini*, a quo tot, tamque illustria
„christianarum virtutum exempla
„prodiere, a pluribus itaque abstinen-
„tes a perspecta probataque pietate tua
„hujusmodi solatium prorsus exspecta-
„mus, &c. „

Interim die vigesima sexta Martii Estræus Dux Franciæ Regis Orator Romam venit, qui facta alloquii copia summo Pontifici exposuit, quod Ludovicus XIV. Galliarum Rex Apostolicum Nuntium ad Aulam admittere recusaret, donec Castrum Parmensi Duci restitueretur, & tres Ecclesiastici a Rege nominati sacro Purpuratorum Collegio adscriberentur: Igitur summus Pontifex cedendum ratus, Casparum Estræum

Lau-

Laudunensem Episcopum ac Gallici Oratoris Fratrem, assignato titulo SS. Trinitatis in Monte Pincio, necnon Joannem Everhardum Nidardum Edessensem Archiepiscopum & Hispani Regis Oratorem die decima sexta Maij Cardinales publice renuntiavit. Sæc. XVII. A. C. 1672.

§. LIX.

Raynaldi Estensis Cardinalis obitus.

Eadem die Raynaldus Estensis ex Mutinæ Principibus progenitus Romæ decessit. Hic post literarum politiorum æque ac graviorum studia ab Urbano VIII. Diaconus Cardinalis renuntiabatur, qua dignitate auctus, præclara Ecclesiæ præstitit obsequia: Vir enim erat virtute, doctrina & pietate eminens, natura comis, ingenio mitis, in amicos sincerus, in omnes, præcipue literatos beneficus. Eapropter a Clemente IX. plurium Congregationum Patribus annumerari, aliisque officiis præfici promeritus est, ubi semper se prudentem, & in dandis consiliis circumspectum, necnon suæ sententiæ tenacem, in eaque pronuntianda liberum exhibuit, adulantium Osor, propriæ gloriæ, opum ac vanitatis contemptor, atque eximius veritatis, & castimoniæ cultor. Erat Romanis percharus, *Ughell. Ital. sacra Old. in addit ad Ciacon. Siri in Mem.*

Sæc. XVII. A. C. 1672.

charus, & Gallis oppido addictus: quapropter ab ipso Ludovico XIV. Rege in Abbatem Diæcesis Senonensis nominatus, Galliæ Patronum apud Sedem Apostolicam gessit: Postea Anno hujus sæculi sexagesimo nono Mense Novembri in Lepidiensem Episcopum inauguratus, hanc Ecclesiam abdicavit, postquam a Galliarum Rege Monspessulanus Episcopus nominatus fuerat: obiit autem annos natus quinquaginta quatuor.

§. LX.

Protestantium Hungarorum seditio contra Cæsarem & Catholicos.

Wagner vit. Leopold. Han Pan. nov. p. 464.

Præcipuis Hungaricæ Rebellionis Auctoribus e medio sublatis, Leopoldus Imperator, ut ipsas turbarum radices evelleret, post crebras consultationes Viennæ habitas tandem veterem Hungarici Regni statum immutare decrevit, ac suppressis Palatini, Judicis Curiæ, Banni aliisque officiis, quorum auctoritate rebellio aut cæpta aut promota fuit, subrogavit Regni Gubernatorem Casparum Ambrigenium Teutonicorum Equitum Magistrum, Virum in Hungarorum mores mirifice factum. Huic insuper adjunxit e Viris primariis Senatum, qui tamen in decidendis

dendis gravioribus negotiis a Cæsaris auctoritate dependeret: denique urbes præsidiario firmavit milite, qui Regni sumptibus aleretur, atque ad omnem rebellionis auram accurrere promptus, lubricæ fidei gentem in officio contineret: Verum hæc salubriter constituta Regno tranquillitatem reddidissent, si fideliter servata fuissent, nec Lutherani ac Calvinistæ sectam suam, quam olim seditionis ope in Regnum invexerant, composito tumultu decrescere reformidassent: Ea enim ex caussa seditiosorum Nobilium non pauci ductore Comite Balasso Budensem Bassam ad invadendam Hungariam incitabant, collectisque copiis urbem Kalo intercipientes, non modo Germanorum præsidium, sed omnes Catholicos, quotquot suo furori obvios habuere, nullo habito ætatis, conditionis aut sexus discrimine trucidabant: cum autem eo tempore Cæsaris copiæ aliorsum distractæ abessent, & rebelles valida sibi Protestantium auxilia promitterent, eoquod in Silesia, Moravia, Bohemia, Superiore Austria, ac in plerisque Transylvaniæ & Hungariæ Urbibus Prædicantes jam antea populum sub ementito Religionis & libertatis tuendæ obtentu ad arma capessenda excitassent, hinc victoriæ fiducia animati, rapinas, & incendia

Sæc. XVII. A. C. 1672.

Sæc. XVII. A. C. 1672

longe lateque miſcebant: Auxerat eorum petulantiam Abaffius Tranſylvaniæ Princeps, qui Cæſari & Catholicæ religioni infenſiſſimus, ad promovendum fidei regnique excidium, omnes impendebat vires. Hujus igitur auxilio freti rebelles, primo Eperies urbem, ubi quosdam conjurationis ſocios habebant, tentare aggrediuntur, eamque nullo negotio ad deditionem compellunt, inde vero promotis caſtris Sandandreanam arcem, aliasque plures urbes expugnarunt, ceterasque in rebellionis partem trahere intenti, vulgatis in Cæſarem famoſis libellis populorum fidem, animosque depravare ſategerunt. Poſtquam vero Coppius Cæſareus Bellidux cum valido agmine ex inferiore Hungaria in Superiorem emperat, rebellium audacia repreſſa erat; inito enim prælio Caſſoviæ devicti, & plusquam mille trucidati fuere, atque inter eos etiam Prædicantes, ceteri demum partim in Tranſylvaniam, partim Varadinum usque, Turcicæ ditionis urbem profugerunt: poſtea recuperata Eperies urbe, multisque locis Abaffio eorum fautori ereptis, reliquæ civitates adverſus rebellium impetus munitæ, impoſitis præſidiis a rebellandi libidine coercitæ fuerunt: Nec ulla etiam ſeditioſis ſpes reliqua erat

erat in Comite Emerico Töckelio; hic enim poſt Patris ſui obitum amiſſis Köswarienſi, & Likawana arcibus, omnibusque prætioſis, ab Heiſtero Cæſaris Archiſtratego unacum aliis complicibus jam antea aufugere compulſus erat. Sæc. XVII. A.C. 1672.

§. LXI.

Detecta Prædicantium perfidia ac rebellio in Hungaria.

Dudum in Hungaria Cæſareis ſuſpecta erat Calviniſtarum ac Lutheranorum Prædicantium fides; ex ipſa enim infelicium Comitum Nadaſtii & Serini confeſſione, necnon ex plurium aliorum relatione conſtabat, quod hi Præcones a ſtiva ferme & aratro ad animarum directionem evocati, ſuoque miniſterio abuſi, turbulentis ſuis concionibus rudem plebem ad patriæ libertatis, ſectæque ſuæ defenſionem paſſim accenderint, & Procerum rebellionem clam foverint: id tamen adhuc nonniſi paucorum fanatico ſuæ Religionis Zelo tribuebatur, ac inſuper tum exactiorem rei inquiſitionem gravioris tumultus timor ſuſpendebat: hoc tandem anno luculentis proditum inditiis, quod Prædicantes Hungari non infima totius rebellionis cauſſa, ac fomentum exſtiterint: *Labſancii Synopſis judic. Poſ.*

Sæc. XVII. A. C. 1672.

rint: Erat enim quidam Nobilis, nomine Stephanus Wittnyedius infelici Nadaſtio a ſecretis, Vir vaſro & perverſo ingenio, & Proteſtantium pervicaciſſimus. Hic meditatæ rebellionis conſcius, ſæpius tam Superiorem, quam inferiorem Hungariam pervagatus, ubique Prædicantes hortabatur, ut plebem ſuis ſermonibus ad ſeditionem publicam concitarent: Tam frequens, tamque operoſum per Regnum iter Catholicis multam ſuſpicandi anſam præbuit; latuere tamen ejus conſilia, quamdiu vita ſuperſtes fuit; eo autem ſublato, quemdam Nicolai Bethleni famulum, ac cujusdam Prædicantis filium e Tranſylvania Poſonium reverſum, de arcanis conſiliis, quæ Wittnyedius cum Prædicantibus foviſſet, notitiam habuiſſe compertum erat: Hic ergo ad Regium conſilium delatus, fatebatur, quod ſuus Herus literas ab ipſo Wittnyedio arcanis characteribus ſcriptas adhucdum aſſervaret, eas quoque pari mille Imperialium pretio ſe allaturum pollicebatur: Numeratis igitur eidem interim nonniſi centum Imperialibus, hic idem in Tranſylvaniam profectus, ad Bethlenii ſervitium rediit, binasque Wittnyedii literas arte an furto ſublatas ad Regium Conſilium detulit.

§. LXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LXII.

Gemina epiſtola conſpirationis Index.

Utraque hæc epiſtola ignotis characteribus erat deſcripta, quorum tamen myſterium quidam Nobilis, qui antea Nadaſtio Comiti a ſecretis erat, habita jam prius experientia feliciter detexit. Earum prima die decima Maij anno hujus ſæculi ſexageſimo nono ex urbe Eperies ad Nicolaum Bethlenium ſcripta erat, hujus tenoris: „Firmum „fixumque eſt, libertatem noſtram ſan„guine tueri, Turcis tributum pendere, „& cum Tranſylvanis conſpirare: Fran„ciæ Rex magna pollicetur ſubſidia, ſi „vero fidem fallit, in nos onus incum„bet: Inſanientis Lobkovicii minas, & „Montecuculi technas, perinde habe„mus: Conſultum foret, ſi Tranſylva„niæ Princeps ſecretis literis cunctos „hujus Principatus Prædicantes hor„taretur, ut plebem ad conferenda „tributa, & arma ad primum nutum „capeſſenda concitarent. Evangelici „Proceres de eo jamjam utiliter pro„ſpexerunt: Trans Danubium ſitas ur„bes plene Sopronienſibus & Köſegien„ſibus Miniſtris reliquimus. Seniores „vero & Superintendentes Eperieſii, „Leutſoviæ, Trenſchini, Arvæ, Lip„toviæ,

Epiſt. Wittnyed. ad Bethl. & Kezer. apud Labſan. pag. 20.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

„toviæ, Turocii, aliisque in locis cu-
„cta ad nutum parata habebunt, dum-
„modo Transylvani cum deditiis &
„Haidonum oppidis nullam nectant
„moram: Franciscus vero Ragotius
„metu adigatur, simul tamen promis-
„sis alliciatur: Nos junctis viribus pro
„Deo, Ecclesia & libertate pugnabimus,
„moriemur, & Papistas canes ad offi-
„cium redigemus: nobiscum Deus,
„quis contra nos.„

Altera epistola die trigesima De-
cembris ejusdem anni ab eodem ad
Ambrosium Kezerum, qui Emerico Te-
ckelio ab epistolis, Posonio data, hæc
continet:

„Ex itinere reversus, Solnæ, Re-
„sciæ, & Turoczii cum præcipuis Pro-
„dicantibus circa notum negotium tam
„seorsim, quam junctim contuli: Su-
„perintendentes suam quisque Eccle-
„siam secreto ad idem propositum in-
„clinarunt: In Urbibus Montanis doctos
„& eruditos Viros Seniores F. Z. be-
„tati sumus, ut mox a te ablegen-
„vel quidam S. huc advenerint, omnes
„ad arma parati essent. Quos in Si-
„sia, Moravia & Bohemia Fratres ha-
„bemus unacum Zolnensi & finitimis
„Prædicantibus, Austriacis & Mora-
„vis, aliisque, omnes nobiscum con-
„sentiunt, Austria quoque Superior

„ſtrenue invigilat. Turalukienſes per „loci Prædicantem concitati egregium „peditatum ſubmittent, Poſonium ac „liberæ civitates animis, armisque opti„me ſunt comparatæ: Trenchinium, „Arvam, Leutſoviam, Eperieſium, & „Caſſoviam, tuum erit movere: Papæ, „Jaurini, Veſprinii, & Sopronii, Præ„dicantes opus ſtrenue urgent, prout „ſuſius patet ex literis M. N. Neceſſe „etiam eſt, ut, prout convenimus, „hoc negotium ex ſuggeſtu, & in Ec„cleſiarum coetibus admodum caute & „circumſpecte proponatur, eisque in„ſinuetur, cuncta ad commune bonum, „& libertatem tendere: Sopronienſes „& Veſprinienſes ad nutum ſuorum „Prædicantium parent, & trahuntur, „jam omnes bene ſunt inſtructi, eos, qui „trans Danubium degunt, concitare „mihi incumbet. Eadem ex ſuperiore „Hungaria Helvetiorum Eccleſiæ per„ſcribunt. Paſtores ergo, quia plebem „dirigunt, & ſicut arca Domini popu„lum ductabat, ita his præ ceteris in„cumbet, ut primum impetum ſermone „& conſilio, nos autem gladio & opere „tentemus; magnam pecuniæ vim „Dantiſcum & Wratislaviam fuiſſe ad„ductam, ceteris Eccleſiis ſcriptotenus „ſignificare poteris: Et ſi Gallus cun„ctetur, pennasque ſuas ad volatum

Sæc. XVII. A. C. 1672.

Sæc. XVII. A. C. 1672. „ſerius ſubmittat, nos tamen non „cunctabimur.„

Præter haſce literas inſuper apud Stephanum Pica rebellium Coriphæum epiſtolæ reperiebantur, quibus Elias Ladinerus Arvanus Præco eundem permovit, ut Catholicam plebem jactato libertatem oppreſſam vindicandi obtentu, ad ſeditionem concitaret, & Sacerdotes Catholicos comprehenderet. Hæc omnia præfatus Pica, poſtquam ejurato errore ad fidem Catholicam reverſus fuerat, jamjam palo affixus, non ſine magna delicti ſui pœnitudine palam fatebatur. Præterea Budenſis Baſſa plures literas Prædicantium nominibus & ſigillis munitas ad Hofkirchium Cæſareum Comoræ Gubernatorem transmiſit, quibus præfatum Baſſam, ut quotquot poſſet, Parochos interciperet, promiſſis quinque Imperialium millibus ſollicitabant; cumautem hic nonniſi octo Catholicos Sacerdotes, & quosdam Regios Præfectos in vincula Budam abſtraheret, Præcones pro tam exiguo obſequio nimium exigi cauſſantes, reliquam pactæ pecuniæ partem repræſentare recuſabant: inde vero ira commotior Baſſa, perfidas Præconum machinationes Strigonienſi Archiepiſcopo detexit, captosque Sacerdotes, Regiosque Miniſtros libertati reſtituit. §. LXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LXIII.

Perfidi Prædicantes in jus vocati.

Postquam Imperator tot accusationum capita adversus Hungaros Prædicantes deferri, totque indiciis manifestis ac documentis comprobari compererat, ut de rei veritate legitime constaret, & malum toti Christianæ reipublicæ exitiosum in suo ortu opprimeretur, Posonii causſam extra ordinem cognosci, & accurate quæstionem haberi jussit: ut autem unice propter perduellionem seditionemque in reos inquisiisse pateret, nec eos ex sectæ odio vexasse, redargui posset, etiam Protestantes, & cum illis quosdam e Catholicis Episcopis ac Fisci Consiliarios in Judices selegit, qui nulla habita religionis ratione causſam integra fide dijudicarent. Ad hoc igitur tribunal evocantur Prædicantes, quorum nonnulli male sibi metuentes, fuga elapsi sunt, alii autem præcisa effugii opportunitate comparuere: Accusabantur, quod plebem contra Cæsarem ad seditionem & arma capessenda incitarint, Cæsareos Ministros, ac Præfectos ignominiose officiis suis exuerint, ac verberibus dire mulctarint, captivos rebelles Cæsareis satellitibus vi eripuerint,

Kortholt. Hist. Eccl. p. 891. §. 25.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

rint, Catholicorum infantes ad devorandā Prædicantium ſtercora compulerint, cum rebellibus de Cæſareis miniſtris e medio tollendis contulerint, cum Turcis aliisque Cæſaris hoſtibus noxia conſilia per emiſſos Legatos ederint, & armatis rebellibus ſe duces res exhibuerint, rebellioni fovendæ pacto pretio auxilia a Turcis petierint, Catholicos Sacerdotes Turcis & rebellibus vendiderint, iisdem Fullekinum, Levam, Jaurinum, & Veſprimium prædere moliti, ſacras Hoſtias, quas e Catholicorum templis furto ſubduxerunt, in perfidiæ pignus tradiderint, pro rebellibus publicas ſecuritatis literas conſcripſerint, præter plures Regios Præfectos ex inſidiis trucidatos etiam novem Sacerdotes Catholicos interfecerint, atque inter eos unum veſtibus nudatum tam diu in vepribus volutarint, donec Prædicantium alter miſerationis obtentu, prout ipſemet crimen excuſabat, miſerum glande plumbea trajiceret, inſuper concitata rebellione convocatisque ruſticis Seniæ & Turlukæ Georgium Barſonium Scepuſienſis Capituli Præpoſitum & titularem Epiſcopum Varadinenſem verberibus inhumana crudelitate pene exanimatum affecerint, ejusque Fratrem gladio trucidarint, necnon ſatellites eius a Ca-

Cæsare ad corporis custodiam datos in fugam egerint (*), Sacratissimam Eucharistiam Sacerdote, qui eam gestaverat, in terram projecto pedibus conculcarint, sacris vasis confractis, prophanatis Mysteriis, discerptis imaginibus, sacrisque vestibus in rebellium trophæa conversis Templa plurima fæde vastarint, & non pauca per vim Catholicis eripuerint: Pago Comoræ vicino ignem injecerint, ut consumptis ducentis ædibus ipsum propugnaculum destrueretur: denique infames libellos in Cæsaris contumeliam conscripserint, & pluribus in locis Magistratus Catholicos abrogarint. Sæc. XVII. A.C. 1672.

§. LXIV.

Prædicantes de criminibus convicti, ac promerita pœna affecti.

De hisce aliisque criminibus interrogati Prædicantes, fidenter primo, ut reis in more positum, inficiabantur

(*) Tantum odium in hunc Præsulem concepere Protestantes, eoquod anno priori librum, cui titulus: *Veritas declarata & triplici argumento ostendens, Cæsarem non teneri tolerare in Hungaria Lutheranam & Calvinianam sectam*, ediderit, ac Cæsaris jussu ibidem Catholicam fidem invehere tentarit.

Sæc. XVII. A. C. 1672

tur omnia, ſibi nil de Wittnyedio, nil de Turcis conſtare, nulliusque criminis, niſi crimen foret, Catholicum non eſſe, conſcios eſſe, perfricta fronte affirmabant. Poſtquam vero ſuismet literis, ac ultronea ſociorum confeſſione, necnon argumentis e juris formula petitis convicti, & eorum ſeptendecim confeſſi fuerant, quod corraſis pecuniis Budenſem Baſſam ad Sacerdotes, Regiosque Præfectos capiendos ſollicitarint, ceterique nequaquam terrore, aut tormentis adacti ex ipſorum Proteſtantium Judicum ſententia horum aliorumque plurium rei ſcelerum acti erant, tunc in genua provoluti, Cæſaris, Judicumque clementiam exorabant, ſeque ad exilii pœnam, munerisque ſui abdicationem ultro offerebant, dummodo vitæ veniam impetrarent: Verum non modo Catholici, ſed & Proteſtantes Judices, pronuntiata ſententia declararunt, illos utpote perduellionis, & Majeſtatis læſæ reos extremo ſupplicio eſſe afficiendos. Hanc tamen ſententiam ab Judicibus minime ſuſpectis latam, promeritamque mortis pœnam plurimum temperabat Cæſaris clementia, unice ſtatuens, ut ſe *Miniſtrorum Paſtorumque* nomine abdicarent, ejus muneris ne quidquam contingerent, nec publicos cœtus aperirent,

rirent, nec clam aut palam de religione verba facerent: ceterum salvam libertatem, patriam, & vitam haberent; ea tamen lege, ut delicta a se perpetrata proprio chirographo faterentur, & vitam male actam probata fidelitate corrigerent: Hac Cæsaris mansuetudine cicurati Prædicantium non pauci, scriptum manu propria signatum Judicibus tradiderunt, hujus tenoris: Sæc. XVII. A.C. 1672.

„Nos infra scripti fatemur, quod „in nupero judicio ad diem vigesimam „quintam Decembris anno hujus sæculi „septuagesimo tertio Posonium evocati, „ex luculentis, & irrefragibilibus testi„moniis convicti fuerimus, quod nos „tam Augustanæ, quam Helveticæ „Confessionis Prædicantes, conscii ac „participes simus rebellionis prioribus „annis contra Cæsarem a nonnullis „Proceribus motæ, simulque unacum „nostris subditis, Capellanis & Scho„larum Rectoribus nostro munere abu„tentes, populum nobis commissum „ad tumultus & seditionem concitave„rimus, aliis vero tam in vita, quam „eorum bonis ingens intulerimus dam„num. Quoniam vero propter hanc „ipsam rebellionis participationem nos „ad præfixam diem comparere a Cæ„sare jussi, necnon propter nostram „contumaciam & obstinationem objur„gati,

Sæc. XVII. A. C. 1672.

„gati, & de præfatis criminibus juxta „legum formulam a delectis Judicibus „convicti fuimus, hinc tandem noſtro „honori, vitæ & bonis mature conſu„turi, ad Cæſareum hoc Tribunal con„fugimus, ſupplices, ut Cæſaris ve„niam obtinere, atque in Hungaria tuto „vivere valeamus, ea lege, ut neque „ſacram functionem, vel ſermonem „habere, vel Scholas aperire vellemus. „Cum ergo id gratioſe impetraverimus, „pro tanta gratia & benignitate no„ſtram gratitudinem exhibituri, vi præ„ſentis ſcripti pollicemur, nos deinceps „immote in fide perſtituros, nec cum „Cæſaris hoſtibus ac rebellibus ſub quo„cunque obtentu, nec ſcripto, nec ore„tenus nec clam nec palam ullum com„mercium vel clandeſtinum conſilium „habituros, quinimo ſi vel leve rebel„lionis inditium habuerimus, mox Re„gio Gubernatori, aut ſupremo Comiti „nulla habita favoris, metus aut mi„narum ratione, denuntiaturos, ita„ſuper ſpondemus, nos ab omni Ec„cleſiaſtica functione tam publice quam „ſecreto, tam in publicis Eccleſiis, „quam in ædibus, aut ſubterraneis „locis abſtinere, & deinceps privatam „vitam agere, paratos eſſe: ſi vero „vel in omnibus vel aliquibus hiſce pro„miſſis fidem fallamus, tunc omnia „noſtra

„noſtra bona, ipſaque vita in Cæſaris „arbitrio ſit. In quorum fidem &c. „Datum Poſſonii die decima tertia „Martii Anno 1674.„ Sæc. XVII. A. C. 1672.

Petrus Dimiakovicz olim Paſtor Simonienſis

Martinus Nicolaides olim Paſtor Magaſienſis.

Præter hos adhuc ducenti triginta quatuor Prædicantes nomina ſua, & ſigilla huic ſcripto inſeruere, prout in Poſſonienſi Chartophylacio hodiedum viſitur: ad hanc vero ſubſcriptionem potiſſimum permoti erant Prædicantes teſtimonio cujusdam ſui ſocii, qui ad primum armatæ Legionis conſpectum ſe hæreſin ejuraturum exclamans, coram Judicibus teſtabatur, quod omnes Prædicantes tum præſentes ipſo longe magis ſcelerati eſſent, proin minime dubitet, ipſos propoſito ſcripto tantopere miti absque hæſitatione ſubſcripturos: cum autem hi tergiverſarentur, & hic Miniſtellus ſeorſim ſingulis ſua crimina propalare pararet, mox ceteri ſe ſubſcripturos profitebantur, quos inter etiam erat Calinthius Lutheranorum Valachorum Pſeudo Epiſcopus, qui tamen, quia in conficiendo Dabritii libro Cæſareæ Majeſtati ſumme injurio præcipuam navaverat operam, exilii

Hiſt. Univ. part. 5. Period. 2. cap. 1.

Vid. ſupra t. 60. l. 199. §. 71. p. 240.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

exilii pœna plectebatur. Intercesserat quidem pro reis nomine Sueci Regis Oxenstirnius; ast Cæsar rebelles ac perfidos venia indignos reputabat, cum Catholicos omnino innoxios in Anglia & alibi a Protestantibus tam inhumana haberi intelligeret.

§. LXV.

Ferociores Prædicantes ob contumaciam exilio mulctati.

Labsanski l. c. p. 45.

Erant tamen inter Prædicantes Hungaros non pauci, qui ceteris petulantia ac ferocia clariores, nec levem hanc pœnam subire, nec his literis, ut vocant, reversalibus subscribere voluerunt, audacter professi, malle se mori, quam infami huic scripto nomina sua apponere, tantamque suæ religioni maculam inurere, suisque Fratribus tam acerbum dolorem inferre: nempe *Fratres* vocitabant, qui perduellionis pœnam declinaturi in Transylvaniam, Turcicasque ditiones profugerant: Parcebant Judices nec precibus, nec minis, ut hosce contumaces ad sanioa reducerent; cum autem eorum pertinacia nullo pacto frangi posset, eorumque potissimi de Cæsaris dignitate & justitia palam obloqui non erubescerent, severiori animadversione, alii

Regno

Regno proſcripti, alii in carceres con- Sæc. XVII.
jecti fuere, illi vero, qui ceteris petu- A.C 1672.
lantiores erant, aut cum Budenſi Baſſa
clandeſtina fovebant conſilia, ad Hiſpa-
nicas triremes condemnati ſunt, ex
quibus undetriginta Tergeſtum, ceteri
Neapolin transmittebantur, ne dein-
ceps in rebellionis propoſito obdurati
indulta in Regno permanendi libertate
novos motus concitarent, prout ex
ipſis hiſce Prædicantibus quidam ob
inhumanam Sacerdotum Catholicorum
necem Berendiæ captus, id timen-
dum eſſe fatebatur, aſſerens, *de cunctis Prædicantibus hucusque in carceres compactis nil niſi rebelliones, eademque ſcelera, quorum ipſe reus eſſet, expectari poſſe.* Nihilominus plurimum acciſæ erant horum Præconum vires ac ſpes, eoquod Abaffius Tranſylvaniæ Princeps acerrimus Calviniſtarum vindex præter omnium exſpectationem, ut referunt nonnulli, ad fidem Catholicam reverſus eſſet. Tandem vero ad Catholicorum Præſulum preces Imperator edictum promulgari juſſit, vi cujus indubii juris Templa, quæ vel Turcarum, vel rebellium armis & violentia Catholicis fuere erepta, iisdem reſtituerentur.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

§. LXVI.

Posonienſis Proteſtantium tumultus.

Wagner vita Leop.

Præceteris Strigonienſis Archiepiſcopus in ſuis fundis permulta Templa, necnon Gymnaſium ab hæreticis recens erigi querebatur, & quamvis a Cæſare mixtos Catholicis Proteſtantes, Judices impetraſſet, hique agnita cauſſæ iniquitate pro Præſule pronuntiaſſent, hæreticosque a fabrica deſiſtere juſſiſſent, nihilominus hi Templum ad faſtigium non ſine ſumma contumacia, & Cæſarei decreti contemptu erexere, illudque ſectæ ſuæ ritibus initiarunt: quocirca Præſul per octo militum cohortes urbis vicos & plateas obſidere, clavesque a Magiſtratu per Nigrellium Comitem repetere coactus, cives ad Curiam evocari juſſit, quibus Cæſaris voluntatem aperiens, Canonicum ac Fiſci Conſiliarium in Templi ac Gymnaſii poſſeſſionem immiſit. Tum vero recruduit tumultuantium furor; mox enim Lutherani turmatim confluunt, atque Archiepiſcopi Deputatos contumeliis, multisque verberibus e Templo ejiciunt, omnemque populum æris campani ſonitu ad arma convocant. Cæſaris mandata diſcerpunt, abrogatoque veteri Magiſtratu omnia ad cruen-

tam

tam seditionem, lanione tumultuantium duce, disponunt. Tempestive autem accurrunt præsidiarii milites, atque impetu in seditiosos facto eos exarmant, popularemque furorem sedant: inquiritur postea in præcipuos tumultus Auctores, quorum triginta læsæ Majestatis rei a singulari Judicio Tyrnaviæ constituto, capitis damnantur, quam tamen pœnam denuo clementissimus Cæsar mitigavit, injuncta mulcta pecuniaria. Gymnasium vero æque ac Templum Jesuitis adjudicatum est. Ex his sat luculenter elucet, quod Cæsar in hos Præcones nequaquam ob sectam, sed eorum rebellionem & contumaciam legum severitate usus fuerit, ceteris enim subditis Heterodoxis, eoquod fideles permanserint, pristinam sectæ libertatem confirmavit, quinimo Joannem Casparum Ampringhensem Hungariæ Proregem, eoquod ipsum nimiæ severitatis insimulassent, anno sequenti abdicavit Magistratu. Sæc. XVII. A.C. 1672.

§. LXVII.

Carolus II. Angliæ Rex clam Catholicis favens.

Jam ante biennium Carolus II. Angliæ Rex selectis Cliffordio, Arlingtonio, Buckinghamio, Ashleyo & Lautherdalio, *Orleans hist. d'Angl. Thoiras Rapin Hist. d'Angl. l. 23.*

Sæc. XVII. A. C. 1672.

dalio, ſanctius Conſilium erexit, quod ex initialibus horum nominum literis *CABALÆ* Senatus paſſim appellabatur: Horum primi duo erant religione Catholici, reliqui vero tres ſuam religionem Regis voluntati, & propria commodo ſacrificare parati erant. Suaſerant hi Regi, ut ſuppreſſa Reipublicæ forma, reſtrictaque Parlamenti auctoritate Monarchicum abſolutumque imperium ſibi ſenſim vendicaret. Ut vero hoc propoſitum eo facilius, tutiusque exequi poſſet, Regi Authores erant, ut Non-Conformiſtas, ſub quorum nomine etiam Catholici venirent, indulta conſcientiæ libertate ſibi arctius devinciret, ſimulque bellum nuntiaret Hollandis, eoquod hi Anglis Reipublicæ formam zelantibus rebellionem inſpirarent, eosque identidem ad excutiendum Monarchiæ jugum animarent. Placuit Regi horum conſilium, ac primo omnibus Non-Conformiſtis communem Religionis libertatem inſtigante Eboracenſi Duce jamjam Catholicis concedere ſtatuit, hancque in rem die vigeſima quinta Martii hoc anno ſequentem promulgari juſſit declarationem ſeu decretum: „Rex ex plenitu„dine ſupremæ in res Eccleſiaſticas po„teſtate declarat, quod nihil circa Do„ctrinam, diſciplinam & ritus in reli„gione

Calmet Hiſt. Univ. l. 156. §. 21.

„gione Anglicana immutare, ſed illam „ſemper in ſtatu per leges ſtabilito con- „ſervare velit, nullusque ullum bene- „ficium obtinere valeat, niſi Eccleſiæ „Anglicanæ ſeſe conformet, interim „cunctæ leges pœnales antea contra „cujuscunque generis Non-Confor- „miſtas ſeu recuſantes latæ ſuſpendan- „tur, ac juxta eorum petitionem in „univerſo Regno competens numerus „aſſignetur locorum, ubi Non-Confor- „miſtæ convenire, ſuæque Religionis „ac pietatis exercitiis vacare poſſint: „priusquam vero ejusmodi loca fuerint „aſſignata, & Congregationis Miniſter „approbatus ſit, nullus quocunque loco „conventum agere præſumat. Hæc „autem indulgentia quoad ejusmodi „loca & Miniſtros ſe extendat ad om- „nes Non-Conformiſtas, non autem „ad Eccleſiæ Romanæ recuſantes, qui „duntaxat a legibus pœnalibus exempti „cenſeantur, eisque duntaxat in ædi- „bus privatis ſuam religionem exer- „cendi libertas ſit conceſſa.„

Sæc. XVII. A. C. 1672.

Verum hæc declaratio minus placuit Curiæ inferioris Senatoribus, qui die vigeſima nona Februarii anno ſequenti audacter Regi expoſuerunt, quod diſcuſſa ejus declaratione circa conſcientiæ libertatem declarare cogerentur, quod leges pœnales per decreta

Sæc. XVII. A. C. 1672. sancitæ nonnisi a Parlamento revocari possent: Horum temeritate haud parum offensus Rex respondit, quod hanc declarationem ad procurandam Regni quietem in præsenti rerum vicissitudine adeo necessariam promulgarit, nec tamen legum pœnalium suspensione quicquam in Ecclesiæ Anglicanæ doctrina aut disciplina immutare intenderit, haud satis tamen mirari possit, quod suam in rebus Ecclesiasticis supremam potestatem in dubium vocare audeant, cum tamen ea nonnisi in subditorum levamen uti, nec sui Parlamenti consilium declinare voluerit, si ergo pro Ecclesiæ & Regni tranquillitate opportunius haberent remedium, illud proponerent. Triduo post iidem Senatores Regi declararunt, quod regiorum Prædecessorum nullus usus fuerit potestate suspendendi executionem statutorum in rebus Ecclesiasticis factorum; alias enim vi hujus juris Rex posset interrumpere vigorem legum, & immutare potestatem legislativam, quæ tamen sine omni controversia non soli Regi, sed & Parlamento competit: Ad hæc vero repositi Rex, eorum responsum gravioris indaginis res complecti, ac maturius examen deposcere.

§. LXVIII.

Sæc XVII. A.C. 1672.

§. LXVIII.

Bellum ab Angliæ Rege Batavis denuntiatum.

Biduo poſt factam declarationem Rex Hollandis bellum denuntiavit, initoque fœdere cum Galliarum Rege, Colonienſi Electore, & Monaſterienſi Epiſcopo, navale prælium commiſit, æquato utrinque cædis dedecore, & triumphi gloria; cum interea Franciæ Rex rapido victoriarum curſu veluti Bataviam pervagans, intra viginti duarum dierum anguſtias quadraginta urbes hoſti eriperet, uti numismata in Galliis excuſa exhibent, cum tamen quarumdam urbium obſidiones longius tempus tenuiſſent, & Noviomagum, Gravia, Crepacorium, Geneppe & Nardanum nonniſi Menſe Julio poſt divulgatam hanc monetam fuiſſent expugnata: Aſt nil adulatoribus eſt familiarius, quam Regum ſuorum victorias augere: Utut autem ſit, id certum eſt, quod Franciæ Rex nunquam glorioſiores ſuos reddiderit triumphos, quam dum in expugnatis urbibus Calviniſtarum Templa vero Dei cultui reſtituit, ac religionem Catholicam revocare adlaboravit: Poſtquam enim Ultrajectum unacum Aurelianenſi, & Monmutho

Neuville hiſt. d'Holl. t. 4. c. 3. p. 95.

Sæc. XVII. A. C. 1672. Ducibus victor die quinta Julii ingrediebatur, atque a Calviniſtis Eccleſiarum claves receperat, mox die nona ejusdem Menſis Cathedralem Eccleſiam per Bullionium Cardinalem ab hæreticorum profanis ritibus expurgari & Catholico ritu ſacrari juſſit: Evertitur primo Calviniani Declamatoris Cathedra, auferuntur ſcamna, lavantur a Monialibus Altaria & Templi pavimenta; poſtea decantato Hymno Ambroſiano Cardinalis rem Divinam ſolemni pompa peragit. Eadem die Neercaſtellius Epiſcopus Caſtorienſis atque Apoſtolicus Papæ Vicarius urbem ingreditur, unacum triginta Eccleſiaſticis, qui populum octoginta & amplius annos ab Eccleſiæ Romanæ hoſtibus deceptum ad veritatis ſemitam revocarent. Reſtaurato igitur Ultrajectenſi Epiſcopatu Bullionius Cardinalis pari Religionis Zelo Noviomagi & Graviæ Eccleſias Catholicæ religioni conſecravit, Rex tamen Calviniſtis ſectæ ſuæ tolerantiam pollicitus eſt, atque inter pacis articulos Hollandis præſcripſit, ut in omnibus ditionis ſuæ urbibus liberum publicumque Religionis Catholicæ exercitium concederent.

§. LXIX.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LXIX.

Pius V. Pontifex Maximus a Clem. X. Beatorum Albo insertus.

Interim summus Pontifex, Polonos a Turcis devictos, Regnique Proceres acerbis inter se dissidiis scissos, necnon Christianos Principes mutuis bellis distentos esse, tanto animi mærore compererat, ut in periculosum incideret morbum, a quo tamen brevi reconvalescens, totus in eo fuit, ut afflicto Poloniæ Regno amplis pecuniarum subsidiis opem ferre, ac Franciæ Regem ad arma a Christianis in Turcas convertenda inducere posset. Inter graves hasce curas potior adhuc erat Dei cultum, ac Sanctorum honorem ampliandi sollicitudo, qua incitatus Pontifex, in virtutes & prodigia servi Dei Pii V. Pontificis Maximi sedulo ac mature inquiri jussit, postquam vero sacra Congregatio hujus piissimi Pontificis sanctitatem, virtutes heroicas, & miracula, aliaque charismata esse firmiter comprobata referebat, summus Pontifex, ad preces plurium Regum, aliorumque Principum ac totius Ordinis Dominicani, quem olim præfatus Dei Famulus profitebatur, eundem Beatorum honoribus esse colendum hoc anno die

Bull. magn. t. 6. Clem. X. Const. 60. Theatr. Europ. tom. 11. Gottfrid. Hist. Chron. part. 3. pag. 163.

Sæc. XVII A. C. 1672. vigesima septima Aprilis declaravit, editaque Constitutione concessit, ut in omnibus Ecclesiis tam sæcularibus quam Regularibus utriusque sexus de eodem Beato officium recitari, & Missa de Confessore ac Pontifice die quinta Maji celebrari valeat. Cum autem Paulus Oliva Societatis Præpositus Generalis Clementem X. Pontificem promovendis Sanctorum honoribus intentum, propensumque cerneret, ipse etiam eundem supplex adiit, quatenus nonnullos Socios in Hungaria trucidatos tanquam Martyres agnosceret: verum Pontifex ira commotior, eidem respondit, illos nequaquam ex odio fidei, sed ob profanas causas fuisse interfectos.

§. LXX.

Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.

Bull. l. c. Præter hanc Constitutionem idem summus Pontifex hoc anno plura alia edidit decreta, ac primo quidem die secunda Januarii omnes Indulgentias Sodalibus Confraternitatis B. V. M. de monte Carmelo a Paulo V. concessas ad preces Matthæi Orlandi ejusdem Ordinis Præpositi Generalis confirmavit, extenditque ad animas Purgatorii per modum suffragii. Exorta autem con-

controversia inter civitatis Placentinæ Parochos, & Monachos Cassinenses Ord. S. Benedicti declaravit Pontifex die decima octava Januarii, quod Parochis non liceat cum cadavere ingredi Regularium Ecclesias, sed teneantur dimittere cadavera ante januam Ecclesiarum, adeo, ut cetera exequiarum munia per Regulares expediantur, de cetero autem Parochi cujuscunque Diæcesis majorem eleemosynam petere non possint ab hæredibus eorum, qui sepeliri voluerunt in Ecclesiis Regularium, quam si in eorum Ecclesia Parochiali sepulti fuissent, nec etiam funeralium functiones ad Parochos, sed ad ipsos Regulares in eorum Ecclesiis spectent. Die autem decima quarta Maij Carmelitis Pontifex indulgentiam concessit pro ejusdem Ordinis Ecclesiis in festo Commemorationis solemnis, S. Andreæ Corsini Episcopi, S. Angeli Martyris, & S. Alberti Confessoris ex eodem Ordine. Hanc gratiam idem Pontifex die decima tertia Julii ad Carmelitas Excalceatos extendit. Denique die quinta Novembris indixit jubilæum universale ad implorandam Dei opem contra Turcas, qui Poloniæ Regnum devastarunt, expugnataque Caminecia plures arces, oppida, urbes & Provincias suæ Tyrannidi subjecerunt, & populis

Sæc. XVII. A. C. 1672.

Sæc. XVII A. C. 1672

pulis in miſerrimam captivitatem, ſervitutemque abſtractis Mahumetanæ perfidiæ abominationem vi, terrore, dolo, variisque artibus implantare nati ſunt. Præterea die quinta Decembris anathemate, aliisque pœnis irretitos declarabat illos, qui Romæ Jacobum Patriarcham Antiochenum, cum rheda ſua domum reverteretur, circa primam noctis horam die trigeſima Novembris pluribus globorum ictibus graviſſime vulnerarunt.

§. LXXI.

Variæ SS. Congregationum Deciſiones.

Decr. S. Congr. Imm. Rit. &c.

Ex pluribus SS. Congregationum decretis hoc anno emanatis pauca adducemus, & primo quidem S. Immunitatis Congregatio die vigeſima prima Junii declaravit, quod abſoluti ex causa violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ vi Bullæ Cruciatæ, non cenſeantur ita abſoluti, Sacra autem Rituum Congregatio die tertia Septembris deciſit, quod ſi Feſtum ſeptem Dolorum B. V. occurrat in aliud feſtum altioris Ritus transferatur in Sabbatum ſequens, ſi vero concurrat cum feſto Annuntiationis B. V. veſperæ dicantur de Annuntiatione ſine commemoratione de ſeptem

septem Doloribus. Eadem quoque Congregatio die tertia Decembris declaravit, quod functiones Pontificales, quæ absente vel impedito Episcopo spectant ad primam dignitatem, sint Festum Nativitatis Dominicæ, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, SS. Petri & Pauli, B. V. assumptæ, omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, ejusdem Ecclesiæ titulus, urbis Patronus, commemoratio omnium Defunctorum, Distributio Candelarum, Cinerum, Palmarum, celebratio Officii in Feria quinta & sexta in Parasceve, resurrectio Dominica, & dies solemnis Corporis Christi unacum Processione. Sæc. XVII. A. C. 1672.

§. LXXII.

Synodi Monasterienſis Decreta.

Moverat hoc anno in Batavos bellum Christophorus Bernardus de Galen Monasterienſis Episcopus, qui etiam Gallorum, & Colonienſis Archiepiscopi copiis auctus, præter plurimas ignobiliores Transisulanæ Provinciæ urbes etiam Lingam, Grollam, Borckolum, Lochemium, & Brevortiam qua vi qua deditione expugnavit, ipsamque Deventriam urbem Hollandis eripuit, pactus tamen cum illis, ut Calviniani pro suo ritu duas Ecclesias necnon superio- *Neuvill. l. c. cap. 11. Concil. Germ. t. 10. p. 36.*

Sæc. XVII. A. C. 1672.

periores & inferiores ſcholas conſervarent, Urbs vero rurſus Imperio unita & Germano milite firmata a Colonienſi Archiepiſcopo & Epiſcopo Monaſteriensi regeretur: Poſtea continuato victoriarum curſu in Friſia, aliisque Provinciis bellum alternante fortuna promovit: nec tamen propterea quicquam de Paſtorali Diæceſis ſuæ cura, ac vigilantia remiſit; quippe hoc anno die vigeſima nona Martii & undecima Octobris binas habuit Synodos Diæceſanas, in quarum prima vehementer invehebatur in eos Clericos, qui veſtibus varii coloris, limbis auro, argento ve vel ſerico intertextis, induſio e manicis in longum & latum propendente, capillis in cervicem ac ſcapulas prolixe defluentibus militarem potius, quam exemplaris Clerici Perſonam repræſentant, in eoque habitu tremendum Miſſæ Sacrificium peragunt. Prohibuit etiam, ne Clerici ad comedendum vel bibendum extra itineris vel neceſſitatis caſum tabernas frequentent. In altera autem Synodo Epiſcopales Commiſſarii, nomine Epiſcopi, Clericos ad ſæpius inculcatorum obſervantiam hortantes, nuperi belli calamitates vitioſæ Clericorum vitæ, præſentis autem belli fortunam emendatæ in melius converſationi, devo-

votæ Cleri pietati, precibusque attribuerunt, *sane enim*, ajebant illi, *ante menses aliquot scintillantes bellorum motus, publicæque hostium, & privatæ insidiantium Machinationes religioni ac patriæ non aliud quam funera, incendia atque ipsam vastitatem minabantur. At vero benignissimus Deus effusis supplicantium precibus, pia quasi animorum Conspiratione exoratus, dexteram suam exerens in comminantes ipsos mala hæc fere omnia convertit, quippe suam ex alto benedictionem profuse largitus, justissima Celsissimi arma adversus hostem totius Europæ facile potentissimum tot tantisque victoriis decoravit, quales in superiorum ætatum historiis vix leguntur, & certo constat, a nemine Principum Episcoporum Monasterienssium reportatas esse incredibili profecto Religionis, Ecclesiæ, & Patriæ hujus emolumento.* Sæc. XVII. A. C. 1672.

Postea indixere, ut quando Episcopus ad urbem proximo Sabbato reversurus sit, omnes campanæ pulsentur, bellique tormenta explodantur, altera vero die Ambrosianus Hymnus in gratiarum actionem decantetur, Deusque exoretur, ut *mittat Operarios in vineam suam, & errorum labruscæ radicitus convellantur; ageque Monasterienssis seu vera & Apostolica fides longius*, scilicet ad urbes etiam Batavis ereptas, *dilatetur.*

Sæc. XVII. A. C. 1672.

tur. Verum præfatæ Urbes anno sequenti ad Batavos, præcisa omni Religionis dilatandæ spe, reversæ sunt.

§. LXXIII.

Quorumdam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.

Du Pin nouv. Bibl. t. 17. pag. 286. Niceron not. erud. t. 14. pag. 64. Vid. supra t. 200. §. 20. t. 60. p. 590.

Inter Celebriores Scriptores Catholicos, qui hoc anno obiere, primum locum sibi jure vendicat Antonius Godeau Grassensis & Vincensis Episcopus, qui præter plurima sacra poemata inter Gallos primus Gallicam Historiam Ecclesiasticam omnibus numeris absolutam edidit, atque usque ad prima octo secula perduxit: Reliquit quidem pro illius continuatione quædam monumenta, quæ apud quemdam Francia Episcopum asservata, cum ultima ejus manus desit, nunquam prælo fuere subjecta. Edidit quoque Paraphrasin in Epistolas D. Pauli & Canonicas, Institutionem Principis Christiani, opera Christiana, Instructiones pro Soliditate SS. Sacramenti, & monita ad Parisiensem Senatum circa ejusdem cultum, Paraphrasin in Psalmos, sermones de Tonsura Clericali, de ordinibus sacris & de vocatione ad Statum Ecclesiasticum, Vitam S. Pauli Apostoli & D. Augustini & S. Caroli, tractatum de

de Jubilæo, præter plures orationes funebres & panegyres: Peroravit quoque in Cleri Gallicani comitiis elogium Petri Aurelii seu Vergerii Abbatis San-Cyrani, ubi tamen vel privato affectui, vel aliis complacendi studio nimium indulsisse videtur. Obiit apoplexia tactus in sua Diœcesi die vigesima prima Aprilis annos natus sexaginta septem. II. Dominicus Macer Canonicus Viterbiensis elucubravit Hiero-Lexicon, explicationem hymnorum Breviarii Romani, apparentes S. Scripturæ contradictiones conciliatas, itinerarium & alia nonnulla. III. Michael Gomez de Luna Eques Ord. S. Jacobi scripsit theoremata sacra, Antilegomena Juris Canonici, librum singularium lectionum, de Juris ratione, & rationis Imperio, opera juridica tripartita præter plura alia. IV. Petrus Magalanus Ord. FF. Prædicatorum edidit tractatus Theologicos de scientia Dei, prædestinationis executione, & alios ad primam partem D. Thomæ V. Joannes Ferrandus Jesuita scripsit disquisitionem reliquiarum, animadversionem animadversioni Chiffletianæ cum fœnore repensam, & Epinicion pro liliis aureis Franciæ contra Joannem Chiffletium. VI. Ludovicus Janinus S. J. vulgavit rudimentum Con-

Sæc. XVII. A.C 1672.

Sæc. XVII. A. C. 1672.

cionatoris Christiani, Disciplinam virtutum, coronam B. V. & Tyrocinium S. Scripturæ legitime exponendæ. VII. Jacobus Grandamicus itidem socius publici juris fecit tractatum Evangelicum de summa Dei gloria, de die supremo & Natali Domini quæstionem Evangelicam, Chronologiam, demonstrationem immobilitatis terræ & alia nonnulla. VIII. Cæstinus a S. Lidwina, qui ejurata Calvini secta Institutum Carmelitarum Excalceatorum professus, Missionarium in Syria egit, & annos natus septuaginta quatuor ad Missiones Malabaricas sui Ordinis visitandas missus Suratæ obiit: Præcipuam operam præstitit Sergio Risio Damasceno Archiepiscopo in edendis Bibliis Arabicis Romæ jussu S. Congregationis editis: ex latino etiam elegantissime in Arabicum transtulit librum de imitatione Christi, & vitam S. Theresiæ, scripsit etiam sermonem historicum S. Gregorii Decapolitæ, librum de præcipuis controversiis inter Catholicos & hæreticos Orientis, contra Alcoranum, Pratum solitarii & consolationem Anachoritæ, præter plura alia

Heser. Diopt.

§. LXXIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LXXIV.

Lucubrationes & deceſſus quorumdam Scriptorum Heterodoxorum.

His adjungimus ex Acatholicis Scriptoribus nonnullos, qui hoc anno defuncti ſuis lucubrationibus ſeſe poſteritati commendarunt: ex his primo celebratur Joannes Brunnemanus juris Profeſſor Francofordienſis, qui præter juridica quamplurima, edidit tractatum de exemptione Clericorum Evangelicorum, de jure Eccleſiaſtico ſecundum conſuetudinem Proteſtantium præcipue Lutheranorum, & Collegium Irenico-Politicum de tractatibus pacis præter meditationes ſacras ad ductum Evangeliorum Dominicalium. II. Daniel Schneider ſcripſit ſyllogismum apodicticum ſyllogismo Jodoci Keddii oppoſitum, manuductionem ad Titii locos in Evangeliis & Epiſtolis Dominicalibus rite adhibendos, ſenſum Religionis & fidei; necnon continuationem in locos Theologiæ Hiſtoricos Caſpari Titii. III. Joannes Boeclerus vulgavit notitiam S. Romani Imperii, Bibliographiam Hiſtorico-Politicam, Hiſtoriam Sæculi IX. & X. præter plurimas Diſputationes IV. Joannes Dugtæus edidit Analecta ſacra in diverſa S. Scri-

Freher Theatr. erud. p. 1. ſect. 1.

Sæc. XVII. A. C. 1673.

pturæ loca, librum de Divinis Mysteriis, & Velitationes polemicas. V. Michael Haveman scripsit Hodosophiam Evangelicam contra Papalium ignem fatuum, Christianismi luminaria magna, theognosiam Mosaicam, Anti-Willium & alia nonnulla. VI. Mauritius König edidit dissertationes de rerum principiis, veræ Religionis demonstrationem, & introductionem ad locos communes Theologicos.

§. LXXV.

Ludovici Regis Franciæ declaratio circa jus Regalium.

Recueil des Aff. du Clergé tom. 5. Abregé chron. de l'Hist Eccl. tom. 3.

Die decima Februarii anno hujus seculi septuagesimo tertio Ludovicus XIV. Franciæ Rex promulgato edicto declaravit, quod sibi Regalium jus universim in omnibus Archiepiscopatibus, & Regni sui Episcopatibus, terris, & ditionibus, exceptis duntaxat iis, qui ab hoc jure ex titulo oneroso exempti essent, competat. Hanc Regis declarationem Clerus Gallicanus in suis comitiis die tertia Februarii Anno 1682. ratam habuit. Hoc edictum præcipue petebantur Provinciæ Alpibus & Pyrenæis montibus vicinæ, in quibus antehac prætensum Regalium jus nullatenus invaluerat: Attamen harum

harum ditionum Præſules vehementer se huic novitati opponebant, indeque gravis contentio inter ſummum Pontificem & Regem, imo inter ipſos Franciæ Præſules exorta eſt, ut in progreſſu hujus Hiſtoriæ recenſebimus. Sæc. XVII. A. C. 1673.

§. LXXVI.

Guilielmi Principis Fürſtenbergii raptus.

Interim belli flammæ ex Belgio ſeſe ultra Rhenum extendere cæperant eo tempore, quo Coloniæ, urgente Suecorum Rege de pace, aut ſaltem belli induciis agebatur; poſtquam enim in Ratisbonenſibus comitiis Imperii Principes Ludovico XIV. Galliarum Regi tanquam alienarum ditionum invaſori bellum jurato fœdere indixerant, hic ex Lotharingia armis depreſſa in Alſatiam erumpens, plures civitates Imperiales ſubegit, captaque Trevirenſi urbe Turrenium Franciæ Mareſcallum in Franconiam præmiſit, ut Cæſaris copias in opem accurrentes aut funderet, aut ſaltem moraretur: Verum Montecuculus Cæſaris Archiſtrategus Turrenium inſigni ſtratagemate deluſit, Gallosque ad Herbipolin intercepta annona, tam arcte preſſit, ut motis caſtris non ſine clade citra Rhe-

Wagner hiſt. Leov. l. 4. p. 330. Mem. Hiſt. Amelot t. 2. pag. 454. Mont Mem. polit. t. 3.

Sæc. XVII A.C. 1673. num regredi cogerentur, eorumque aliquot millia in ſylva Ottoniana ab Herbipolenſibus ruſticis trucidarentur: inde factum, ut quamvis Elector Brandeburgicus ſeorſim cum Gallis pacem iniiſſet, nihilominus plures Imperii Principes, qui antea Gallis favebant, ad Cæſaris partes redirent, & Montecuculus Principi Auriaco junctus, Bonnam urbem, ex qua Colonienſis Elector ad Monaſterium S. Pantaleonis auffugerat, expugnaret, Gallosque ex univerſa præfati Electoris ditione expelleret: Infauſtus hic belli ſucceſſus, nec non bellicus Hiſpani Regis apparatus Ludovicum Franciæ Regem ſuis fœderatis deſtitutum eo adegit, ut non jam aliena acquirere, ſed ſua ſervare ſollicitus, retentis duntaxat Trajecto & Gravia, totum Belgium evacuaret; & Angliæ Rex poſt triplex, anceps que navale prælium pariter ſuorum Procerum potius juſſu quam conſilio, cum Batavis pacem iniret. Hæc tamen rerum proſperitas Cæſarem adeo non ab ineundæ pacis conſiliis averterat, ut potius varias conditiones Coloniæ per ſuos Miniſtros proponi curaret. Affulſerat haud vana reddendæ concordiæ ſpes, quam tamen Guilielmus Fürſtenbergius, Gallis plus æquo addictus, etſi ejus familiæ Heigelbergenſes

sem lineam Cæsar ante sexennium ad Principum dignitatem evexisset, dudum evertere totis viribus nitebatur; quippe Germanos Principes a Cæsare alienare intentus, auroque Gallico corruptus, Electorem Colonienſem, ut suas arces Ludovico Regi cederet, non modo inducere nitebatur, sed etiam Principum Legatos ad pacem conciliandam congregatos ad arma in Gallorum hostes convertenda sollicitabat: Ejusmodi machinationum haud ignarus erat Cæsar, quocirca Marchioni de Grana in mandatis dedit, ut hunc Principem noxium pacis obicem, Colonia Viennam captum clam abduceret. Paruit jussis Marchio, ac die vigesima sexta Februarii Fürstenbergium, cum e Marcanæ Comitissæ ædibus ad Electorem in præfato Monasterio agentem curru veheret, noctu intercepit, ac Bonam, postea ad Neostadienſem indeque demum ad Spilbergenſem arcem in Moravia abduxit, ejus quoque Sorore Vienna excedere jussa, eoquod per Burmanum Colonienſem Secretarium clandestina cum Gallis consilia fovere deprehenderetur. Comperta Principis captivitate Galli violatum jus gentium vociferabantur, perinde acsi Fürstenbergius Gallici Legati auctoritate munitus fuisset: postquam

Sæc. XVII. A. C. 1673.

Sæc. XVII A.C. 1673. vero Cæsarei milites quadraginta octo millia Imperialium, quos Franciæ Ministri in vini adusti doliis ad fallendum inclusos ex Colonia evehi curabant, detecta fraude interceperant, tum Galli in rabiem acti Colonia unaomnes excessere, abrupta omni pacis conciliandæ negotiatione: cum autem paulopost Angliæ Rex, Colonienſis Elector, & Monasterienſis Episcopus Gallos destituissent, & Galli in Catalaunia ab Hispanis ingenti clade protriti fuissent, Ludovicus Rex sese ad pacis consilia faciliorem exhibebat.

§. LXXVII.

Extrema Anglorum aversio in Catholicos.

Salmon hist. Chron. & Angl. t. 1. Thoiras hist. d'Angl. l. 23

Nunquam luculentius Anglistantes viperinum suum in Catholicos, eorumque religionem odium, ac fanaticum suæ sectæ studium manifestarunt, quam occasione Regiæ declarationis, qua Carolus II. Rex Presbyterianos esse in sua secta tolerandos, & Catholicos innoxios in remunerationem fidelitatis & obsequiorum, quæ oppresso ac exuli Regi ejusque Patri præstiterunt, magni beneficii loco a legum pœnalium barbarie immunes fore declarabat: Enimvero Angli ex omni-

omnibus Non - Conformiſtis nonniſi unam claſſem fieri, atque in ea Presbyterianos comprehendi haud ægre ferebant; poſtquam vero communi hoc nomine etiam Catholicos a Rege ſubintelligi ſuſpicabantur, mox Presbyterianis, quos antea inhumane inſectabantur, favere & omne virus in Catholicos effundere cæperant. Igitur die quinta Februarii utriusque Curiæ Senatores, ut Regi ſuo & Catholicis moleſtiam inferrent, edictum in Senatu propoſuere, vi cujus omnes pœnæ antea contra Presbyterianos latæ abrogarentur, eisque conceſſa plena conſcientiarum libertate duntaxat fidelitatis & ſupremæ poteſtatis juramentum imponeretur; ſub idem ferme tempus ferrea frontis orisque contumacia a Rege poſtulabant. I. Ut promulgato edicto intra triginta dies omnes Catholicos Sacerdotes & Jeſuitas e Regno expelleret, & evoluto hoc termino illos, qui adhucdum ibi morarentur, omni legum ſeveritate plecti juberet. II. Adſtringeret cunctos Tribunos & milites, ut præfatum juramentum exſolverent, & Synaxin juxta ritum Anglicanum reciperent. III. Omnes Catholicos e publicis officiis tam civilibus quam militaribus excluderet. IV. Cunctos Catholicos imo & de hac religione

Sæc. XVII. A. C. 1673.

Sæc. XVII. A. C. 1673.

ſuſpectos ab Aula quinque leucis abeſſe juberet: Recuſantes vero exauctoraret. Hæc in Catholicorum oppreſſionem a Parlamento peti haud ignorabat Rex, & quamvis ob religionem, quæ tamen jam a tempore Lucii Regis in hoc Regno floruit, in recens invectæ ſectæ favorem Catholicos nationales e patria ſua expelli, iniquiſſimum reputaret, cruenta tamen Parlamenti conſilia veritus, intra menſem cunctos Sacerdotes Catholicos & Jeſuitas Regno excedere juſſit: cum autem circa cetera Parlamenti poſtulata nil decideret, Parlamentum Regem eo adigere decrevit, ut ſuam etiam declarationem revocaret, & ni reliquis ejusdem petitis annueret, ei pecuniarum ſubſidia pro belli expenſis denegaturum, declaravit.

Saxum inter & ſacrum hærebat Rex; quippe Parlamento reſiſtere periculoſum, cedere & Catholicorum animas, & libertatem negotiari, non minus æquitati adverſum, quam auctoritati ſuæ indecorum & pernicioſum erat: noverat inſuper, quod Rex Pater ſuus proprio honore, ſanguine, ac vita coactus fuerit expiare puſillanimitatem, qua Anno hujus ſæculi quadrageſimo primis Parlamenti poſtulatis ceſſit, eique ad majora audenda animum ſubdidit. Poſtquam ergo vires ſuas reſi-

Sæc. XVII. A.C. 1673.

resistendo impares viderat, & præter Arlingtonum Comitem ipsemet etiam Asleyus seu Schatsburyensis Comes nunc Regni Cancellarius ab eo ad Parlamenti populique partes transierat, Rex die decima octava Martii in Senatu, ubi Cancellarius juratis Catholicorum hostibus cinctus, adversus concessam conscientiarum libertatem declamabat suam declarationem revocavit, simulque in Catholicos impune sæviendi facultatem Parlamento concedere coactus est. Tum denuo patuit, quod Protestantes conscientiarum libertatem & tolerantiam duntaxat summis elogiis celebrent, ac commendent (*), quando de quacunque alia secta, quam Catholica religione agitur, contra hanc autem necesse credant, ut Herodes Pilato accedat, & in ejus ruinam omnes Sectarii, cujuscunque nominis sint, suas vires jungant: Eapropter toties &

(*) Ita Heidelbergæ quidam Calvinista Anno 1723. librum sub titulo: *Pensées sur la reunion des Protestantes* edidit, & tanquam moderatus & orthodoxus Scriptor a Calvinistis commendatur, eoquod tolerantiam ad alias sectas a Protestantibus separatas non extenderit vid. Bibl. Germ. tom. 6. p. 235. id sane est idioma æquitatis naturalis, quæ præcipit, ut facias alteri quod tibi fieri velis.

Sæc. XVII A. C. 1673. & ubique Catholici victima fuere furoris Calviniani, Lutherani &c. Certe talia novis hisce Evangelicis instillat nec caracter Evangelici fœderis, nec indoles Evangelii, quod nil nisi charitatem, lenitatem, patientiam & tolerantiam, non autem vincula, exilia, ferrum & sanguinem docet. Aliam agendi rationem in religione Christiana & Christianorum schola didicit, ac tenuit Constantinus Magnus: uti testatur Eusebius in ejus vita l. 2. c. 60. versionis Cousinæ. Attamen ejusmodi vexationibus nondum saitata erat Anglorum Protestantium rabies, sed insuper, ne minus crudeles viderentur Tyrannis atque Ethnicis Christiani nominis hostibus, qui in primis Ecclesiæ sæculis Catholicos vel ad ejurandam fidem, vel ad vescenda idolothyta exilio, vinculis, aliisque suppliciis compellebant, pariter Angli decreta exilii pœna præceperunt. I. Ut omnes Catholici publicis officiis provisi Calvinianam cœnam in eorum Templis publice sumerent, & præter fidelitatis, & supremæ in sacra potestatis juramentum etiam scriptotenus & coram duobus testibus jurarent, *se credere, quod in Sacramento Cœnæ Dominicæ nec ante nec post consecrationem a quocunque factam fiat transsubstantio.* II. Prohibuerunt, ne Protestan-

testantes cum Catholicis connubia inirent, ut scilicet Regis Fratrem Eboracensem Ducem præpedirent, ne Oenipontanam Archiducissam, aut aliam quamcunque Principem religione Catholicam sibi matrimonio jungeret. Sæc. XVII. A.C. 1673.

Tantum secta recens potuit suadere malorum.

Præterea Protestantes, ne Hibernis peperciisse viderentur, a Rege postularunt, ut Richardum Talbotum, quia Catholicorum Hibernorum negotia procurabat, omni dignitate exueret. Verum Rex die octava Aprilis Senatum ingressus, pro solis Presbyterianis petitam conscientiarum libertatem confirmare distulit, indicto primum ad trigesimam Octobris diem Parlamento.

§. LXXVIII.

Protestantium Anglorum machinationes contra Eboracensis Ducis matrimonium.

Quantumvis Eboracensis Dux Angliæ Regis Frater non ita pridem Catholicam religionem amplexatus esset, Calvinianam tamen impietatem tantopere exhorrebat, ut potius Architalassi munere ultro se abdicare, quam sacrilego juramento conscientiam suam contaminare vellet. Hoc ejus exemplum pariter

Theatr. Europ. tom. 1. Amelot Mem. t. 2. p. 419. Calmet hist. Univ. t. 17. l. 156. §. 24.

Belli-

Sæc. XVII. A. C. 1673. Belliducum Catholicorum potiſſimi ſequebantur. Nondum tamen ultronea hac abdicatione ſatis litatum erat Proteſtantium furori; poſtquam enim compertum habebant, quod Eboracenſis Dux, cum Claudia Felicitas Ferdinandi Caroli Oenipontani Archiducis Filia Leopoldo Cæſari in feſto S. Thereſiæ nupſiſſet, Mariam Eleonoram Eſtenſem Alphonſi IV. Mutinenſis Ducis filiam religione Catholicam, & natione Italam in thori æque ac maximarum calamitatum conſortem ducere vellet, tum vero Proteſtantes nil eorum, quæ fanaticus ſuæ ſectæ zelus excogitare poterat, inauſum intactumque relinquere, ut Ducis matrimonium cum Catholica præpedirent. Igitur die nona Septembris importunius a Rege petebant, ut Fratris ſui Ducis matrimonium cum hac Principe Catholica diſſolveret, idem quoque die decima ſexta ejusdem Menſis in Senatu poſtulabant, palam ſignificantes, ſe nulli Regis petito aſſenſuros, niſi prius hoc matrimonium irritum declaraſſet, & Proteſtantes adverſus Catholicos, eorumque Protectores (*) præſtitiſſet ſecuros. Obſte-

(*) Indicabant Franciæ Regem, quocum Angliæ Regem, Ducemque Eboracenſem amicitiæ

Obſtupuit Rex ad hujus poſtulati iniquitatem; hucusque enim vix nunquam auditum erat, quod Princeps Anglici ſolii hæres conjugem pro ſuo arbitrio ducendi facultate privaretur, & individuam vitæ ſuæ ſociam eligendi libertatem Parlamenti ſui beneplacito relinquere cogeretur, imo etiam a Regni ſucceſſione excludi, ac inhabilis declarari jure poſſet, eo duntaxat nomine, quod tam ipſe, quam ejus conjux religionem a ſecta ibidem dominante diverſam profiterentur: Verum ea tum erat temporis iniquitas, morumque perverſitas, ut potiſſimi etiam ſacratiſſima naturæ jura fanatico ſuæ ſectæ zelo immolare haud dubitarent: id jam præſagiebat Sponſæ Mater, quæ cuidam de ejus Filia Principi apprime *Catholico* nuptui data gratulanti reſpondit, *id ipſum in cauſſa erit, quod Filia mea Angliæ ſolium non ſit conſcenſura.* Interim Rex die nona Novembris ad Parlamenti Curiam reſponſum ſuum ſcripto transmiſit, hujus ferme tenoris: „Ex meo conſenſu & auctoritate „Du- Sæc. XVII. A. C. 1673.

citia junctos noverant, Ludovicum vero Regem tanquam Parlamentariæ auctoritatis deſtructorem, & Papismi, ſeu (uti convitiantur) Idololatriæ validiſſimum Protectorem adverſabantur.

Sæc. XVII. A.C. 1673.

„Ducis matrimonium jamjam per Peterboroghium Comitem juxta solemnitates inter Principes consuetas concluſum, confirmatumque est: nec vobis hoc matrimonium esse potest molestum; nunquam enim quicquam opposuistis, etsi de hisce nuptiis publice per plures menses actum fuisset.„ Hoc responso irritati Senatores, altera die decreverunt, nulla pecuniarum subsidia Regi esse solvenda, nec ullam opem eidem ferendam, donec Regnum contra Papistarum & Catholicorum Consultorum molimina tutum redditisset, omnibusque Protestantium querelis satisfeciſſet. Postea Prædicantes per universum Regnum solemnem jejunii diem indixere, ut populo Regnum in maximo discrimine versari persuaderent: nec his contenti, biduo post universi omnes Regem accessere, eidem exponentes. I. Quod hoc matrimonium tumultus, & suspiciones moveret, & querendique ansas præberet, ipsumque Regem ad fœdera Calvinianæ religioni noxia compelleret. II. Experientia teste Papistæ ejusmodi matrimoniis novos animos induerent, proin Sacerdotibus Catholicis & Jesuitis Regnis subditos seducendi occasio præberetur. III. Animadversum esset, quod Catholicorum factio per gratiosas Regis leges de-

dejecta, nunc ad novas spes erigeretur. Sæc. XVII.
IV. Timendum foret, ne ejusmodi nu- A. C. 1673.
ptiis subditorum affectus erga Ducem
solio proximum haud parum imminueretur. V. Per integrum ferme sæculum Anglia continuis anxietatum procellis jactaretur, ne Papismus incrementa caperet, & Protestantium religio discrimini exponeretur. VI. Cum Mutinensis Principissa Romæ plures sibi sanguine junctos haberet, facile Romani sua consilia exequendi media hujus matrimonii ope consequi, ac in ipsa Regis secretiora consilia penetrare possent. VII. Pluribus exemplis comprobatum esset, quod ejusmodi conjugia per Procuratores inita fuerint dissoluta, proin Senatores impense Regem efflagitarent, ut ipsemet, utpote prole orbatus, præpedire vellet, ne hoc matrimonium proprio Ducis consensu firmaretur.

Verum Rex ad hasce querelas usque ad Senatum Mense Januario habendum respondere distulit. Ceterum Eboracensi Duci Sponsa, quæ die undecima Novembris Lutetiam Parisiorum ingressa erat, die undecima Decembris per Oxonienſem Episcopum in Dubrienſi Urbe Sponso suo conjuncta, inde Londinum a Rege deducta est, applaudente ipso summo Pontifice, qui

Sæc. XVII. A. C. 1673. ab initio quidem rursus Principem Catholicam diris Protestantium vexationibus exponi dolebat, omnem tamen benedictionem eidem impertiebatur, dum a Galliarum Oratore perceperat, Franciæ & Angliæ Reges caviſſe, ut præfata Princeps libero ſuæ Religionis exercitio frui, ejusque proles in orthodoxa fide educari poſſent.

§. LXXIX.

Franciæ Regis Legatio ad Clementem X. Papam.

Theatr. Europ. tom. II. Hiſt. Cron. cont. l. 9. p. 176.

Poſtquam Ludovicus XIV. Franciæ Rex compertum habebat, quod non modo Cæſar, ſed & Hiſpaniæ Rex pluresque Catholici Principes arma in Gallos pararent, Luſitanos & Helvetios in belli ſocietatem pertrahere, aliorumque Principum animos ſibi conciliare nitebatur: Ea ex cauſſa præmis Maſſilienſem Archiepiſcopum Romam ablegabat, qui obtenta allocutionis copia nomine Regis ſui exponeret, quod quidem Ludovicus pro hæreticorum extirpatione Regnum ſuum diu crimini, immenſisque ſumptibus expoſuiſſet, ægerrime tamen ferret, quod ipſimet fidei hoſtes a Cæſare, Hiſpaniarum Rege, aliisque Principibus Catholicis protegerentur: Hos ergo, Sanctis-

tas ſua ſacris ac profanis armis coerce- Sæc. XVII.
ret, junctaque cum reſiduis Eccleſiæ A. C. 1673.
fidis Principibus opera illis bellum de-
nuntiaret, cum id præſentanea Eccleſiæ
neceſſitas depoſceret, ſimul etiam æ-
quum, juſtumque foret, ut Pontifex
Chriſtianiſſimo Regi facultatem conce-
deret, quatenus Equitum S. Spiritus,
duorumque ſuppreſſorum Ordinum pro-
ventus in expenſas belli contra hære-
ticos ſuſcepti convertere valeret. Ve-
rum Papa hunc Archiepiſcopum po-
tius aucupandæ Purpuræ ſpe, quam
Regiæ petitionis zelo impulſum hæc
propoſuiſſe, probe proſpexerat: diſſi-
mulata ergo rei ſumma querebatur,
quod Rex Cardinales Gallos e Parla-
menti conventu excluſiſſet, ac Trevi-
renſem Electorem Sedi Apoſtolicæ ſum-
mopere addictum oppreſſiſſet, recensque
Genuenſem Rempublicam hoſtiliter in-
vaſiſſet. Enimvero Papa ſuſpectam ha-
bebat Gallorum fidem; quocirca cun-
ctos natione Gallos, quos a ſuis obſe-
quiis habebat, aula excedere juſſit.
Nihilominus Franciæ Orator die vige-
ſima octava Julii Papam rurſus acceſ-
ſit, eidem ſignificans, quod Franciæ
Rex Ultrajectum armis occupaſſet, ac
unice ad eliminandos hæreticos tam
grave bellum ſuſcepiſſet: Ad hæc Pon-
tifex reſpondit, ſe Regi tam inſignem

Sæc. XVII. A. C. 1673.

victoriam gratulari, molestum tamen sibi accidere, quod Rex Cæsarem bello premere cogitaret, proin Turcis ad fovendos Hungarorum rebellium motus januam aperiret: ne tamen Regem offenderet Pontifex, Oratori literas ad eundem dedit, in quibus Ludovicum digna laude cumulabat, eoquod Ultrajectenses Ecclesias Catholicis reddere adlaborasset.

§. LXXX.

Moscoviæ Legatus Romam adventans.

Priet. Cont. Ann. ad hunc ann. Theatr. Europ. tom. II. Hist. Chron. cont. l. 9. p. 177.

Cum hoc anno Turcæ ac Tartari Poloniæ Regnum ferro flammaque devastare pararent, summus Pontifex totus in eo erat, ut florentissimam hanc Rempublicam, Sedi Apostolicæ devotissimam ab imminenti periculo vindicaret. Eam ob rem Bonvisium cum bis centies aureorum millibus Legatum in Poloniam decrevit, ut sedato intestino tumultu Polonos ad arma in communem Christianæ Reipublicæ hostem convertenda induceret. Nec defuit pio huic conatui prosper successus; quippe hujus Nuntii Apostolici, necnon Cæsarei Legati opera in comitiis Varsoviæ habitis Poloni Proceres antehac inter se divisi, communi consilio in patriæ defensionem conspirarunt. Insu-

per

per Viennam Moſcoviæ Legatus ad Cæſarem Menſe Aprili, & alius Menſe Septembri Romam ad Clementem Papam decreti advenerant, exponentes, quod Magnus Moſcoviæ Dux Polonis adverſus Turcas auxilia ſubmittere decreviſſet, Cæſar igitur ad alendas copias annonam ſuppeditare, & Pontifex ſua auctoritate ceteros Principes in belli ſocietatem pellicere, &, ſi Poloniæ Regem mori contingeret, Moſcoviæ Ducis Filium ad hujus Regni ſolium promovere, haud gravaretur, ut junctis utriusque Regni viribus eo validior eſſet adverſus Turcas potentia. Grata equidem accidit ſummo Pontifici tam promptæ voluntatis pollicitatio; diſplicuit tamen, quod ſemper communis cauſſæ ſtudium privatæ utilitatis quæſtu vitiari cerneret: eapropter ſe hoc negotium maturiori examini ſubjecturum Legato paucis reſpondit: Paulopoſt hanc in rem Pontificis literæ ad Ducem eidem Oratori fuerunt traditæ, quas hic acceptare recuſabat, eoquod Pontifex Cæſaris titulo Ducem Moſchum haud honoraſſet, hoc tamen diſſidium Poloniæ Legatus adeo dextere compoſuit, ut Moſchus inſolitis honoribus cumulatus, non ſine animi ſui ſatisfactione Roma diſcederet. Paulopoſt venerat in Poloniam alter Mo-

Sæc. XVII. A. C. 1673.

Sæc. XVII. A.C. 1673.

ſcoviæ Legatus, aſt Regni Ordines oblatam ab eo armorum unionem, quamvis intempeſtivo nimis contemptu, rejecerunt.

§. LXXXI.

Proſpera Religionis Catholicæ incrementa in Sinarum Regno.

Pufend. Introd. a l'Hiſt. Univ. t. 6. p. 353. Hiſt. Chron. cont. l. 9. pag. 177. Du Halde part. 3.

Inter tot amaras, quibus paternus ſummi Pontificis animus agitabatur, ſollicitudines tandem ex ipſis gentilitatis tenebris lætitiæ ſplendores emicare cæperant, allato nuntio ex Chinenſium Imperio, quod ibidem Cang-Hi Imperator plenam Religionis Chriſtianæ libertatem, quam Calviniani in Anglia Catholicis denegabant, iisdem indulſerit; poſtquam enim juvenis hic Princeps poſt Sony præcipui ſui Tutoris obitum ipſus imperii clavum moderari cæperat, primas eo curas intendit, ut in Sou-ca-ma alterius Tutoris adminiſtrationem inquireretur, quem etiamſi regni peſſime adminiſtrati atque inhumanæ Catholicorum vexationis reum laqueo ſuffocari præcepit. Sublato hoc Chriſtiani nominis hoſte religio Catholica indies nova cepit incrementa, & quamvis remotiorum Provinciarum Præſides ac Præfecti ſæpius ſolito fanatismi furore ſeſe opponere tentarent, ſem-

semper tamen inter ipsa Tyrannorum supplicia crescebat Christianorum numerus, sensimque vexantium phrenesis sanabatur partim Catholicorum constantia, partim Imperatoris clementia; cum enim hic Princeps fidei orthodoxæ præcepta ipsus discussisset, nihilque periculosum in ea reperisset, aliunde vero Patrem Ferdinandum Verbiest Mandarinum singulari favore & affectu dignaretur, Missionarii a præfatis Gubernatoribus vexati tempestive eundem interpellarunt, cujus etiam hortatu Imperator diras tempestates remotioribus Ecclesiis impendentes feliciter dissipavit. Enimvero hæc ipsa Imperatoris benevolentia magnam invidiam odiumque Missionariis comparabat: Sinenses enim suas artes ac scientias, prout eas a Majoribus hauserant, super astra extollere assueti, inquissimo tulerunt animo, quod palam instituto Calendarii examine, Europæum ipso Sinensi longe accuratius fore judicatum fuerit, ac ipsemet Imperator illud ante quadriennium patrio Calendario præferri jussisset. Tandem vero æmulorum livori frænum est injectum, & malevolorum artes dissipatæ, postquam Imperator promulgato edicto Catholicis liberum fidei suæ exercitium in universo Regno concesserat, ac Sacerdotibus ex Can- Sæc. XVII. A. C. 1673.

Sæc. XVII. A. C. 1673

tonenſi exilio revocatis Eccleſias reſtituit, pluresque Viros Apoſtolicos Mathematicis ſcientiis inſignes pretiosa navi advehi, atque ad Aulam deduci jusſerat: Eapropter Catholici non modo Amacaoi, ſed etiam Romæ & alibi inſolita lætitia efferebantur. Ne vero totius Regni ad fidem Catholicam converſio omnino proxima & certa eſſet, unice deeſſe videbatur *amplectendæ* Religionis libertas *Sinenſibus quoque* indulgenda per publicum Imperatoris edictum, quod tamen etiam anno hujus ſæculi nonageſimo primo promulgatum eſt, incredibili Catholicorum gaudio, licet illud diſſidia inter ipſos Miſſionarios denuo recrudeſcentia brevi contaminaſſent.

§. LXXXII.

Principum atque illuſtrium obitus.

Wagner hiſt. Leop. l. 4. pag. 317.

Hunc annum vitæ ſuæ exitialem habuere Principum non pauci, ac primo quidem luxerat Auguſtiſſima Domus Auſtriaca nimis præmaturam mortem Margarethæ Thereſiæ, quæ Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Filia, & Leopoldi I. Cæſaris conjux erat; poſtquam enim anno priori Filiam nomine Mariam Annam enixa eſt, hoc anno die vigeſima ſecunda Martii Viennæ

decessit, tanto Cæsaris, omniumque Aulicorum mærore, ut eidem lacrimis ac dolore majore, quam pompa funebri parentaretur. Hujus fatum præcesserat Joannes Philippus de Schönborn Archiepiscopus & Elector Moguntinus, & Episcopus Herbipolensis ac Wormatiensis. Princeps erat ingenio dexterrimus, qui suis consiliis juxta ac indefesso labore gravique auctoritate plurimum ad pacem Imperio redditam contulit: unde ejus aula eo ævo *laboriosa* dicebatur. Restauravit Heidelbergensem urbem & Academiam Erfordinam, arcemque Marianam vallis & propugnaculis munivit. Pariter anno hujus sæculi sexagesimo nono pro sua in S. Josephum pietate Herbipoli Ecclesiam Patribus Carmelitis Excalceatis exstruxit, ac præsente Ordinis Teutonici Magistro die festo ejusdem sancti sacravit: Anno autem sequenti in senectutis suæ solamen sibi in Coadjutorem adscivit Lotharium Fridericum de Metternich Spirensem Episcopum. Obiit tandem optimus Princeps anno ætatis suæ sexagesimo octavo die duodecima Februarii. Successorem habuit in Herbipolensi Episcopatu Joannem Hartmannum de Rosenbach. Eodem anno, quo Michael Poloniæ Rex post cruentum cum Tartaris bellum, propudiosam

Sæc. XVII. A. C. 1673.

Sæc. XVII. A. C. 1673

pacem, inteſtina Procerum diſſidia & poſt ſuperatas propriæ exauctorationis machinationes, primos victoriæ de Turcis reportatæ fructus delibare cæperat, die decima Novembris fatis cedere coactus est, anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio, Regni vero quarto: Succeſſit eidem Joannes Sobieski ſupremus Regni Mareſcallus, qui ad hanc dignitatem iterata de Turcis victoria aditum ſibi pandebat; fuſis enim Tartarorum decem millibus poſt Regis obitum ipſa etiam Turcarum caſtra ſtrenue aggreſſus, prope Chozymum ad Tyram fluvium eos clade interneciva delevit, adeo, ut quatuordecim millibus in acie cæſis, quinquies mille ad præfati fluminis tranſitum ſubmerſi, totidem in fuga a Caminiacenſibus jugulati perirent, ac ipſemet Huſſain Baſſa eorum Bellidux cum reliquo exercitu Chozymum profugus, poſt paucorum dierum obſidionem de urbemque dedere cogeretur: Prænenerat Regis ſui obitum Wenceslaus Gnesnenſis Archiepiſcopus Primas Regni die quinta Aprilis defunctus, qui Regi ſuo infenſus, juncta cum factiosis Proceribus opera Michaelem eo adigere, incaſſum tamen, tentabat, ut depoſita corona in Monaſterium ſecederet, retenta nonniſi penſione annua.

§. LXXXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

§. LXXXIII.

Cardinales a Clemente X. inaugurati.

Hoc item anno Clemens X. Pontifex Maximus die vigesima octava januarii Felicem Rospigliosium Clementis IX. Nepotem non sine maximo totius S. Collegii jubilo Cardinalem nominabat, atque in grati animi testimonium eidem proventus ad sustinendum hujus dignitatis decorem congruos assignabat. Die autem duodecima Junii idem Pontifex pariter Romana Purpura decorabat Fridericum Nerlium Apostolicum apud Gallos Legatum, qui Cardinalis Diaconus titulum SS. Cosmæ & Damiani optabat. Eadem die pariter nominati sunt Petrus Bassado Venetus, Hieronymus Cassanate tit. S. Sylvestri in Capite, & Hieronymus Gastaldus Genuensis. *Eggs suppl. Purp. doctæ.*

§. LXXXIV.

Tornacensis Synodi Diœcesanæ decreta.

Die decima tertia Junii Gilbertus de Choiseul Tornacensis Episcopus Synodum celebrabat, in qua habita prolixiore oratione contra doctrinæ & Theologiæ corruptionem vehementer decla-

Sæc. XVII. A. C. 1673

declamans, quædam priorum Synodorum decreta innovavit, peculariter autem distincte prohibuit, ne, quando in solemni processione SS. Sacramentum defertur, mulieres aut puellæ Vinum vel cerevisiam Viris propinent, aut viciſſim mulieres Viris: imo nequidem Parochi permittant, ut Viri vel adolescentes ad popinas ducant puellas, si vero Viri eas compellant, & puellæ se abduci patiantur, post trinam admonitionem ipsis ingressu Ecclesiæ publice & nominatim interdicatur, & nisi resipuerint, excommunicentur. Prohibuit etiam, ne laici propius ad Altare accedant, aut fœminæ intra Sanctuarii cancellos orent.

§. LXXXV.

Nonnullæ Clementis X. Constitutiones.

Bull. magn. Append. Const. Clemens X. t. 6.

Præter varias Constitutiones hoc anno emanatas Clemens X. summus Pontifex die prima Januarii sub gravi pœna, inhibuit, ne occasione Jubilæi ædium Patroni pensionem Domus ab eis conductæ augere, vel modum solvendi pensionem immutare, aut nondum finita locatione expellere audeant: adeo igitur omnem quæstum occasione Jubilæi aucupandum a Romanis alienum

num fieri, urgebant Pontifices, proin enormis, mendaxque calumnia est Protestantium & præcipue Jacobi Elsneri (*), qui *Jubilæa* vocat *Romanas nundinas, in quibus caro pretio & parata pecunia peccatorum venia, & prædicandi licentia venditur*, quibus verbis hic Auctor stupidam suam ignorantiam, & effrænem calumniandi libidinem nimis luculenter prodidit, ipsus ego, dum adhuc Romæ eram, rationum libros in peregrinorum Nosocomio ad SS. Trinitatem inspexi, ac vidi, quod adhuc solvenda præfato Nosocomio incumberent plusquam quinquaginta aureorum millia, quæ pro alendis peregrinis ad Jubilæum anni 1700. confluentibus expensa fuere. Erubescant tandem hi maledici sua obsoleta mendacia rudibus venditare: ast ejusmodi homines jam in religionem verterunt mentiri & calumniari, quoties de Pontificibus & Catholicis agitur: leve tamen damnum Ecclesiæ Catholicæ inferunt, eoquod ejusmodi convitia centies recocta ac millies falsitatis convicta nonnisi cum summa nausea a moderatioribus etiam Acatholicis leguntur, & cum stomacho ad quisquilias rejiciuntur, nec etiam ejusmodi joculares lixæ, ac rabulæ in quævis

Sæc. XVII. A. C. 1673.

(*) Orat. inaugurat. de Zelo Theologico.

Sæc. XVII. A. C. 1673.

vis mendacia venales inde aliud reportant lucrum, nisi quod eis toties mentiri suetis nemo fidem habeat, ne tunc quidem, cum vera scribunt.

Præterea summus Pontifex tria S. Congregationis Regularium decreta confirmavit, quibus novos Conventus in variis Diœcesibus erigendi facultas Carmelitis Discalceatis, Capuccinis, & reformatis S. Francisci de observantia denegata fuit, denique die octava Maij Pontifex indulgentias a Leone IV. Joanne XXII. Sixto IV. & V. Paulo V. aliisque Pontificibus Ordini Carmelitano, & sodalibus Confraternitatis S. Scapularis concessas confirmavit, novasque indulsit.

§. LXXXVI.

Diversæ S. Congregationum Romanarum decisiones.

Decis. SS. Congr. Imm. Rit. Conc. &c.

Exortis subinde variis dubiis sacræ Congregationes Romanæ ab Ordinariis consultæ plura ediderunt decreta, cumque a nonnullis Episcopis dubitatum esset, an in Ecclesiis Monialium eorum curæ subjectis Christi fideles possint etiam lucrari indulgentias in festis sanctorum Ordinis concessas: ut ergo omne dubium & contentionis occasio inter locorum Ordinarios & Reg-

Regulares tolleretur, Joſephus Euſe- Sæc. XVII.
nius Epiſcopus Porphyrienſis, & Sa- A. C. 1673.
crarii Apoſtolici Præfectus deſuper S. Congregationem conſuluit, quæ die vigeſima quarta Februarii reſpondit, quod Chriſti fideles, qui Eccleſias Monialium vel Regularium vel Epiſcoporum curæ ſubjectas viſitant, æque in utrisque indulgentias haſce lucrentur: Die autem vigeſima Aprilis S. Immunitatis Congregatio decidit, quod violatores immunitatis, libertatis, & jurisdictionis Eccleſiaſticæ non poſſint abſolvi vi Jubilæi ab Excommunicatione, in quam declarati fuerant incurſi, ſed ſatisfacta parte, ad S. Congregationem recurrere teneantur. Denique die decima ſeptima Junii ſacra Rituum Congregatio ad preces Dominici Minutuli Congregationis Olivetanæ Lucenſis Generalis, & Placidi Moronis ejusdem Ordinis Abbatis cenſuit, officium cum Octava S. Franciſcæ Romanæ, aliàs eidem Congregationi Romæ recitari conceſſum, etiam tempore quadrageſimæ, extendi poſſe ad totam Congregationem.

§. LXXXVII.

Obitus quorumdam ſcriptorum ſuis lucubrationibus inſignium.

Obiere

Sæc. XVII. A. C. 1673.

Du Pin Bibl. des Auth. Eccl. t. 17. pag. 196. Cerf. Bibl. des Auth. de la Congr. de S. Maur.

Obiere hoc anno ex Catholicis Scriptoribus nonnulli, quorum opera posteris relicta celebrantur, & primo quidem Parisiis die decima octava Januarii decessit Petrus L'Allemant Prior Congregationis Parisinæ Canonicorum S. Augustini ad D. Genovefam, qui præfatæ hujus sanctæ vitam, necnon colloquia sacra animæ ad Deum Eucharisticum, & meditationes in *Pater noster* edidit: magis adhuc commendantur tres ejusdem tractatus, scilicet *mors justorum*, *Testamentum spirituale*, & *pia desideria mortis*. II. Ludovicus Bugnot Benedictinus Congregationis S. Mauri Prior die vigesima prima Septembris defunctus, Joannis Barclai primum volumen Argenidis prælo subjecit, notisque illustravit; scripsit quoque ligata oratione vitam, & regulam S. Benedicti, & elogia plurium Sanctorum ejusdem Ordinis. III. Michael Lualdus Canonicus Romanus edidit duos tomos de origine Religionis Christianæ in Occidente, Indiam Orientalem Evangelio subjectam, Mundum Christianum visibilem & invisibilem, Missam explicatam, & tractatum de vera religione ab Adamo incæpta, & in sacrificiis continuata. IV. Joannes Nicolai Ord. FF. Prædicatorum, qui plurima aliorum opera, necnon D. Tho-

D. Thomæ ſummam notis illuſtravit, propria autem Minerva elucubravit judicium de propoſitione Arnaldi circa Petri gratiam, tractatum de jejunii ritu juxta veterem Eccleſiæ uſum, diſſertationem de Concilio plenario ex S. Auguſtini ſenſu, & de Baptismatis hæreticorum aſſertione, de Baptismi antiquo uſu, proluſionem contra Launoium, diſſertationem de Conſtantini Baptismo, Rupellam Regiis armis expugnatam, aliaque plura politica & exegetica. V. Joannes Cordies S. J. edidit tomos tres de officio eorum, qui familiam componunt. VI. Hieronymus Lallemant itidem ſocius vulgavit relationes de Miſſione Canadenſi. Sæc. XVII. A. C. 1674.

§. LXXXVIII.

Scriptores Acatholici hoc anno denati.

Inter paucos ex Scriptoribus Acatholicis hoc anno defunctis potius ſuis deliriis, quam proficuis lucubrationibus nomen ſibi comparabat Joannes Labbadie, qui ex Jeſuitarum Societate, quam deſeruit, ad Calvini caſtra profugus pro indulta ſentiendi libertate, & fanatici ingenii ſui impetu Donatiſtarum, pluriumque veterum hæreticorum errores innovavit, atque ex iis eodem, quo olim Calvinus, ductus ſpi-

Vid. ſupra l. 201. §. 6. p. 13. & ſeqq. Arnold hiſt. Hæret. Freher Theatr. erud. p. 1. ſect. 3. Veisman Hiſt. Eccl. p. 2. fol. 864. & 912.

Sæc. XVII. A. C. 1674. ſpiritu novam doctrinæ reformationem conflavit. Edidit ſolemnem fidei declarationem, reſponſionem ad Paſtores Montalbenſes, apologiam contra Pontificiorum criminationes, epiſtolam ad Amicos in Papatu, Pſalmos Evangelicos, pluraque alia æterna oblivione digna. II. Henricus Dieſt ſcripſit Theologiam Biblicam, Enchyridion Theologicum, Analyſin Apocalypſeos, mellificium Catecheticum &c. III. Benaventura Rechefeld poſteris reliquit Theologiam Catecheticam: Pietatem domeſticam, vindicias Evangeliorum præter quosdam ſermones. IV. Georgius Neuſeld typis vulgavit diſputationes de temperantia, amicitia, tyrannide, cognitione naturali exiſtentiæ Angelicæ, de virtute morali, fortitudine, modeſtia, & veracitate, necnon de Principum virtutibus. V. Samuel Mareſius Calviniſta, quem ipſemet Weismanus *Virum nimis rixoſum & impatientem* appellat, eumque aſſerentem dicit, *quod, ſi quidquam doctrinæ de gratia univerſali, in ſuo pectore haberet, id ſanguine ſuo evomere vellet.* Temerarium dictum, ſi tamen verum, quod tenuit Jurieu, quæſtio de gratia univerſali ſit *res nullius momenti*, indigna, ut *Lutherani inter ſe & Calviniſtas murum ſeparationis erigant*, imo ipſemet Mareſius ab-

absque cruento vomitu asserere ausus fuerit, quod *si quid* circa gratiam, & prædestinationem inter Calvinistas & Lutheranos *ex imbecilitate mentis erratur, id omne christiane tolerandum sit inter fratres .... cum facilius inter varia unius magnæ urbis horologia sit conventurum, quam inter omnes Theologos circa hæc capita*, sane hæc tolerantia cum sanguineo suo furore conciliari non poterit. Ceterum Marelius scripsit sermonem de Prædestinatione, antitodum contra rebellionem, apologiam Calvinistarum, acta disputationis inter Franciscanum Anonymum, & Ministros Trajectenses, tractatum de flagellantium processione, imposturam Monachalem, concordiam discordem contra Grotium, varia contra Voetium, & plura alia, in quibus multum bilis, & parum judicii ac moderationis reperitur. VI, Joannes Müllerus edidit Lutheri defensionem, Atheismum devictum, admonitionem de vitanda doctrina Pontificiorum, Anti-Jansenium, tractatum de Quackerorum religione, & de Sacrificio Missæ Pontificiæ præter alia.

Sæc. XVII. A.C. 1674.

Sæc. XVII. A C. 1674.

§. LXXXIX.

Libri P. Ægidii Estrix Jesuitæ a S. Congregatione proscripti.

Index lib. proh. p. 94. Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 338.

Anno hujus sæculi septuagesimo quarto S. Universitatis Inquisitionis Romanæ Congregatio, ut opinionum Theologicarum laxitatem reprimeret, singulari studio invigilabat, atque inter alia ad idem tribunal delata opera, jussu summi Pontificis Clementis X. die quinta Aprilis proscripsit Ægidii Estrix Lovaniensis Theologi e societate Jesuitarum librum ita inscriptum: *Diatriba Theologica de Sapientia Dei benefica & vera, sive manuductio ad fidem Divinam propugnandam.* Hic idem enim Author affert. 33. p. 80. hanc propugnabat propositionem: *Judicium probabile ac verum de locutione divina cæterisque ad fidem prænoscendis satis momenti habere, ut is, qui ex illo dependet assensus fidei supernaturalis sit, etiamsi veniat in mentem contraria ratio, adsitque formido, ne Deus non sit locutus, quæ hic & hunc deponi non posse.*

Mirum tamen, quod insuperhabito hoc Sedis Apostolicæ interdicto Joannes Martinus de Ripalda Jesuita *disp. de fide* eandem doctrinam propugnarit, ac Innocentium XI. compulerit, ut anno 1679. per eandem Congregationem hanc

hanc ipsius doctrinam proscriberet: *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.* Sæc. XVII. A.C. 1674.

Præterea eodem anno simul præfata Congregatio confixit ejusdem Jesuitæ libros, quibus titulus: *Dilucidatio doctrinæ de fide imperfecta*, & *Apologia pro summis Pontificibus* &c.

§. XC.

Alia propositio a Parisiensi Facultate Theologica proscripta.

Eodem anno Pintevilleus Sorbonæ Doctor publicæ præfuit Disputationi, in qua ejus Discipulus Michael Gelee Ordinis FF. Minorum hanc thesin propugnabat: *Concilium Lateranense sub Innocentio III. Cap. OMNIS UTRIUSQUE SEXUS, per proprium sacerdotem intelligit parochum, absque intentione tamen excludendi summum Pontificem aut Episcopum Diœcesanum: qui confitentur peccata sua Religiosis privilegiatis, & a summo Pontifice licentiam habentibus abunde præcepto Confessionis annuæ satisfaciunt, si ad id privilegium speciale habeant,*

Nonnullis hæc doctrina stomachum movit, quocirca Facultati Parisinæ examinanda, die prima Octobris

Sæc. XVII. A. C. 1674. traditur: Prævenerat eam tamen Parisiensis Archiepiscopus, qui a Rege impetraverat, ut Facultas haud ultra hac de re deliberaret, Pintevilleus autem disputationis Præses in exilium deportaretur.

§. XCI.

Quædam monita a S. Congregatione S. Officii Romæ prohibita.

Spargebatur hoc anno in vulgus, libellus quidam sub hoc titulo: *Monita salutaria B. Virginis Mariæ ad Cultores suos indiscretos.* Prodiit anno primo hic fætus primum Gandavi unacum approbatione Censoris Domini Joannis Gillemans SS. Theologiæ Licentiati, & Ecclesiæ Gandavensis Canonici & Archipresbyteri. Postea idem libellus Gallice redditus edebatur, hoc autem anno Leodii, & quarto demum prælo Lovanii recusus est, novæque huic editioni addita legitur approbatio Petri de Wallenburg Mysiensis Episcopi & Suffraganei Colonienſis, necnon Petri Anselmii Vicarii Generalis ejusdem archidiæcesis, & Francisci Francken Decani, Henrici Patritii, & Joannis Polet Parochorum, quibus Gilberti Tornacensis Episcopi Epistola Pastoralis adjecta fuit. Hunc librum in Jansenitarum

rum Mechlinienſium officina fuiſſe fabri- Sæc. XVII.
catum, communis erat opinio, partim A.C. 1674.
quod Janſeniſtæ paſſim Jeſuitis idololatricam circa B. Virginem ſuperſtitionem imputarent, prout Montaltius ſeu verius Paſchal propterea in nona epiſtola ſua Paſtorali jam antea Paulum Barrium Jeſuitam vehementer exagitaverat, partim quod hujus libelli approbatores potiſſimum patria Belgæ eſſent: Recenſentur tamen hæc ipſa Monita in actis Eruditorum anno 1707. pag. 261. inter opuſcula Joannis de May Prædicantis & Medici Medioburgenſis. Quiscunque demum illius fuerit Author, id certum eſt, quod ſub ſpecioſo Hæreticorum offenſionem evitandi obtentu nequiter erroneas de cultu B. Virginis opiniones Catholicis affingat, eos a debita pietate erga eam avertere nitatur, & hyperbolicas quorumdam expreſſiones velut approbatas in Eccleſia Catholica doctrinas venditet. Quapropter re ad ſummum Pontificem delata, mox Congregatio ſancti Officii hunc libellum mature diſcuſſit, editoque decreto illum die decima nona Junii proſcripſit, *donec corrigatur:* Jam Menſe præcedente Academia Moguntina ſpurium hunc fætum ſuppreſſit, & die ſeptima Novembris Inquiſitores Hiſpani illum cenſorio ſtigmate nota-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

runt, atque ipsemet Rex illius editionem ac lectionem in omnibus suis ditionibus proscripsit, eoquod propositiones de errore & impietate suspectas contineat, Scripturis S. abutatur, & fideles a pietate, devotione & invocatione Matris Dei arceat: Hanc quoque censuram suffulciebant P. Crassetus, Hazartus pluresque alii. Prodiit etiam eodem hoc anno Duacensibus literis alterum opusculum priori oppositum, quod sic inscribitur: *Jesu Christi mandata maxime salutaria de cultu Dilectissimæ Matri Mariæ exhibendo*, cujus Author est Theologus quidam Duacensis, Censor vero Mathias Gertmannus S. Theologiæ Doctor, Academiæ Cancellarius & Seminarii Regii Præses, qui hunc librum suo testimonio approbavit, ut non minus hæreticorum calumniis, quam aliorum querelis occurreretur.

§. XCII.

Jansenistarum motus adversus hanc S. Officii censuram.

Vix Jansenistæ hunc libellum Romæ notatum perceperant, cum illico hanc quoque technam non sine eorum infamia detectam indignantes, in acerbas prorumperent querelas; ceteris vero impudentior Paschasius Quesnellus impe-

impotentibus furiis, indomitaque rabie lapidem, qui eum feriebat, mordere, fulminare, atque in S. Officium bilis ſuæ ſpumam evomere cæperat, præcipue eoquod idem Tribunal pariter ipſius notas in S. Leonem nigro ſtigmate notaſſet. Igitur edito famoſo libello, quamvis adhucdum nomen Catholici præſeferret, plusquam tamen Calviniano furore in ſacri Officii decretum invehitur, illud *libellum diffamatorium, divinis legibus, bonisque moribus adverſum, plenum falſitatibus & impoſturis* eſſe vocitat, rem eſſe haud tolerandam, & inſolentiam diutius non ferendam ſcribit, quod Monachi Inquiſitores, paucique Cardinales toti mundo prohibeant retinere libros, quos ipſi Romæ damnant, perinde acſi ipſis poteſtas eſſet præcipiendi Epiſcopis, qui tamen ipſis ſaltem æquales, ni etiam ſuperiores forent: poſtea ſacram Congregationem ſchismaticæ uſurpationis poſtulat, eoquod ſalutarem inſtructionem indiſcretis B. V. Mariæ Cultoribus datam damnare præſumpſerit, cum tamen ea a ſapientiſſimis Epiſcopis fuerit approbata, jurisque publici facta. Sæc. XVII. A. C. 1674.

Moderatior erat alius Anonymus horum monitorum vindex, qui libellum ſub hoc titulo edidit: *Monita ſalutaria B. V. Mariæ vindicata per notas*

Sæc. XVII. A. C. 1674. *ſalutares ad libellum intitulatum: Cultus B. V. Mariæ vindicatus P. Hieronymi Henneguier & ſimiles Scriptores, authore quodam Regulari orthodoxi cultus B. V. Mariæ Zelatore, cui accedit Appendix contra defenſionem B. V. Mariæ Ludoviſii Bona.* Hic tamen idem libellus a S. Congregatione poſt biennium die vigeſima ſecunda Junii proſcriptus eſt.

Denique ipſemet Author Monitorum, qui ſe Catholicum dicit, Mechliniæ apologiam hoc anno edidit, eo, ut inquit, conſilio, *ut hæreticorum calumnias, quibus quidam ex Catholicis pravis ſuis doctrinis contra Spiritum ſacræ Scripturæ, Conciliorum & Sanctorum Patrum anſam præbuerant, falſitatis convinceret.* Hic ergo præprimis quorundam devotionem, quæ ad ſuperſtitionem declinare videtur, carpens, ait: „negandum haud eſt, non paucos in „Eccleſia dari incautos, indiſcretos „& falſo zelo errantes, imo turpi lucro „inhiantes, qui a crimine idololatriæ „non erant omnino innoxii, quique „abuſus iſtos præterea defendebant, „& ſibi aliisque perſuadere conaban„tur, Eccleſiam eosdem quoque ap„probare, & ſuos facere. Atqui filiorum genuinorum erat in id laborare, „ut petra ſcandali amoveretur. Inter„autem abuſus non minimi cenſen„erant

Sæc. XVII. A. C. 1674.

„erant, qui circa cultum S. Virginis a „multis indiscrete committebantur. Sa„ne Antonius Goddeau Episcopus Ven„cienſis in vita S. Caroli Borromæi te„ſtatus fuerat, *abuſus iſtos gemitum extor„ſiſſe omnibus illis, qui norunt, quousque „progredi debeat pietas in Dei Matrem.*

„Igitur duo præſertim, inquit, ſe „ſuis monitis præſtare ſtuduiſſe, *primo* „vanam ac temerariam ſecuritatem il„lis adimere, qui B. Virginem exter„nis duntaxat officiis proſequentes, & „in ſceleribus interea ſecure perſeve„rantes, de vitæ emendatione haud „ſolliciti confidebant, *quod nullus cultor „Marianus æternum ſit periturus, ſecundo* „Intemperantiam detegere, qua in e„vehendo, ac præter modum promo„vendo cultu & laudibus D. Virginis, „vel a concionatoribus, vel ſcriptori„bus quibusdam ſæpius delinquitur, & „qua pluribus fidelibus vera, ac „ſolida pietas, imo interdum ipſa viva „fides ſuffocatur & hæretici in errori„bus ſuis obdurantur: quod ſane inter „Jeſuitas ipſe Theophilus Raynaudus „libro, cui titulus *Diptycha Mariana* jam „ante intenderat.„

„Poſtea concedit quidem, Mariam „ad hoc invocandam eſſe, ut precibus „ſuis defectum noſtrum & imbecillita„tem erga Deum ſuppleat: amandam

„&

Sæc. XVII A. C. 1674

„& colendam esse, ut patronam nostram apud Deum, apud quem multum ejus preces valent, precationem „hanc saluberrimam esse, nimirum „ut nobis impetret cognitionem & amorem veri Dei, ejusque filii Jesu Christi, „in quo ipsamet veritas testatur, consistere vitam æternam, Joh. 17. 1, 3.

Totus autem in eo erat Author, ut excusaret, quod negaverit, B. Mariam Virginem esse refugium impœnitentium; quod dixerit, eos non juvari formulis ac precationibus, aut signis & instrumentis pietatis, quæ gestaverint, aut confraternitatibus, aut sodalitatibus, quibus nomen dederint; quod B. Mariam conservam fidelium appellaverit; quod scripserit eam Mediatricem aut advocatam non esse eo sensu, quo Christus Mediator & advocatus est, quod salvatricis vel coredemptricis aut omnipotentis titulo eam decorandam abnuerit; quod reprobaverit Hyperbolicas & anomalas locutiones, ac laudes, maximeque quando dicitur *Mater misericordiæ*, ubi Christus severus judex appellatur; quod noluerit, plus temporis & precum B. Mariæ, quam Deo impendi, quod impugnaverit eos, qui falso seipsius mancipia vocitant.

Deni-

Deniqne ſollicite ſeſe tuebatur, quod redarguiſſet cultum & ornatum inordinatum, qui primo & præcipue adhibetur minus merenti & indigenti, nimirum ſtatuis ligneis, lapideis, adeoque mortuis, præteritis vivis Chriſti membris, pauperibus ſcilicet & egenis absque ipſo etiam ſalvatore ſub ſpeciebus panis inter nos continuo perſonaliter commorante. Addita hac monitione, *nolite ſicut gentes ponere fiduciam in ſtatuis vel imaginibus* B. Virginis, quamvis miraculoſæ ſint, quod nulla illis virtus ineſſet; vel pro hac illave figura Beatæ Mariæ aut ejus dotibus ac prærogativis contendere: Nimirum Author fingebat, ſe totum in eo eſſe, ut nihil Virgini beatæ detraheret, nec quicquam Deo derogaret, quando nihil ipſi ſoli debitum creaturæ adſcribendum erat juxta Auguſtinum de vera religione Cap. LV. Cujus verba perpetuum memoranda vult & vovet, ut indiſcretus erga B. Virginem aut ſanctos cultus evitetur. Sæc. XVII. A. C. 1674.

Inſuper Joannes Neercaſſelius Caſtorienſis Epiſcopus in ſuo tractatu *de Sanctorum & præcipue B. Virginis Mariæ cultu* haud inconcinne devotionis intemperantiam a vera pietate ſegregavit. Recruduit eadem hæc contentio noviſſime, editis libellis Antonii Lampridii,

Sæc. XVII. A. C. 1674

pridii, id est, Ludovici Antonii Muratorii, occasione cujus anno Christi millesimo septingentesimo quadragesimo Salisburgi inter Benedictinos & quosdam Jureconsultos ingens exarsit dissidium. Ceterum ut eluceat, quod S. Congregatio jure hæc monita proscripserit, & aliqua corrigi voluerit, quin tamen superstitiones, quæ ibidem carpuntur, approbare intenderit, hinc non modo hæc monita, sed etiam duacense scriptum illis oppositum ad frontem hujus tomi ad Verbum apponemus.

§. XCIII.

Ritus Sinenses novo Congregationis decreto prohibiti.

Decret. & propos. qualif. Rom. P. Navarr. Echard. Script. Ord. Præd. t. 2. pag. 720. Vid. supra l. 202. §. 32. p. 500. & lib. 203. §. 118. p. 384. & pag. 18.

Postquam P. Martinus Martinius Jesuita cum Alexandri VII. decreto circa ritus Sinenses die vigesima tertia Martii anno hujus sæculi quinquagesimo sexto Roma Macaoum reversus erat, non modo Patribus Dominicanis, sed etiam PP. Joanni Adamo, Antonio de Govea, Ignatio de Costa, & Emanueli Georgio hoc decretum utpote priori oppositum displicuit; suspicabantur enim, dubia & quæsita a præfato Patre Martinio non integra fide fuisse proposita; quapropter ex illis magis ingenui decreverant, quod quam vis

vis Clemens IX. utrumque decretum pro diversa facti & circumstantiarum expositione vim suam habere declarasset, ad majorem tamen securitatem in re tanti momenti necessarium foret ex Missionariis quempiam rursus Romam ablegare, qui sacræ Congregationi hæc dubia juxta rei veritatem proponeret. Sors ceciderat in P. Dominicum Ferdinandum Navarete Dominicanum: ast eo tempore ob quasdam dissensiones inter Sinenses & Lusitanos exortas cuncti Missionarii edicto regio in urbe Cantonensi detinebantur, postea tamen eo usque eis libertas concessa, ut quidem ad interiora Regni, atque ad suas Ecclesias redire prohiberentur, extra Sinas tamen abeundi quo vellent, eis integrum esset. Hac ergo opportunitate Dominicanus utendum ratus, consilium suum præfatis Jesuitis aperuit, iterque suum Romam versus exeunte anno hujus sæculi sexagesimo nono aggressus est. Tertio post anno Mense Martio tandem Madritum delatus, sexta Januarii Romam advenit, ubi summo Pontifici & sacræ Congregationi de Propaganda fide, quo statu res Sinicæ essent, tanta animi ingenuitate & rationum robore exposuit, ut auditis Laurentii Brancati de Laurea & Cajetani Mirabelli aliorumque respon-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

responsis ad ejus dubia Pontifex novo decreto Ritus Sinenses hoc anno prohiberet: Hanc in rem eodem tempore vulgabatur scriptum, cui titulus: *Dubia proposita a P. Dominico Ferdinando Navarrete Anno* MDCLXXIV. *proposita sacræ Congregationi generali S. Romanæ & Universalis Inquisitionis transmissa Fratri Laurentio Brancato postea Cardinali de Laurea, & Cajetano Mirabello Clerico Regulari cum horum responsis.*

§. XCIV.

Quædam summi Pontificis Constitutiones.

Bull. magn. Clem. X. Bull. Carmel. tom. 3.

Inter alias Constitutiones hoc anno emanatas Clemens X. die decima tertia Martii declaravit, quod Carmelitæ Excalceati cum licentia sui Superioris in quocunque loco etiam extra Diæceses, ubi eorum Conventus constituntur, mendicare valeant, & Pontifex plurimum desideret, ne eos Ordinarius, vel Ordinarii aut Franciscani præsertim de Observantia, eos impediant: Præcepit etiam Pontifex omnibus Episcopis & Regularibus, ut ordinationes S. Congregationis de Propaganda fide observent. Exemit quoque Episcopos & Vicarios Apostolicos in Sinis & Indiis ab omni Jurisdictione Ordi-

Ordinariorum in locis ipsis assignatis, simulque quasdam causas in Lusitana Inquisitione pendentes ad Inquisitionem Romanam evocavit, eique obediri voluit: Denique conventionem a Carolo Emanuele Sabaudo Duce anno Christi millesimo sexcentesimo tertio factam, qua Genevensibus quædam bona ad Cathedralem Ecclesiam spectantia cesserat, irritam, nullamque declaravit. Sæc. XVII. A. C. 1674.

§. XCV.

Carolus II. Angliæ Rex a Protestantibus indigne habitus ac vexatus.

Alieni Imperii impatientia, & propriæ dominationis ambitus, quem Calviniana secta inspirat, sensim Protestantes Anglos eo impulerat, ut infamem & feralem ludum, quo innoxium Caroli I. Regis sui sanguinem ante viginti quinque annos suo furori litabant, rursus instruere pararent: Iidem omnino Senatores, qui paulo ante hosce parricidas publica execratione dignos censebant, nunc ipsimet eandem in Carolum II. fabulam cudebant, non alia ex culpa, nisi quod Rex magis humanus, & minus, quam exoptassent, crudelis in Catholicos fuerit: præprimis igitur in apertas querelas

Rapin Hist. d' Angl. l. 23. tom. 10. Salmon hist. Chron. d' Angl. t. 1. p. 354.

Sæc. XVII. A. C. 1674. adverſus Regem erumpunt. I. Quod Papismi incrementum ſua auctoritate foveret, II. cum Franciæ Rege amicitiam Anglico Regno noxiam gereret. III. Temere bellum contra Batavos proſequeretur. IV. In Hibernia palam peſſumdatis edictis Catholicos protegeret. V. Proprio arbitrio libertatem conſcientiæ indulſiſſet, & ſine neceſſitate milites præter claſſem conſcripſiſſet. VI. Inſuperhabita Parlamenti oppoſitione Eboracenſis Ducis matrimonium, & Religionis mutationem firmam, ratamque haberet. VII. Cum Arlingtono, Buckingamo, & Lauterdalio, qui tamen deſpoticum imperium invehere molirentur, ſua conferret conſilia. Jam dudum Parlamentarii inquo ferebant animo, quod Rex, nevivam duntaxat Regis Umbram & ridiculum ſimulacrum præſeferret, ſeſibi a ſecretioribus conſiliis ſelegerit, quibuscum Regni curas partiri, ſibique a perfidis æmulorum machinationibus cavere poſſet: Hos ergo etiam cum diſpendio honoris & vitæ a Regis latere eripere, Parlamentum in primis curis habuit, ac mortuo Clifordio, & Aſleyo ad populi partes pellecto, reliquos tres ſuo furori immolare decrevit: unde Regem acceſſere, poſtulantes ab eo, ut Lauterdalium omnibus ſuis officiis exu-

exueret, & perpetuo a ſua præſentia & conſiliis amoveret: poſtea adverſus Buckingamum undecim accuſationum capita ac quæſtiones propoſuerunt, pariter Arlingtonum inſuperhabita ſui defenſione in Senatu facta, nihilominus reum fecere aperti Catholicorum patrocinii, & introductæ poteſtatis arbitrariæ. Nec his contenti, etiam Regem urgebant, ut jam octavo edicto omnes Catholicos durante Parlamento ex Londinenſi & Weſtmonaſterienſi urbe expelleret, jejunii diem per univerſum Regnum eo fine indiceret, ut Dei auxilium contra Papismi molimina imploraretur: Præter hæc etiam poſtulabant, ut Londinenſes & Midleſſexienſes copias omnesque totius Regni milites ad nutum paratos eſſe juberet, ut ſeſe ſeditioni a Papiſtis & male contentis fors excitandæ opponerent, ac denique, cum antea pro illis duntaxat, qui quoddam officium prenſarent, fidei juramentum præſcripſiſſet, nunc promiſcue ab omnibus & ſingulis ſequens juramentum præſtari præciperet: *Profiteor, teſtor, atque ex toto corde meo, in conſpectu Dei omnipotentis declaro, me in conſcientia mea non credere, quod Eccleſia Romana ſit ſola Eccleſia Chriſti Catholica, atque univerſalis, extra quam nulla ſalus, aut quod Papa ullam juris-*

Sæc. XVII. A.C. 1674.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

dictionem vel ſupremam auctoritatem in Ecclesiam Catholicam in genere, aut in me in particulari habeat, aut quod ſoli Eccleſiæ Romanæ competat judicare de ſenſu & interpretatione ſacræ Scripturæ, aut quod in Sancto Euchariſtiæ Sacramento perfecta fiat ſubſtantiæ panis & vini in Chriſti corpus transmutatio, quam præfata Eccleſia Romana TRANSSUBSTANTIATIONEM *appellat: Nec etiam credo, quod Virgo Maria, aut alius quiscunque Sanctus adorandus vel colendus ſit, aut quod ad illos preces noſtræ ſint dirigendæ: Abjuro etiam, & abnego omnes præfatas doctrinas & articulos, tanquam falſos, erroneos, & Verbo Divino ac religioni contrarios.* Tantas conſcientiarum carnificinas nec ab ipſis etiam barbaris unquam in uſum deductas Parlamentarii Regi præferebere audebant, quem tamen ipſimet accuſarunt, quod Proteſtantium religionem abjuraſſet, ac Catholicæ religioni addictus in ſecreto Palatii ſui Sacello ſingulis diebus Divino Sacrificio intereſſet, necnon quandoque ibidem ſacram Synaxin ſumpſiſſet, cum tamen eadem die pariter in Proteſtantium Eccleſia Calvinianum panem manducaſſet. Præterea ut Regi ſuo, quem a Gallorum fœdere abſtrahere intenti erant, acerbiorem adhuc moleſtiam inferrent, non modo ad præcipitandam pacem

pacem cum Hiſpanis & Batavis, ſed etiam ad omnes milites ab Anno 1663. conſcriptos, imo ipſos etiam Regios Equeſtres ſatellites ſuos exauctorandos eundem adegerunt: cum vero Regem ſuum adhuc magis inermem, omnique armata ope deſtitutum deſiderarent, inſuper abrogarunt legem a Scotiæ Parlamento conditam, vi cujus Scotiæ exercitus *ex ſolo Scotici Parlamenti juſſu* in Angliam vel Hiberniam movere tenebatur: Denique etiam in dubium vocabant, an Rex quempiam ex ſolo ſuo mandato cuſtodiæ dare poſſet? Nulla nempe ingenia tam prona ad ſeditiones, in Reges ſuos movendas, quam quæ ſub Religionis obtentu iniquas oppreſſiones, calumnias & violentias inferre, in religionem trahunt. Sæc. XVII. A. C. 1674.

§. XCVI.

Joannes Bona Cardinalis fatis functus.

Luxit hoc anno ſacrum Purpuratorum Collegium, illuſtre Decus, Joannem Bona. Hic Monte Regali in Subalpinis Italiæ nobili genere natus, jam anno ætatis ſuæ decimo quinto celeberrimum Ciſtercienſium Ordinem ingreſſus, juventutem ſuam raro feſtinatoque virtutum omnium ac diſciplinarum *Old. in cont. Ciacon. Eggs Purp. doct. l. 6. Niceron t. 3. pag. 127. Dupin Bibl. des Auth. Siecl. XVII.*

Sæc. XVII. narum concursu & profectu cunctis ad-
A. C. 1674. mirabilem reddidit, quocirca tempe-
stive percursis omnibus honorum labo-
rumque gradibus semel ac iterum sup-
premus Generalis Abbas, licet invitus
ac reluctans seligebatur, a Fabio Chi-
sio Cardinale tantopere æstimatus, ut
ab eo in summum Pontificem electo Ro-
mana Purpura decoratus fuisset, nisi
prona Pontificis voluntate potentior
fuisset Joannis humilitas, quæ tamen
Apostolico præcepto eo usque cedere
coacta erat, ut inter familiares Ale-
xandri VII. Papæ adscitus, Consultoris
officium in sacris Congregationibus In-
dicis. Rituum, & S. Inquisitionis ac-
ceptare compelleretur: Demum vero
præter propriam, omniumque expecta-
tionem ante quinquennium a Clem. X.
ad Purpuram potius pertractus, quam
promotus est: mortuo autem hoc Pon-
tifice non pauci eum Successorem ex-
optabant: quo rumore per urbem sparso
aut ex livore, aut potius ingenii aciem,
ut comitiorum tempore fieri amat,
ostentandi pruritu quidam quatuor hæc
verba publice affixit: *Papa bona sorte*
Solœcismus, cui tamen mox Pater Dau-
gieres hoc carmen in publico foro af-
fixum opposuit:

Grave

Grammatices leges plerumque Ecclesia ſpernit, Sæc. XVII. A. C. 1674.

Forte erit, ut liceat dicere: Papa Bona:

Una Solaecismi ne te conturbet imago,
Eſſet Papa bonus, *ſi* Bona Papa *foret.*

Tandem vero hic Cardinalis non ſine ſanctitatis opinione die vigeſima octava Octobris Romæ deceſſit anno ætatis ſuæ ſexageſimo quinto. Edidit plura opuſcula, inter quæ primas tenet tractatus de rebus liturgicis, & alius de Pſalmodia Divina, cujus editio Pariſina anni 1667. Romana locupletior eſt; quicquid enim ad Eccleſiæ cantum pertinet, hoc in libro tanta cum ſolertia traditur, ut etiam peculiare caput de ſolo *Alleluja* habeatur. Hic quoque Autor poſt Thomam Demſterum primus eſt, qui Scriptorum, quos allegat, catalogum cum criſi de quolibet ſigillatim edidit, & plura valde notabilia adduxit. Scripſit etiam præter pias epiſtolas & ſermones, tractatus de diſcretione Spirituum & alium de principiis vitæ Chriſtianæ, qui tractatus ferme libris Thomæ Kempenſis æquari poteſt, necnon manuductionem ad cælum, & viam compendii ad Deum & Horologium Aſceticum: carpitur tamen, quod in

Sæc. XVII A. C. 674

sua crisi nonnunquam in Scriptores Acatholicos, etiam in rebus, ubi de fide non agitur, calamum nimis acuerit, forte provocatus ab intemperantioribus quibusdam ejusmodi scriptoribus, qui omnes suas lucubrationes bilis in Papas, Cardinales &c. effusæ guttis contaminare solent.

§. XCVII.

Marcelli Sancta-Crucii Cardinalis obitus.

Palat. Fast. Card. t. 4.

Eadem mortis necessitate Marcellus Sanctacrucius nobilis Romanus vivis ereptus est. Hic scientiis suæ conditioni congruis apprime imbutus, juris prudentiæ operam dedit, ac Doctoratus laurea insignitus, primo utriusque signaturæ Referendarius & Congregationis de bono regimine Consultor nominatus, ab Innocentio X. ad sedanda dissidia inter Reatinos, atque ipsis finitimos decernebatur, qua caussa feliciter terminata Pro-Legatus Bononiensis, & postea fervente bello Castrensi Commissarius Generalis in variis Provinciis & demum Tiburtinus Episcopus renuntiabatur, inde Romam reversus, ad Poloniæ Regis preces ab eodem Pontifice Romanam Purpuram adeptus est, utiliterque ingenii sui dotes in Ecclesiæ

cleſiæ proventum & obſequia impendit, ac variis Congregationibus adſcriptus, ubique ſuæ vigilantiæ, miræ in rebus gerendis dexteritatis, fidelitatis, ac prudentiæ luculenta reliquit veſtigia: Inſuper Eccleſiam S. Mariæ in Publicolis nuncupatam olim a Majoribus ſuis jure Patronatus excitatam ære ſuo e fundamentis ad novam, magisque ſplendidam formam reduxit; majore adhuc ſollicitudine Tudertinum gregem ſuum ad ſalutaris doctrinæ paſcua conducere, indefeſſo ſtudio adlaboravit, Tandem vero anno ætatis ſuæ quinquageſimo quinto Romæ æternam a Deo mercedem beato fine recepit. Sæc. XVII. A. C. 1674.

§. XCVIII.

Octavii Aquavivæ Cardinalis extrema.

Eodem hoc anno naturæ debitum ſolvit Octavius Aquaviva de Arragonia, ex nobiliſſima hujus nominis ſtirpe Neapolitana progenitus, qui emenſo ſtudiorum curriculo Romam delatus, ab Urbano VIII inter honorarios Cubiculi Pontificii Miniſtros adlectus, Æſinæ, Urbevetanæ & Anconitanæ urbium Præfecturam obtinuit, variisque Congregationum negotiis adjunctus, tandem ab Innocentio X. inter Purpu- *Ciacon. in vit. Innoc. X. tom. 4.*

Sæc. XVII. A. C. 1674.

ratos cooptatus est. Interfuit comitiis Alexandri VII. ubi sane intrepido animo conclavis libertatem contra illos, qui eam nimis opprimere nitebantur, propugnabat: Erat enim Princeps animi magnitudine, & discreto æquitatis Zelo præstans, in familiares liberalis, in amicos munificus, erga omnes mitis, suique honoris tenax & ubique splendidus: Attigit annum ætatis suæ sexagesimum quintum.

§. XCIX.

Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.

Decis. Rot Rom. Congr. imm. Rit. &c.

Præter plures Constitutiones hoc anno a S. Congregationum Patribus emanatas, etiam die nono Aprilis a S. Rota Romana decisum legitur, quod quamvis distributiones quotidianæ Canonicis ex caussa belli non residentibus debeantur, si tamen eorum aliquis eo tempore, quo ceteri redicre, non redierit, iis frustretur: Ejusdem quoque Mensis die decima tertia per prælatos Tribunalis Patres declaratum est, quod Capitulum & Canonici, si ad aliquam Ecclesiam simul non singuli, sed Capitulariter intervenire tenentur, non sufficiant tres, quatuor aut quinque. Die vero decima quarta ejusdem Mensis Sacra

Sacræ Immunitatis Congregatio ſta- Sæc. XVII.
tuit, quod Epiſcopus pro decreto Ab- A. C. 1674.
ſolutionis a cenſura ob læſam immunitatem incurſa nihil ob facultatem ſibi a S. Congregatione delegatam accipere poſſit, ſalvo tamen, quod debetur pro redintegratione immunitatis, ac pro actis Curiæ ejusdem Epiſcopi: declaratum quoque a S. Rota die quarta Junii, quod in decernendis Eccleſiaſticorum præeminentiis ſemper attendenda ſit obſervantia, eodemque ex capite eadem S. Congregatio, dum controverſia inter Patres Auguſtinianos, & inter Archipresbyterum a Corinaltinæ Collegiatæ Canonicos circa proceſſionis tranſitum oriebatur, decidit, manutenendos eſſe præfatos Patres in poſſeſſione proceſſionis conducendæ per certas plateas: Sacra inſuper immunitatis Congregatio die tertia Julii declaravit, quod abſolutio a cenſuris vi Canonis: *ſi quis ſuadente* &c. non pertineat ad ſacram Congregationem Immunitatis. Denique ad preces Cardinalis Vincentii Mariæ Urſini Clem. X. Dominicanis conceſſit, ut die nona Novembris ſemel in anno Officium & Miſſam de omnibus Sanctis ſui Ordinis celebrare valeant, Congregationi autem Hiſpaniarum Vallis Olivetanæ indultum, ut feſta tranſitus SS. Benedicti

Sæc. XVII. A. C. 1674. dicti & Scholasticæ cum octava etiam in quadragesima celebrari possint.

§. C.

Roberti Arnaldi d'Andillii obitus & opera.

Du Pin Bibl. des Auth. Siecl XVII. pag. 93. Marvill. Melang. hist. Vol. 1. pag. 170.

Inter Scriptores omnino celebres hoc anno defunctos memoratur Robertus Arnaldus d'Andillii famosi Antonii Arnaldi Regii Advocati Filius natu major, cujus mortem posterisque relicta opera separatim recensemus, ne cavillandi occasionem præbeamus illis, qui Portu-Regiensibus Theologis separatum quoque in æternitate locum assignare videntur: Erat sane Robertus Vir ingenii acie, pietate ac probitate insignis, S. Francisco Salesio amicitia junctus, Ludovico XIII. Galliarum Regi percharus, pluribusque tam civilibus quam militaribus officiis ab eo honoratus: Mortua sua Conjuge, mundi strepitum declinare intentus, ad Portu-Regiensem solitudinem secessit, ad quam tota ferme Arnaldina gens jam ante confugerat, proin & Robertus, si ibidem peccavit, originale contraxit peccatum: de cetero autem totum sese Gallice reddendis opusculis Ascetici, aut describendis Sanctorum Vitis dicabat. Traduxit autem Confessiones S. Augu-

Augustini, vitam Gregorii Lopez, Jansenii sermonem de reformatione hominis interioris, tractatum S. Eucherii de contemptu mundi, scalam S. Climaci unacum commentariis Eliæ Cretensis & vita ejusdem S. Climaci: Absoluto hoc labore edidit Vitas *plurimorum Sanctorum illustrium ex variis sæculis selectas.* Selegerat enim ex pene innumeris, quos Surius, Bolandus, Rosweidus &c. sine selectu congesserant, duntaxat illos, quorum historiæ monumentis fide dignis comprobatæ sunt, unde merito (sit sine invidia aliorum dictum) hunc Virum inter recentioris ævi primum numerare possumus, qui vera ab apogryphis & fabulis segregavit, & relationes historicas sine commixto falsitatum fermento nobis proposuit. Complectitur hoc volumen circiter septuaginta Sanctorum vitas tam Pontificum, quam Episcoporum, Sacerdotum, Regum, Principum, Magnatum & plebæiorum ex variis antiquitatum monumentis erutas; opus sane omnibus numeris absolutum, dummodo Andillius non adjeciisset vitam S. Sebastiani, quæ tamen in quibusdam circumstantiis apud eruditorum potissimos falsitatis arguitur. Collegit insuper Andillius instructiones Christianas ex Abbatis San-Cyrani epistolis exscerptas: im-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

impigro etiam labore, prospero tamen successu opera Flavii Josephi Judæi ex Græco in Gallicum idioma transtulit, quæ versio a nemine non magni habetur; non minus enim eleganter, quam fideliter intimos Josephi sensus expressit Andillius, & Philonis Græci relationem de legatione Judæorum Alexandrinorum ad Cajum Cæsarem, quam Josephus nonnisi brevissimis notis illustravit, non sine magno eloquentiæ ornatu Andillius vertit, ediditque: non tamen omnibus probatur hæc versio, eoquod Andillius aut Authoris sui sensum non plane assecutus, aut minus ingenue vertisse quibusdam videatur. *Ad genium lectoris habent sua fata libelli.* Ne vero Galli Hispana celebriorum Authorum Asceti fraudarentur, hinc Andillius excellentiores selegit, ac præceteris Hispana opera S. Theresiæ & S. Joannis a Cruce Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, necnon Joannis de Avila Gallice reddidit. Denique postremis vitæ suæ annis Historiam veteris novique Testamenti conscripsit, quo labore vix absoluto mors huic Viro calamum excussit die vigesima septima Septembris anno ætatis suæ octogesimo quinto: Morienti adfuit Arnaldus de Pomponne Marchio, ejusque duo Filii, necnon Saccius Doctor Portu-Regiensis; defuncto

functo etiam parentabat oratione funebri Antonius Arnaldus olim Sorbonæ Doctor. Sæc. XVII. A.C. 1674.

§. CI.

Wenceslaus Eusebius Lokovicius Princeps relegatus.

Dissipata pacis spe Ludovicus Franciæ Rex subacta Burgundia Cæsareos ad Rhenum aggredi statuit, hujusque expeditionis curam Turrenio Marescallo demandavit. Hic ergo duodecima Junii die, trajecto Rheno Sinzheimium contendit, expugnatoque oppido cum Cæsareis acri conflictu, sed anticipiti victoria decertat, in hoc solo superior, quod ei desideratis suorum quamplurimis in acie adhuc noctem agere licuerit, cum Cæsarei integris ordinibus retrocederent. Postea ipsemet quoque Turrenius devastato Palatinatu in Alsatiam redire cogebatur, ab Argentinensibus strenue repulsus. Dein Holtzheimium progressus, alliciente loci opportunitate rursus in Cæsareos movit, non alio tamen pugnæ successu, nisi quod præter impedimenta omnia suorum quatuor millia amiserit, & vicissim Cæsarei præter aliquot belli tormenta in hostium manibus relicta plusquam mille ducentos in prælio cæsos nume-

Wagner hist. Leop. l. 5. p. 363. Mont. mem. pol. tom. 3. Amelot. mem. Hist. tom. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

numerarent: quocirca utraque pars sibi victoriam adjudicabat, eamque supplicationibus publicis, festivis ignibus, aliisque triumphi signis celebrabat: Nec felicius Cæsarei Brandeburgicis aucti, Brisacum cinxere, cum forte glorioſius Gallos iterata pugna fractos, morbisque pene consumptos insequi potuissent. Ast Belliducum dissidiis & cunctatione Turrenius sese periculo subducendi, & Cæsareos ex Alsaticis hybernis expellendi & prope Mulhusium cædendi opportunitatem nanciscebatur: Verum in Belgio ad Mosam Cæsarei Hispanis juncti ductore Souchesio cum Gallis ad Seneffam oppidum pugnam iniere, qua dimicantium ardore magis pertinacem, mutua strage magis cruentam, ac successu magis ancipitem vix illius ævi Annales memorant: Cæsa fuere utrinque ferme duodecim millia, atque ex Belliducibus vix ullus sine glorioso vulnere campo excessit. Tandem nocte prælium dirimente, Gallisque ad tutiora sese recipiendi spatium suppeditante Arausionensis Dux Aldenardam cingere, Hispani vero unacum Cæsareis Condæum, qui ad liberandam hanc urbem accurrerat, ad prælii necessitatem compellere statuunt. Educitur exercitus, prælium decernitur, inopinato autem

Sou-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

Soucheſius relictis aliquot tormentis cum ſuo agmine abſcedit, cauſſatus, locum, quem ad pugnam delegiſſent, nimis iniquum eſſe: igitur aut malæ fidei, aut pertinaciæ inſimulatus, in Moraviam exulare, a Cæſare juſſus eſt. Non deerant, qui id a Soucheſio factum crederent, non proprio, ſed alieno, & quidem Lobkovicii Principis, ac primi Cæſarei Miniſtri inſtinctu, qui Auſtriæ Imperium ab Hiſpania dividere, Bellumque pro Batavis initum contra Gallos finire, conſtitutum decretumque habebat: Hæc ſuſpicio haud parum firmabatur inſolito præfati Miniſtri caſu; quamvis enim paulo ante Cæſaris animum velut pro arbitrio moderaretur, ac in Aula & conſilio primus eſſet, die tamen decima octava Auguſti, cum pro more ſanctiorem Senatum ingredi vellet, a Prætorianis prohibebatur, eique Hocherus Cancellarius ſcriptum ferale porrigebat hujus tenoris: *Lobkovicius jam nunc dignitate, omnibusque muniis exutus, Aula & Vienna intra triduum faceſſat, Raudnizii in Bohemia privatam vitam degat, & ſi proſcriptionis cauſſam quæſierit, ac cum quopiam literarium commercium habeat, vel non illico pareat, Principis dignitate, fundis, ipſaque vita luat.* Perlecto hoc ſcripto Lobkovitius velut fulmine

Sæc. XVII. A. C. 1674.

tactus, pranſum ad Emericum Viennæ Epiſcopum iverat, ubi tamen aurei velleris torquem exuere juſſus, die vigeſima ejusdem Menſis Equitum centuria cinctus Vienna Bohemiam inter acerba petulantis plebis ludibria deportabatur. Vera gratiæ amiſſæ cauſſa inter Aulæ myſteria in hanc usque diem deliteſcit, haud levem tamen fuiſſe, hæc Cæſaris alioquin mitiſſimi verba indicabant: *nunquam majori voluptate cuidam, quam huic proſcriptionis ſententiæ ſubſcripſimus:* quocirca haud accedere poſſum judicio cujusdam recentioris Leopoldinæ Vitæ Scriptoris, qui hujus Miniſtri caſum eveniſſe ſcribit Cæſareæ Junonis ob iram, & ſpretæ formæ injuriam. Vero autem ſimilius videtur, quod Lobkovitius clam Gallis faverit, Cæſarisque arcana Grammonvillio Franciæ Oratori vel ipſus ut Ferrius, quem a ſecretis epiſtolis habuit, manifeſtarit, necnon cum Hannanno & Guilielmo Fürſtenbergiis conſpirarit: Utut res ſe habuerit, id tamen certum eſt, quod eodem hoc anno & vix non eodem Menſe, quo Lobkovitius Cæſaris gratia excidit, ſummo Pontifici ſupplicium, quod Cæſar de præfato Principe Guilielmo ſumere jam decreverat, manifeſtatum, præpeditumque fuerit; cum enim hic Miniſter huju

hujus ſententiæ a ſanctiore Senatu ſub-ſcriptæ, & contra Fürſtenbergium ſuum Cognatum pronuntiatæ tabulas, an ex incuria, vel induſtria, in cubiculo ſuo omnibus obvias reliquiſſet. Ferrius iis perlectis mox concubia adhuc nocte ad Apoſtolicum Pontificis Nuntium contendit, totamque rei ſeriem aperuit: quo comperto Nuntius ſummo mane obtenta alloquii copia Cæſarem ſummi Pontificis nomine interpellabat, ut Fürſtenbergium utpote Eccleſiaſticum non a profana Curia damnari permitteret. Igitur Cæſar ſuum unicuique tribuere aſſuetus, ſententiæ quidem executionem ſuſpendi præcepit, & conteſtata obſtrictaque Principis ac Chriſtiani fide, Guilielmo vitæ veniam pollicitus eſt, ea tamen lege, ut Nuntius, quo pollice ſibi hoc arcanum fuiſſet indicatum, manifeſtaret: Nec tergiverſatus Papæ Nuntius, Cæſari auctorem detexit; mox igitur Ferrius in carcerem raptus eſt, quem tamen nec cruciatus nec tormenta ad prodenda Heri ſui conſilia pertrahere poterant: Inſuper Fürſtenbergii ruinam alii adſcribunt imperioſo ſuo ingenio, immodicæ oris intemperantiæ, & aſperæ dicacitati, qua inter alia non raro dicebat: *Cæſari unum VII. plus nocere, quam Turcas*, intelligens, Ungaros, Jeſuitas

Sæc. XVII & Judæos (*), per quos Cæsaris æra-
A. C. 1674. rium exhauriri ajebat, in se tamen va-
tiniana Aulicorum, pluriumque odia
accersebat.

§. CII.

Quorumdam scriptorum Catholicorum mors & lucubrationes.

Du Pin Bibl. des Auth. Eccl. Siecl. XVII. Colomes. Gall. orient. Amel. Mem. Hist. tom. 2. Vid. supra t. 205. §. 6. p. 23. & p. 25. §. 7.

Obiere hoc anno ex Scriptoribus Catholicis nonnulli, quorum lucubrationes quamdam Ecclesiæ utilitatem procurarunt, atque inter eos primus recurrit Valerianus Flavigni Parisiensis Doctor, qui in Biblia Polyglotta de Le Jay annotationes scripsit unacum epistola ad Franciscum Fleury Canonicum, in qua eidem pro sua vehementia, je veni potius, quam veterano Doctori congrua, acriter Pentateuchum Samaritanum, & hebraici textus neglectum reprobrabat, sibi vero Abrahamum Eschellensem, Gabrielem Sionitam, Morinum aliosque in suum caput accersebat; quanta autem violentia adversus Genesin Claromontanam declamarit, jam supra meminimus. Insuper thesin Ludovici de Cleve, qui Episcopatum a Sacerdotio distinctum non esse Sacra-

(*) Die Ungarn, Juden und Jesuiter, raubten dem Kaiser alle seine Güter.

mentum tradebat, tanquam probabilem propugnavit, suamque doctrinam postea edito defendit scripto, cui titulus: *Ad thesin Clevesianam de Episcopatu expectatæ vindiciæ.* II. Hugo Cressyus Anglus, qui Romæ ejurato Calvino suæ conversionis rationes edidit, unacum Angliæ Historia Ecclesiastica, & quibusdam polemicis opusculis. III. Paulus de Rubeis Romanus collegit Volumina XVI. decisionum Rotæ Romanæ cum annotationibus: scripsit quoque duos tractatus de testamentis, & validitate legali. IV. Joannes Ferrierius Jesuita, qui Ludovico XIV. Galliarum Regi a confessionibus ab eodem seligebatur, ut Portu-Regienses Theologos ad Ecclesiæ obsequium reducere niteretur. Erat enim a partium studio tantopere alienus, ut licet Societatis amicus esset, non tamen illius mancipium fieri vellet, illamque pro æquitate caussæ strenue quidem protegeret, in rebus vero minus æquis Patronum agere recusaret, asserens, se Regis Confessarium, non autem iniquæ caussæ Advocatum esse: eapropter cum quidam Flandriæ Rector Humieriam Provinciæ Gubernatricem, perinde acsi palam Jansenismi doctrinam profiteretur, in suis literis depingeret, Ferrierius huic Matronæ desuper querenti,

Sæc. XVII. A.C. 1674.

Sæc. XVII A. C. 1674.

ne ejusmodi rumoribus aures præberet, Rectori autem reſcripſit, ut deinceps de ea modeſtius loqueretur, ne potentiſſimorum Societatis hoſtium numerum augeret: Ea de cauſſa librum circa quinque Janſenii propoſitiones ſcriptum, eique a quodam Jeſuita Flandro ſubmiſſum Regi exhibere detrectabat, ne Societatis adverſariis cavillandi anſam præberet, perinde acſi Jeſuitæ has controverſias recoquere molirentur: ipſemet tamen ante viginti annos ſuppreſſo nomine edidit ſuum *Janſenium damnatum*, ſcripſit etiam admonitionem ad Arnaldi epiſtolam de Sacerdote Janſeniſtas abſolvere recuſante, præter reſponſionem ad alteram ejusdem epiſtolam. Vulgavit inſuper relationem geſtorum in negotio Janſeniſtarum, necnon ſubmiſſionem eorum apparentem unacum ejus apologia: collegit denique ſententias inſigniorum Caſiſtarum ſuper probabilitate opinionum in re morali: Exſtat quoque ejusdem reſponſio ad objectiones Vincentianas, de quibus mox infra. V. Gabriel Corſartius S. J. qui Labbeianæ Collectioni Conciliorum operam ſuam locavit, & latine ex Græco reddidit Parthenii Patriarchæ Conſtantinopolitani decretum Synodale ſuper Calvinianis dogmatibus. VI. Bernardus Guiard Ord. FF. Præ-

Præd. ſcripſit diſcrimina inter doctrinam Thomiſticam & Janſenianam, diſſertationem, an S. Thomas calluerit linguam Græcam, novam apparitionem Lutheri & Calvini in reflexionibus ad decretum reformationis quorumdam Conventuum. Inſulenſibus quoque literis excuſum exſtat opuſculum, in quo hic Author demonſtrat, Henricum III. Galliæ Regem non a Jacobo Clement Dominicano, ſed a proditoribus Miniſtris interfectum fuiſſe. VII. Vincentius Baronius ex eodem Ordine excudi curavit primo Anno 1665. Pariſiis literis ſuam Theologiam adverſus laxiores probabiliſtas, in qua de quæſtione a Clemente VIII. deciſa, *an quis per literas poſſit confiteri*, agit, refertque, quod Franciſcus Suarez Jeſuita novæ controverſiæ anſam dederit, aſſerens, quod Papa duntaxat definierit quod abſens poſſit confiteri peccata & abſolutionem accipere per literas, non autem prohibuerit confeſſionem per literas, dummodo pœnitens abſolutionem accipiat præſens; licet autem Pontifex, uti ſupra meminimus, hanc quoque Suareſii interpretationem damnarit, eamque ex ejus operibus expungi præceperit, nihilominus P. Theophilus Raynaudus S. J. hanc ſui Socii explicationem defen-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

Vid. ſup. t. 53. ad calcem Indicis.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

dendam in se suscepit (*), hancque in rem specialem elucubravit librum, in quo ostendere satagit, Suaresium duntaxat ideo fuisse damnatum, eoquod Pontificis decretum, Papa adhuc vivente, interpretari ausus fuisset, de cetero autem ejus interpretatio verissima foret, eoquod, inquit ipse, cæremoniale Romanum absolvere permittat moribundum cognitione jam delitutum, si antea testatus fuerit, se peccata sua confessurum, Sacerdotis igitur præsentiam non esse conditionem absolute necessariam ad valorem confessionis, licet ea necessaria sit ad absolutionem: Scribit ergo Baronius adversus Theophylum, eidem exprobrans, quod Clementi VIII. injuriam irroget, asserendo, quod Papa in damnatione Suaresii magis auctoritatem suam, quam ipsam veritatem respexerit, præcipue, cum etiam in ejusmodi moribundi confessione valor sacramenti sit dubius, nec talis usus toleretur, nisi extrema urgente necessitate, aliunde vero Suaresius,

(*) Edito libello, cui titulus: *de epistolari confessione*: novam autem hujus Apologiæ editionem postea Jesuitæ Lugduni adornarunt, appositio hoc titulo: *de absolutione moribundi*; damnata enim epistolari confessione ægre obtineri potuisset Ordinarii approbatio.

sius, eoquod propugnarit absolutionem talem esse indubitate validam, a Papa damnatus fuerit. Præterea Baronius exagitavit Caramuelem, qui contra Fagnanum propugnavit, quod inter plures opiniones salva conscientia quis sequi possit minus probabilem, pariter contra Wendrokium ostendit, posse concurrere casus licet rariſſimos, in quibus ignorantia invincibilis tam contra jus naturæ, quam positivum valeat habere locum. Sæc. XVII. A.C. 1674.

Cum autem P. Guilielmus de Moia Jesuita (*) sub ementito Amadæi Guimenii nomine, uti meminimus, propositiones Casistis imputatas præcipue a S. Thomæ Discipulis antea traditas fuisse asseruisset, Baronius in sua *Manuductione ad Moralem Theologiam* ostendit, S. Thomæ scholam semper ab ejusmodi doctrinis fuisse alienam. Incitabatur autem Baronius ad hanc defensionem, occasione cujusdam libri sub titulo *Æsculapius* editi; cum enim Hispanus quidam nomine Aquila hunc librum a quodam Dominicano & quidem *Vid. l. 205. §. 29. p. 89.*

(*) Baronius illius Authorem putavit fuisse Theophilum Raynaudum, postea tamen illum a Moia Hispano, quem Baronius *Martinum* & alibi *Matthæum* vocat, consarcinatum comperit.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

dem Romæ in Conventu B. M. ſuper Minervam latitante fuiſſe conſcriptum dixiſſet, cunctasque propoſitiones, in quas larvatus hic Æſculapius tanquam Decalogi præceptis contrarias tam vehementer invehitur, ab ipſis Dominicanis celebrioribus ſtatui ac defendi ſcripſiſſet, huncque Aquilam Franciſcus de Pietate calumniæ poſtularet, Guimenius vero illum defenderet, eapropter Baronius Franciſco ſuppetias ferens, allegatas a Guimenio propoſitiones aut eſſe falſas aut male intellectas, oſtendit, atque accurate non modo examinavit, an reipſa ab Authoribus, quibus adſcribuntur, fuerint traditæ, ſed etiam an ſint veræ vel falſæ.

Confutabat etiam Baronius, edito libro, cui titulus: *SS. Auguſtini & Thomæ vera mens de libertate humana* &c. duos Theophili libellos, æque ac P. Annati opuſculum ſub nomine *Philadelphi* editum. Scripſit etiam apologiam pro ſacra Congregatione Indicis contra Petri a Valleclauſa Jeſuitæ famoſum libellum *de immunitate Auctorum Cyriacorum*. Plura etiam ſcripſit contra Launoium, aliosque. Vill. Vincentius Contenſon ex eodem Ordine edidit celebrem ſuam Theologiam mentis & Cordis. IX. Licinius a S. Scholaſtica Carmelita, prælo ſubjecit opuſculum de

Vid. ſupra l. 205. §. 64. pag. 192.

de scientiis rite aquirendis, congressiones duas Teoduli cum Teopisto circa controversias præsentes Parisiensis Facultatis Theologicæ, justitiam Christianam: Expositionem summæ D. Thomæ, specimen infidelitatis Jansenistarum in vertendis S. Patribus, Expositionem Cantici canticorum, & Theologiæ Mysticæ S. Dionysii Areopagitæ, Triumphum veritatis contra Pseudo-Synodum Calvinistarum Juliodunensem præter plurima alia opuscula Ascetica, Sanctorum vitas, & orationes funebres. Sæc. XVII. A. C. 1674.

§. CIII.

Petri Musæi obitus, opera, ac infelix ejus studium in uniendis Calvinistis.

Inter ceteros Protestantium Scriptores hoc anno denatos primum, separatumque locum vendicamus Petro Musæo Lutherano Theologiæ Professori Rintelensi, eoquod in famoso Casselensi colloquio, ubi de unione Calvinistarum cum Lutheranis agebatur, disputans, nominis sui memoriam multis commendatam, & non paucis exosam reddidisset: Habebatur ergo anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo primo die prima Julii & sequentibus auctoritate & mandato Guilielmi Hassiæ

Acta Coll. Cass. Heidegg. manud. in viam conc. Protest. Epist. Rintel. Facult. Eccart. consid. Chemnit. defens. Diest. Diss. de lite & pac. Rel. Ev.

Sæc. XVII. A C. 1674

Haſſiæ Landgravii Caſſellis colloquium, ut tandem inter Lutheranos & Calviniſtas reconciliatio, ac doctrinæ concordia ſtabiliri poſſet: Ubi tamen Paradoxum videtur, quod una ex parte circa litem Sacramentariam, Prædeſtinationem, decretum particulare, gratiam inamiſibilem, & irreſiſtibilem, aliaque dogmata, in quibus Calviniſtæ a Lutheranis diſcrepant, jam tempore Lutheri, omnipotentis hujus fidei arbitri, Marpurgi, Wittenbergæ, Ratisbonæ, ac poſtea Heidelbergæ, Mulbrunæ, Mompelgardi, Lipſiæ & alibi tam operoſa colloquia, irenicæ conſultationes, & diſputationes habitæ fuerint, & Duræus, pluresque alii maximis ſumptibus & improbo labore circuierint mare & aridam, ut Lutheranos facerent proſelytos, aut ex utraque ſecta unam fabricarent: ex altera vero parte audacter aſſerant, quod diverſæ ſibique recta oppoſitæ doctrinæ v. g. de Prædeſtinatione &c. exigui ſint momenti, earumque cognitio & fides ad ſalutem non ſit neceſſaria, atque error Lutheranorum circa prædeſtinationem nonniſi *error ſtipularis* ſit, nec tollat concordiam in principiis & articulis fidei fundamentalibus &c. *& ſi quid in ejusmodi articulis erretur, id tam Chriſtiane ſit tolerandum inter fratres, quam miſeri-*

misericorditer condonatum iri a Deo confidere debeamus &c. Si ergo de re pene adiophora, & doctrinæ stipula agitur, tunc immerito Bernæ, Tigur. & Genevæ oppositis fidei formulis subscribi, & desuper jurari imperatum est: ergo sunt superflua, aut fors duntaxat ad ostentandam disputantium doctrinam instituta fuere tot colloquia, totque consilia Henotica: nequiter etiam Genevensis Magistratus suis Pastoribus interminatis etiam pœnis præscripsit, ut *credant*, *profiteantur*, ac *doceant*, *systema universalis gratiæ non mediocriter remotum esse a sana doctrina in S. Scripturis revelata*, non minus ludicre Prædicantes magis quam antea exacerbati post quodvis ejusmodi colloquium exhibitamque umbratilem unionis scænam mutuis convitiis, & hæresum imputationibus sese prosciderunt; hic enim omnium ejusmodi colloquiorum successus hucusque fuit, & si quæ unio ad tempus inter paucos facta est, tunc diviserunt sibi atque acceperunt vestimenta Christi, & fecerunt quatuor partes, unicuique partem, cum tamen inconsutilis Christi tunica, seu vera fides ita in partes scindi nequeat: Ast hi quidem hæc fecerunt; cum tamen Catholici in suis, etiam circa gratiam controversiis, concordiam cum dispen-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

ſpendio fidei nunquam redemerint, ſed Theologicæ diſputationi impoſito ſilentio finem fecerint, ſervato fidei & charitatis vinculo. Ut vero diſſenſio inter Calviniſtas & Lutheranos ſaltem in Landgravii ditione tolleretur, ſeligebantur ex parte Lutheranorum Rintelenſium Petrus Muſæus utpote apud ſuos *Theologus accuratiſſimus, Philoſophus acutiſſimus, Diſputator ſubtiliſſimus, Orator diſſertiſſimus, & Polyhiſtor ſcientiſſimus* & Joannes Hennichuis, *qui cunctos eruditionis numeros poſſidebat.* Ex parte Calviniſtarum comparuere Sebaſtianus Curtius & Joannes Heinnius. In hujus colloquii exordio §. 1. legitur triſtis lamentatio, *quod illi, qui Religionis FUNDAMENTO alias unanimes, & in vera & ſalvifica fide concordes ſunt, nulla juſta de cauſſa, contumeliis quandoque & convitiis . . . . in propria velut viſcera ſæviant*, hujus autem colloquii ſcopus in eo figitur, ut diſpiciatur, *an hæ controverſiæ concernerent fundamentum fidei.* Inanis ſollicitudo pro illis, qui jam dudum in *fundamento* fidei *unanimes* erant, qui jam antea inter ſe paciſcebantur, quod ſe invicem pro *ejusdem* veræ Chriſti Eccleſiæ membris, veræque ſalvificæ in Chriſtum fidei conſortibus agnoſcere velint. Igitur primo egerunt de ipſorum Cæna, in qua Calviniani dun-

Weisman. Hiſt. Eccl. Sæc. XVII. p. 1142.

duntaxat ſpiritualem manducationem requirebant, quam etiam Lutherani ex complacendi ſtudio ad ſalutem omnino neceſſariam eſſe admiſerunt. Objiciebant Calviniſtæ Lutheranis, quod fractionem panis, quæ tamen ex Chriſti præcepto, exemplo, & vi ſignificationis neceſſaria eſſet, omitterent, Lutherani autem hunc ritum quidem eſſe utilem ac pium agnovere, adeoque illum in Eccleſiis, ubi nondum obtinuit, introduci poſſe, neceſſarium tamen eſſe negarunt: viciſſim igitur Calviniani ceſſerunt, ſtatuentes, hanc fractionem non pertinere ad eſſentiam Sacramenti, proin Lutherani etiam ſine fractione habere eſſentiam Cænæ, & ſic mutuo tolerandos eſſe. Ecce, quam belle invicem fricent, & quam facile, quia quatuor hiſce Evangeliſtis ita libuit, in præcepto Chriſti diſpenſarint? Abſit autem, ut Eccleſia Romana poteſtatem habeat Præceptum communionis ſub utraque ſpecie declarandi: Circa quæſtionem, *an Corpus Chriſti in uſu Sacramentali unacum pane comeſto in ore unius cujusque tam fidelis quam infidelis ἀδιαφόρως præſens ſiſtatur*: Lutherani affirmativam, Calviniſtæ negativam propugnarunt, huic tamen Herculeo nodo mox cuneum invenere, declarantes, hanc controverſiam ipſum

Sæc. XVII. A. C. 1674.

Sæc. XVII. A.C. 1674.

ipſum ſalutis fundamentum non everetere: Ubi vero de Prædeſtinatione, gratia, & libero arbitrio egerunt, in hoc quidem conveniebant, quod poſt hominis lapſum nullæ ſint, nec remanſerint vires ad bonum ſpirituale, totumque ſalutis negotium a divina voluntate dependeat: an autem Deus omnes ſalvare velit, an homo gratiæ converſionis reſiſtere poſſit, an prædeſtinatio ſecundum præſcientiam perſeverantis fidei, & impœnitentia ſecundum præſcientiam finalis impœnitentiæ facta ſit, an Chriſtus pro omnibus ſit mortuus, an juſtus gratia excidere poſſit, circa has quæſtiones inter hoſce collocutores concordia iniri non poterat: quid ergo conſilii? in promptu remedium erat, *viſum eſt nobis, controverſias iſtas non ita comparatas eſſe, ut diſſenſum in fundamento fidei inducant*; ſufficit enim, quod tam Calviniſtæ, quam Lutherani a Pelagii & ſemipelagianorum erroribus alieni ſint. Quid autem hi hæretici docuerint, & propter quosnam errores ab Eccleſia damnati fuerint, ſtrenui hi Athletæ plane ignoraſſe videntur. Quod attinebat articulos de Perſona Chriſti, & communicatione idiomatum felicius inter ſe conſpirarunt, Calviniſtæ tamen a Lutheranis in hoc diſcrepabant, quod cre-

Sæc. XVII. A.C. 1674.

crederent, sufficere prædicationem idiomatum de tota Persona in concreto, nec ulla idiomata divina in abstracto de natura humana prædicari posse, & divinam naturam ad opera omnipotentiæ per omnipotentiam, & humanam per potentiam finitam: occurrebant etiam inveteratæ controversiæ de infantum Baptismo, ubi Lutherani aperte fassi sunt, se nescire, quid credere debeant, an infans sine baptismo & forte ex culpa parentum decedens, salvetur, in casu tamen necessitatis a laico (perinde acsi Prædicantes non itidem mere laici essent) Baptismus administrari possit: Calviniste autem cuncta ista negarunt: Ad conciliauda tamen cuncta hæc dogmatum dissidia quid aptius erat, quam ut declararent, *ejusmodi quæstiones in controversia adhuc positas tanti ponderis non esse, ut qui vel affirmantem vel negantem sententiam adstruat, fundamentum fidei, & salutis evertere diceretur, interim tamen Prædicantes hasce controversias pro concione non tractent*, & in Scholis & Academiis magna cum moderatione agitent, rogetur etiam Hassiæ Landgravius, ut *Divinum hoc* (forte etiam cultu latriæ adorandum) *pacis Ecclesiasticæ negotium inter illos cæptum fovere & promovere dignetur, ut viciniores Academiæ & Eccle-*

Sæc. XVII. A. C. 1674.

ſiæ, inprimis Brandeburgicæ & Brunſvicenſes in ejus ſocietatem pertrahantur. Expedita ſane omnes ſectas conciliandi ratio, qua Proteſtantes, fidei & ſalutis fundamento, quod juxta Brandeburgicos, *eſt firmiter ſperare per miſericordiam Dei propter merita Chriſti ſalutem*, non everſo Donatiſtas, Novatianos, omnesque ferme hæreticos firmiter propter Chriſti merita ſalutem ſperantes *pro fratribus, atque ejusdem veræ Eccleſiæ membris, ac ſalviſicæ in Chriſtum fidei conſortibus agnoſcere* poſſunt. Si autem per reliquas controverſias hoc fidei fundamentum non tollitur, cur ſeſe a Romana Eccleſia ſegregarunt? Si autem ob fundamentales in fide errores ſe ab ea ſepararunt, qua conſcientia Prædicantes, & præcipue Brunſvicenſes Eliſabethæ Imperatrici, aliisque Principibus Acatholicis declarare poterant, quod etiam in fide Romano-Catholica ſalus æterna obtineri valeat? Huic igitur colloquio tandem die nona ejusdem Menſis finem impoſuere, non alio illius ſucceſſu, quam qui prioribus omnibus ejusmodi colloquiis ſemper reſpondit, nimirum continuata diſſenſione, & majore animorum exacerbatione; quamprimum enim Petrus Muſæus, ejusque ſocius colloquia acta expoſuerant, brevique rei geſtæ rela-

Vid. Elect. Brandeb. leges ord. in tomo hoc §. 1. p. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

relatione præmissa, factæ unionis capita a ceteris Prædicantibus Lutheranis acceptari suadebant, mox Wittenbergenses Theologi edito libro, cui titulus: *Epicrisis* in hosce concordiæ fabros vehementissime insurrexerunt, hancque unionem, *religionum confusionem, damnandum & infaustissimo fato divulgatum syncretismum, falsam, fucatamque Concordiam Ariminianam, Taidem seu prostitutam meretricem &c.* appellitarunt, Lutheranis exprobrantes, quod sua indulgentia ad scindendum Christi Corpus mysticum ansam dederint, veram & in Verbo Dei fundatam Ecclesiæ unitatem Augustanæ *Confessionis labefactarint, Divinarum veritatum hostibus tripudiandi materiam, & rudibus scandalum dederint, ceterisque Ecclesiis grave præjudicium, & denique innumera alia mala intulerint.* Enimvero Lutherani Rintelenses Epistola Apologetica suam agendi rationem vindicare nitebantur; variæ tamen Facultates Theologicæ tam in - quam extra Germaniam, necnon Præconum Collegia & Ministeria Casselanam unionem, quam cum Calvinistis *insuperhabita dissensione in eorum dogmatibus* inire præsumpserant, rejecerunt, ac damnarunt, inde ergo magis stimulati Wittenbergenses *necessariæ Rintelensium declarationi* novam Apologiam

Vid. supra l. 206. hoc tomo §. 49. p. 602. & 603.

Præfat. 1. p. 11. & 12.

Sæc. XVII. A. C. 1674.

giam oppoſuerunt, ac certatim omnium fere Academiarum & Collegiorum Theologi etiam Lutherani infauſtos hoſce Athletas acriter inſectati ſunt, atque inter ceteros die vigeſima ſeptima Novembris Lipſienſis, Wittenbergenſis, & Jenenſis Facultatis Theologi ad Rintelenſes hanc dederunt epiſtolam: „Non ſine cordolio ingenti, „quod Rintelenſis Facultas poſt habi„tum Kalendis Julii ſuperioris anni cum „reformatis ſic dictis Colloquium Caſſe„lanum, ſuæ quidem ſententiæ in dog„matibus tenax, nihilominus in Elenchi „& damnationis adverſus reformatos „coram plebe intermiſſionem, & fra„ternam charitatem cum iis, *qui diſ„ſentiunt in fundamento*, deinceps colen„dam conſenſerint, percepimus. Infa„mos multos ſuper hac pactione ſcan„dalum paſſos, de certitudine Reli„gionis noſtræ dubitare, Antagoniſtas „criſtas erigere, de ſubigendis penitus „orthodoxis conſilia inire, πωλοῦ[illegible] „multos retiunculis aliis, præſertim „lucellis hujus mundi momentaneis, „dignitatibus, honoribus allectos, a „vera Lutherana religione divortium „meditari, ad hoc exemplum alios ſeſe „conformare, fimbrias Eccleſiæ Luthe„ranæ contrahi, fidei conſanguineos „alios duriſſima quæque propterea pa-

„k

„& tantum non ad incitas redigi, ec- Sæc. XVII.
„quis angulus Germaniæ est, quem A. C. 1674.
„prætereat? quare cum veritas ortho-
„doxa, intermisso Elencho nominali,
„præsertim coram Christianis simplicio-
„ribus, quibus etiam probatio spiri-
„tuum demandata, & salus æterna
„destinata est, sarta tecta conservari
„nequeat, errores Antagonistarum *fun-*
„*damentum salutis* evertant, scriptura
„ὡρὸς ἔλεγχον data sit, officium ἐλεγκτικὸν
„Doctoribus Ecclesiæ demandatum &
„exemplis Christi & Apostolorum com-
„mendatum sit, periculum seductionis
„multis animarum millibus præsentis-
„simum immineat, apud vestras P.Re-
„verendas, Excellentias, & Claritates,
„dent Deo gloriam, Ecclesiæ Luthe-
„ranæ afflictissimæ velificentur, & cum
„dubio procul, vi metusve caussa hu-
„mani quid passi tunc fuerint, exem-
„plo aliorum Ecclesiæ doctorum lapsum
„agnoscant, in viam redeant, seque
„vel retractione vel declaratione in pu-
„blicum emissa Τετραγώνως Ecclesiæ pro-
„bent, etiam atque etiam fraterne
„contendimus.„

Diu multis ultro citroque altercationibus, editisque scriptis oppido virulentis pugnatum est, tandem vero Petrus Musæus ad Calixti castra profugus vela nonnihil sinuavit, vulgato-

Sæc. XVII. A. C. 1674.

que libro de suo syncretismo ita lubrice mentem suam explicavit, ut aliam Calvinistarum in Hassia, aliam Calvinistarum in aliis Ecclesiis fidem esse assereret, atque hujus effugii ope ac latebra invidiæ, cujus moli ferendæ impar erat, sese subtrahere potius, quam aperte Palinodiam canere conatus sit, ceteris Lutheranis constanter affirmantibus, quod Calviniana Ecclesia fundamentalibus erroribus scateat.

Hæc de Casselensi colloquio adduximus occasione Petri Musæi, qui in hac dogmatum nundinatione potissimas partes habuit: Scripsit etiam tractatum de Persona Christi, introductionem in Theologiam, dissertationem contra Herbertum de Cherubury, orationem contra Atheos, & libellum de æterna beatitudine & damnatione.

§. CIV.

Alii Scriptores Heterodoxi hoc anno defuncti, eorumque opera.

Præter hunc insuper hoc anno plures alii Scriptores Acatholici decesserunt, ac I. Enochius Schwatenius, qui Augustanam confessionem exposuit, & Apolitrosin Jesu Christi, aphorismos ex verbis Christi, aliaque scripsit. II. Joannes Bosius edidit introductionem in notitiam Scriptorum Ecclesiastico-

Witte Diar. Freher. Theatr. Evud.

sticorum, & Isagogen in prudentiam. Sæc. XVII.
III. Michael Ragerus vulgavit exegesin A. C. 1674.
in epistolas D. Pauli ad Romanos, ad Galatas, Ephesios, Colossenses, Philippenses, & Thessalonicenses, IV. Joannes Botsaccus posteris reliquit Promptuarium allegoriarum ex S. literis, tractatum de auctoritate S. Scripturæ, Breviarium Theologiæ, moralia Gedanensia, Anabaptismum reprobatum, Anti-Crellium, reformatum Pseudo-Augustanum, & alia nonnulla. V. Henricus Heerwarth publici juris fecit disputationes, introductionem ad lectionem Biblicam, scrutinium Philologicum præter alia. VI. Thomas Steger prælo subjecit Passionales Meditationes, scriptum Parisiensium contra novam Jesuitarum hæresin de infallibilitate Pontificis, necnon decretum Curiæ Parlamenti, tractatum de nova hæresi, & Probabilitate, disputationem de ortu cultus reliquiarum in Papatu præter quosdam sermones. VII. Henricus Lemchen edidit vindicationem librorum Apocryphorum V. & N. Testamenti, scholam Papistarum reformatam, delineationem aliquot Virorum & Antidotum Melancoliæ. VIII. Jacobus Janeway Presbyterianus Præco scripsit memoriale Sanctorum, seu sententias aureas, cælum in terra, & Legata pro amicis.

Sæc. XVII. A. C. 1674

§. CV.

Synodi Monasterienſis decreta.

Witte Hiſt. Leopold. l. 4.

Tandem poſt infauſtum belli ſucceſſum Chriſtophorus Bernardus de Gallen Monaſterienſis Epiſcopus unacum Angliæ Rege & Colonienſi Electore Gallico fœderi nuntium miſerat, quin tamen propterea a domeſticis ſubditorum inſidiis ſatis tutus eſſet; quippe Kettenius Senatoris cujusdam Monaſterienſis Filius Rhingravium Urbis Gubernatorem, aliosque promiſſis eo induxerat, ut injectis Epiſcopo vinculis conſtituta die urbem fœderatis tradere molirentur: tempeſtive autem hac conjuratione detecta Epiſcopus Kettenium capite plecti juſſit, ac demum invitus licet, pacem cum Batavis iniit, adeo, ut cunctas antea occupatas urbes hoſti reddere coactus, ex tam oneroſo bello præter bellandi voluptatem nullum aliud lucrum reportaret: glorioſius autem hoc item anno die decima ſexta Octobris Synodum celebravit, in qua præter alia nonnulla decreta pro Scholis erigendis, ſalario Ludimagiſtris conſtituendo, puerisque a puellis interjecto pariete ſeparandis ſalubria condidit ſtatuta. Inculcavit etiam ſerio, ut ſæpius catecheſes haberentur, cum autem ibidem explicata a ſingulis non ſatis bene intelligi comperiiſſet, præcepit, ut pueri & puellæ in Scholis prævie, ac diligenter inſtruerentur.

INDEX

INDEX
TOMI LXIII.

A.

Abaffius Tranſylvaniæ Princeps ad fidem Catholicam revertitur, 641.
Acciajolus Nicolaus a Clemente IX. Papa in Purpuratorum Senatum cooptatur, 433.
Adjutus Joſephus, ejus mors & opera, 386.
Albertus VI. Bavariæ Dux moritur, ejus elogium, 218. ejus Filius Sigismundus in Epiſcopum Ratisbonenſem eligitur, 377.
Aldobrandinus Baccius Cardinalis, ejus elogium & obitus, 186.
Alexander VII. ſummus Pontifex, ad eum Janſeniſtæ epiſtolam ſubmiſſione plenam transmittunt, 37. Franciæ Epiſcoporum zelum datis literis commendat, 40. ab Epiſcopis Franciæ de Janſeniſtarum fraude admonetur, 46. pecuniis Cæſarem contra Turcas juvat, 57. variæ ejusdem Conſtitutiones, 66. 132. Petrum de Arbues Beatorum Albo inſcribit, 67. de Pariſienſi Facultate ob damnatos libros, in quibus Papæ auctoritas defen-

ditur, apud Regem queritur, 99. ejus cenſuram damnat, 103. Megapolitani Ducis matrimonium diſſolvit, 128. Cardinales creat, 130. juramenti formulam circa Janſenii propoſitiones præſcribit, 141. quasdam laxiores doctrinas proſcribit, 155. a Venetis moleſtatur, 212. S. Franciſcum Saleſium Sanctorum faſtis adſcribit, 231. varias promulgat Conſtitutiones, 233. quæſtionem circa attritionem in Sacramento definit, 238. novem Epiſcopos Gallos nominat pro dijudicanda cauſſa quatuor Præſulum ſubſcribere recuſantium, 241. morbo decumbit & moritur, 244. ejus geſta in Pontificatu, 245. conclave, 249.

Allatius Leo, ejus ſcripta, mors, & elogium, 289,

Alphonſus VI. Luſitaniæ Rex ob morum depravationem & impotentiam a ſua Conjuge deſeritur, 362. a Proceribus cuſtodiæ datur, 363. exauctoratur, 363. ejus matrimonium diſſolvitur, 363. diſſidium inde ortum Papa tollit, 364.

Altierius Æmilius a Clemente IX. Purpuratorum Senatui adſcribitur, 433. in Papam eligitur, 449. hanc dignitatem acceptare recuſat, 450. cogitur, 450. vid. *Clemens X.*

Anglia, Catholici inde expelluntur, 58. Regi ſuo moleſtias Angli inferunt, 59. de conciliandis Epiſcopalibus & Presbyterianis incaſ-

incaſſum agitur, 406. varias querelarum anſas contra Catholicos excogitant, 594. Regi ſuo quædam indigna contra Catholicos præſcribunt, 665. contra Catholicos edicta promulgare cogitur Rex, 666. Eboracenſis Ducis matrimonium cum Catholica Principe diſſolvi petunt, 669. varias querelas contra Regem & Catholicos deferunt, 705. juramentum iniquum eis imponunt, 707.

Apamienſes Canonici fraudem ſui Epiſcopi circa formulæ ſubſcriptionem detegunt, 319.

Aquaviva Octavius Cardinalis, ejus obitus & elogium, 713.

Arbues Petrus ab Alexandro VII. Beatorum Albo inſeritur, 67.

Arnaldus Antonius ſeſe ſubſcriptionis præcepto opponit, 78. contra Papæ decretum calamum acuit, 108. Montenſem N. T. verſionem propugnat, 269. contra laxas Jeſuitarum doctrinas libellum edit, 540. hic liber ad rogum damnatur, 540. Janſeniſtas a Calvinismo vindicat, 604.

Arnaldus Henricus Andegavenſis Epiſcopus formulæ ſimpliciter ſubſcribere recuſat, 152. propoſita reconciliationis media pro ſuſpectis habet, 300. ſubſcribere ſimulat, 304. ſubſcriptionem aliter exſplicat, 308.

Arnaldus Robertus Andillius ejus vita, opera & obitus, 716.

Attri-

Attritio intra Sacramentum, neutram ſententiam cenſuris afficere licet, 238. in Galliis Papæ decretum circa hoc non recipitur, 240.
Avegan Joannes, ejus opera & mors, 443.
Aumalia Maria Luſitani Regis Conjux Maritum ſuum ob impotentiam deſerit, 362. ejus matrimonium diſſolvitur, 363.
Ayres Franciſcus S. J. ejus opera & obitus, 139.

B.

Balaſſus Comes Hungariam devaſtat, 209. caſtigatur, 210. novam rebellionem concitat, 625.
Balde Jacobus S. J. ejus mors & ſcripta, 384.
Bandinellius Volumnius Cardinalis, ejus vita & obitus, 282.
Baronius Vincentius Ord. FF. Præd. ejus libri & controverſiæ circa confeſſionem epiſtolarem, moritur, 727.
Baſſado Petrus a Clemente X. Romana Purpura decoratur, 683.
Batavi ob publicas pro Magiſtratu preces altercantur, 5. Catholicos divexant, 6. a Monaſterienſi Epiſcopo bello premuntur, 174. eidem ſuam arcem eripiunt, 179. Catholicos & Jeſuitas divexant, 198. Comiti Bentheim ad fidem Catholicam reverſo ſuas ditiones & filias eripiunt, 367.
Baylie Thomas, ejus opera & obitus, 72.

Bellfortius Dnx Franciſcus Gallicas copias ad Cretenſem urbem adducit, 421. cum ſuis aufugit, 423. interficitur, 424. Gallicæ copiæ in Franciam revertuntur, 425.

Benedictini Joannem Gerſen eſſe Authorem libri de imitatione contendunt, 574.

Bentheim Comes Erneſtus ad fidem Catholicam revertitur, 367. propterea ab Hollandis graviter vexatur, 366.

Beuverus Joannes, ejusdem mors & lucubrationes, 72.

Boeclerus Joannes, editis quibusdam libris decedit, 659.

Bona Joannes Abbas Ciſtercienſis a Clemente IX. Papa Romana Purpura honoratur, 433. moritur, 709. ejus elogium & opera, 711.

Bonacurſius a Bonacurſiis a Clemente IX. Pontifice Cardinalis creatur, 433.

Bonaventura a S. Anna Carmelita librum ſub nomine Jacobi de Vernant edit de auctoritate Pontificis, 79. hic liber a Pariſienſi Facultate proſcribitur, 80.

Boncius Petrus a Clemente X. Purpura Romana decoratur, 620.

Boncompagnus Hieronymus ab Alexandro VII. Papa Cardinalis creatur, 130.

Bonellus Carolus ab Alexandro VII. Romana Purpura decoratur, 131.

Boſius Godefridus relictis quibusdam ſcriptis moritur, 614.

Boſſuet

Boſſuet Benignus Meldenſis Epiſcopus Turrenium ad fidem Catholicam reducit, 371. ejus expoſitio doctrinæ Catholicæ, 555. hujus libri fata, 556. communi applauſu approbatur, 565. Quesnelli reflexiones vindicat, 591.

Bourdaille Michael ejus theſes de Purgatorio notantur, 168.

Brangellinus Papæ Nuntius in Gallias decernitur, 255. Papæ Bullas promulgare prohibetur, 296. de conciliandis Janſeniſtis cum eo agitur, 299. deceptus Pontifici reconciliationis media proponit, 302 de latente fraude Papam admonet, 320. Decipitur, 321.

Brunnemanus Joannes, editis quibusdam libris decedit, 659.

Buchholzer Andreas, ante mortem quosdam libros poſteris relinquit, 614.

Bugnol Ludovicus, Benedictinus, relictis quibusdam ſcriptis moritur, 688.

Bugge Samuel, ejusdem libri & deceſſus, 72.

Bucherius Ægidius S. J. moritur, quænam ediderit, 191.

Bullionius Emanuel Theodoſius a Clem. IX. Papa Cardinalium Collegio adſcribitur, 433.

Buxtorffius Joannes, ejus ſcripta, moritur, 140.

Byfeild Richardus, ejus lucubrationes & deceſſus, 141.

Cal-

C.

Cæleſtinus a S. Ludwina Calvini ſecta ejurata ſit Carmelita Diſcalceatus, 658. moritur, ejus opera, 658.
Cadomenſis Facultas Theologica librum contra Sorbonam editum proſcribit, 337. propoſitiones excerptæ, 341.
Cajetanus Thieneus B. a Clemente X. Papa Sanctis adſcribitur, 607.
Calviniſtæ in Galliis, adverſus eos Rex edicta promulgat, 171. 401. in Hungaria ob Templa ſibi erepta rebellionem contra Cæſarem concitant, 454. omnes Catholicos Caſſoviæ trucidare moliuntur, 471. de conſenſu ſuæ ſectæ cum Græca Eccleſia confunduntur, 615.
Candia vide *Creta*.
Canonici Regulares pro Thoma Kempenſi librorum *de imitatione* Authore depugnant, 574.
Caraciolus Innicus ab Alexandro VII. Romana Purpura decoratur, 244.
Caraſa Carolus ab Alexandro VII. Papa Cardinalis creatur, 131.
Carolus II. Angliæ Rex a ſuo Parlamento vexatur, 59. Catholicos e Regno ejicere compellitur, 61. quidam adverſus eum conſpirant, 61. Catholicos opprimere, 595. Regno proſcribere cogitur, 599. ſanctiorem Senatum Parlamento exoſum erigit, 647. Non - Conformiſtis conſcien-

ſcientiæ libertatem, 644. & Catholicis exemptionem a pœnis indulget, 645. propterea a Parlamento carpitur, 646. Batavis bellum denuntiat, 647. a ſuo Parlamento vexatur, 594. 666. Fratris ſui matrimonium cum Catholica diſſolvere renuit, 670. propterea a Calviniſtis moleſtatur, 671. ejus honori Calviniſtæ inſidiantur, 705. excogitatis querelis ab eis exagitatur, 706. iniquum juramentum præſcribere cogitur, 707.

Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux bona Eccleſiaſtica Genevenſibus indulta reddere jubetur, 705.

Carolus Joſephus Cæſaris Frater moritur, 132.

Carolus III. Mantuæ Dux obit. 186.

Caſabonus Mericus relictis quibusdam libris decedit, 613.

Caſanate Hieronymus a Clemente X. Romana Purpura honoratur, 683.

Caſales Joannes Ord. FF. Præd. quænam ediderit, moritur, 192.

Caſimirus Poloniæ Rex ultronee ſeſe Regno abdicat, 364. in Gallias ſecedit, 365.

Caſſelenſe colloquium inter Lutheranos & Calviniſtas, 131. infauſtus ejus ſucceſſus, 739.

Caſſovia ibidem Calviniſtæ & conjurati ſua comitia habent, 461. conjurant in Catholicorum necem, 471.

Caſtro a Nicolaus ejus ſcripta & obitus, 551.

Caulet Stephanus Apamiensis Episcopus juramento circa quæstionem facti subscribere recusat, 152. Jesuitas, eoquod se examini sistere detrectarent, excommunicat, 394. 400.

Cellarius Balthasar relictis quibusdam scriptis moritur, 613.

Celsus Angelus ab Alexandro VII. Pontifice Romana Purpura decoratur, 131.

Cerrus Carolus a Clemente IX. Papa in Purpuratorum Senatum cooptatur, 433.

Chaiton Martinus, relictis quibusdam scriptis moritur, 614.

Chambre Curæus Martinus, ejus opera & obitus, 443.

Chantalou Claudius Benedictinus, ejus mors & scripta, 138.

Chisius Sigismundus a Clemente IX. Romana Purpura honoratur, 286.

Choart Nicolaus Bellovacensis Episcopus juramento circa quæstionem facti subscribere recusat, 152. reconciliationis media pro suspectis habet, 300.

Choiselius Gilbertus Jansenistas reducere nititur, 25. Jansenistarum epistolam ad Papam transmittit, 37. Jansenistis favere creditur, 49. se purgat, 51. ejus consilia de conciliandis Jansenistis, 299. cum Regularibus circa approbationem dissidium habet, 569. hanc caussam Regis judicio committit, 571. a Jansenis-

mi ſuſpicione ſe purgat, 573. Synodum celebrat, 683.
Chriſtianus Guilielmus Brandeburgicus Dux ejus opera & obitus, 191.
Chriſtianus Megalopolitanus Dux ad fidem Catholicam revertitur, 63. ejus matrimonium a Papa diſſolvitur, 128.
Chriſtina Sabaudiæ Ducis Conjux moritur, 69.
Ciantes Ignatius Dominicanus, ejus obitus & opera, 290.
Ciſtercienſium diſſidia circa uſum carnium componuntur, 233.
Claude Joannes Calvinianus Præco Arnaldum refellere nititur, 604.
Clemens IX. antea Julius Roſpilioſus Cardinalis in Papam invitus eligitur, 249. ejus oratio ad Cardinales, 250. inter Hiſpaniæ & Franciæ Reges pacem conciliare nititur, 253. ejus geſta ante Pontificatum, 253. cauſſam quatuor Franciæ Epiſcoporum reclamantium urget, 255. novendecim Præſulum literas accipit, 256. Fürſtenbergii electionem in Monaſterienſem Coadjutorem confirmat, 266. Montenſem verſionem Gallicam novi Teſtamenti prohibet, 267. pro reformandis monaſteriis quosdam in Gallias deputat, 271. Cardinales creat, 285. varias edit Conſtitutiones, 287. verſionem ritualis Romani proſcribit, 293. reclamantibus Epiſcopis revocationem ſuc-

fuorum mandatorum condonat, 302. petit tamen, ut ſine ulla diſtinctione ſubſcriberent, 303. ab Epiſcopis ſubmiſſionem ſimulantibus, & ab aliis, qui de ea teſtantur, decipitur, 303. 304. de feliciter navata opera Galliarum Regi gratulatur, 312. ob varios rumores de ſincera eorum ſubmiſſione dubitat, 318. pluribus teſtimoniis deceptus quatuor contumaces Epiſcopos in gratiam recipit, 324. ad pacis conciliatores literas gratulatorias mittit, 327. qualis fuerit hæc Clementis IX. Pax, 329. ad Cretenſe bellum validam opem Venetis ſubminiſtrat, 356. matrimonium Luſitani Regis nullum fuiſſe declarat, 363. Roſam Limanam Beatis adſcribit, 377. diverſas edit Conſtitutiones, 378. Cardinales creat, 433. ob amiſſam Cretam morbo corripitur, 435. moritur, 436. ejus geſta in Pontificatu, 437. a Galliarum Rege maximi habitus, 437.

Clemens X. antea Æmilius Altierius, invitus aſſumitur, 450. Cardinalem Palutium Patronum eligit, 451. ejus geſta ante Pontificatum, 452. pro Serinio & Nadaſtio Comitibus apud Cæſarem intercedit, 507. Regularium privilegia explicat nova Bulla, 541. hæc in Francia non promulgatur, 542. jubilæum indicit, 544. varias edit Conſtitutiones, 545.

Boſſuetii expoſitionem doctrinæ Catholicæ approbat, 565. illius Authorem commendat, 566. quasdam promulgat Conſtitutiones, 592. a Principum Legatis rogatus ſuppetias contra Turcam ſollicitat, 605. ob Purpuram Eſtræo negatam Franciæ Regis indignationem incurrit, 606. quinque Beatos Sanctorum Albo inſcribit, 607. Cardinales creat, 620. Orſinum ad acceptandam hanc dignitatem præcepto urgere cogitur, 621. Pium V. Papam Beatis adſcribit, 649. quosdam Jeſuitas in Hungaria trucidatos hoc honore dedignatur, 650. varias edit Conſtitutiones, 650. Eboracenſis Ducis matrimonium ratum habet, 672. Franciæ Legatos excipit, 672. Moſcoviæ Principi Cæſaris titulum dare renuit, 676. quasdam edit Conſtitutiones, 684. 702. Fürſtenbergium Eccleſiaſtico Tribunali tradi petit, 723.

Clemens XIV. Papa, Joannem Gerſen putat eſſe Authorem libri de imitatione Chriſti, 587.

Clercke Samuel, quænam ediderit, & quando mortuus ſit, 447.

Clotſius Stephanus moritur, ejus ſcripta, 380.

Coccejus Joannes ejus opera & mors, 446.

Colonienſes cum Electore contendunt, 528. Batavos in auxilium vocant, 529. componitur diſſidium, 530.

Columna Hieronymus Cardinalis, ejus vita & obitus, 223.
Comenius Amos fanaticus Sycophanta, relictis ſuis ſcriptis moritur, 614.
Comitibus de, Joannes Nicolaus ab Alexandro VII. Papa Purpuratorum Collegio adſcribitur, 131.
Comitibus de, Nicolaus Cardinalis moritur, ejus elogium, 64.
Comitibus de, Vitalianus ab Alexandro VII. Romana Purpura decoratur, 243.
Concilium Tornacenſe & Monaſterienſe, 66. Cameracenſe, Tornacenſe, & Monaſterienſe, 136. 189. Tornacenſe, 189. Monaſterienſe, 288. 382. 441. 609. Hieroſolymitanum contra Calviniſtas, 615. Monaſterienſe, 633. Tornacenſe, 683. Monaſterienſis Synodi decreta, 744.
Confeſſio abſenti facta diſcutitur, 727.
Congregationes S. Romanæ, eorum deciſiones, 68. 134. 188. 234. 380. 442. 547. 593. 657. 686. ibidem Ægidii Eſtrix Jeſuitæ propoſitio de probabilitate damnatur, 692. SS. Congregationum decreta, 694. 714.
Conſedentius Alexander, quænam ſcripſerit, & quando mortuus ſit, 551.
Coppius Balthaſar ejus opera & obitus, 291.
Cordier Joannes S. J. editis quibusdam lucubrationibus decedit, 689.

Cornelius seu Cornarus Laurentius Venetæ classis Architalassus Turcicas naves destruit, 355.
Corsinus Nerius ab Alexandro VII. Romana Purpura honoratur, 131.
Corradus Jacobus Ferrariensis Cardinalis, ejus mors & elogium, 220.
Cossartius Gabriel S. J. ejus obitus & opera, 726.
Cressius Hugo, moritur, ejus lucubrationes, 725.
Creta Insula a Venetis strenue propugnatur, 213. a Turcis arcte cingitur, 271. 355. Principes pro ejus defensione supetias ferunt, 356.
Crux ejus S. Reliquia in ignibus illæsa reperitur, 360.

D.

Dallæus Joannes, quænam ediderit & quando mortuus sit, 554.
Diana Antonius Clericus Regularis, ejus opera & obitus, 71.
Diest Henricus, editis quibusdam scriptis decedit, 690.
Dilherus Joannes moritur, quænam ediderit, 447.
Donghius Joannes Stephanus Cardinalis ejus vita & mors, 431.
Donius Ludovicus d'Attichy Episcopus, ejus opera & obitus, 383.
Dositheus Patriarcha Constantinopolitanus Calvinistas de consensu suæ sectæ cum Ecclesia

cleſia Græca confundit, 615. eapropter Synodum celebrat, 616.
Drelincurtius Carolus, moritur, quænam ſcripſerit, 448.
Druetus Gabriel, ejus theſes de ſummo Pontifice a Parlamento Pariſienſi reprobantur, 7.
Duglæus Joannes vulgavis quibusdam libris decedit, 659.
Dulman Theodorus S. J. ejus ſcripta & obitus, 384.
Durantius Stephanus Cardinalis, ejus mors & elogium, 283.

E.

Eboracenſis Duciſſa ad fidem Catholicam revertitur, 601. moritur, 602.
Eboracenſis Dux Angliæ hæres ex Calvinianæ Hiſtoriæ lectione ad fidem Catholicam pertrahitur, 600. potius ſuas dignitates abdicare, quam iniquis legibus contra Catholicos cedere vult, 669. Principem Catholicam ducit, 670. propterea a Calviniſtis vexatur, 671.
Elccius Scipio Cardinalis, ejus vita & obitus, 542.
Engelgrave Henricus S. J. ejus mors & ſcripta, 552.
Erfordienſes a Moguntino Electore vi ad officium rediguntur, 118. eorum violentiæ, 119. pro ſuo Electore preces fundere recuſant, 120.

Eſcobar Antonius S. J. ejus opera & deceſſus, 444.
Eſte Cardinalis Raynaldus moritur, ejus elogium, 623.
Eſte Iſabella Parmenſis Ducis Conjux moritur, 219.
Eſterhaſius Comes Serinii literas interceptas ad Cæſarem mittit, 464.
Eſtræus Cæſar Laudunenſis Epiſcopus, in eum compromittunt Janſeniſtæ, 35. de reconciliandis quatuor Franciæ Epiſcopis agit, 302. male edoctus de ſincera eorum ſubſcriptione teſtatur, 315. a Papa Purpuram obtinere nequit, 606. Cardinalis creatur, 622.
Eſtræus Hanibal Dux ejus ſcripta & obitus, 551.
Eſtrix Ægidius S. J. ejus liber de probabilitate a S. Congregatione damnatur, 692.

F.

Facultas Theologica Pariſienſis, de Parlamento ob violatum jus queritur, 11. famoſi ejus articuli circa Pontificis auctoritatem, 15. librum Vernantii proſcribit, 80. propoſitiones inde excerptæ, 82. pariter librum Guimenii damnat, 91. unacum propoſitionibus, 93. propterea Facultas Papæ indignationem incurrit, 99. quasdam propoſitiones de Purgatorio notat, 168. Hiſtoriam Univerſitatis proſcribit, 206. cenſuram Facultas

cultatis contra Vernantum &c. Mareſius propugnat, 226. Carteſii opiniones e ſua Schola eliminat, 573. circa Regularium confeſſiones propoſitionem notat, 693.

Farneſius Hieronymus Cardinalis, ejus vita & mors, 374.

Ferdinandus II. Magnus Etruriæ Dux moritur, 550.

Fermoſinus Nicolaus, moritur, quænam ſcripſerit, 444.

Fernandez Ludovicus Emanuel a Clemente IX. Papa Cardinalis creatur, 433.

Ferrandus Joannes S. J. relictis quibusdam ſcriptis moritur, 657.

Ferrierius Jeſuita Janſeniſtas reducere nititur, 25. editis libris decedit, 725. ejus indoles, 726.

Ferrius Paulus, moritur, quænam ediderit, 447.

Flavigny Valerianus, quænam ſcripſerit, & quando obierit, 724.

Franciottus Auguſtinus Papæ Nuntius moritur, 550.

Franciottus Marcus Antonius Cardinalis ejus obitus & vita, 221.

Francipanius Franciſcus Comes ad ſeditioſos accedit, 458. copias & pecunias corradit, 460. Cæſareas naves intercipit, 460, oblatam veniam reſpuit, 461. interceptis literis proditur, 464. prælio devictus in fuga capitur, 469. Neoſta-

dium abducitur, 471. in eum judicii acta inſtruuntur, 471. ejus crimina in mortis ſententia recenſentur, 514. ad capitis pœnam & dexteræ amputationem damnatur, 516. Nobilitatis gradu dejicitur, 517. ad mortis ſententiam terretur, 522. literis Cæſaris clementiam implorat, 523. mortis pœnam commutari rogat, 525. cum Serlio colloquitur, 526. caput ei Neoſtadii iterato ictu amputatur, 526.

Franciſcus Borgia B. a Clemente X. Sanctis adſcribitur, 607.

Franckenberg Raynoldus, ejus mors & libri poſteris relicti, 72.

Fridlieb Philippus, ejus opera & obitus, 72.

Fridericus III. Daniæ Rex moritur, 548.

Fridericus Guilielmus Brandeburgicus Elector ſuis Prædicantibus Prædicandi modum præſcribit, 1. refractarios coercet, 4. prohibet, ne ejus ſubditi ad Wittenbergenſem Academiam accedant, 4.

Fürſtenbergius Ferdinandus Paderbornenſis Epiſcopus in Monaſterienſem Coadjutorem eligitur, 263.

Fürſtenbergius Guilielmus Canonicus Gallis contra Cæſarem nimis favet, 661. captus abducitur, 662. vitæ gratiam a Cæſare obtinet, 723.

G.

Gabriel a S. Vincentio Carmelita Excalceatus, relictis quibusdam scriptis moritur, 611,

Gallen Christophorus Bernardus Monasterienſis Episcopus, ejus epistola Pastoralis, 66. 136. 189. 235. 288. bellum contra Batavos gerit, 174. Epistola ejus Pastoralis, 235. Coadjutorem sibi dari petit, 262. dissidia in ejus electione, 263. Comitem de Bentheim ad fidem Catholicam reversum contra Batavos tuetur, 367. Colonienſium dissidia componit, 530. Synodum celebrat, 382. 441. 609. 653. 744. bello parta restituere cogitur, 744.

Galliæ Episcopi quatuor juramento formulæ subscribere renuunt, 151. eorum contumacia discutitur a novem aliis Præsulibus, 241. novendecin Præsules his quatuor suffragantur, 256. eorum literæ ad Papam, 257. illos etiam apud Regem accusant, 260. alii Ecclesiastici subscriptionem eludere nituntur, 274. quatuor Episcopi reclamantes datis literis ceteros Episcopos in suas partes pertrahere nituntur, 296. eorum fraus, qua eluserunt subscriptionem simplicem, 302. Epistolam submissionis testem ad Papam scribunt, 304. longe aliter se coram suo Clero explicant, 308. Papam

pam decipiunt, 321. adverſus extenſum jus Regalium queruntur, 660.
Garzia Joannes Ord. FF. Præd. ejus opera & obitus, 192. 196.
Gaſtaldus Hieronymus a Clemente X. Romana Purpura decoratur, 683.
Gerardus Joannes ejus ſcripta & mors, 385.
Gerſen Joannes, an ſit Author libri de Imitatione Chriſti, 574.
Gibalinus Joſephus S. J. relictis quibusdam ſcriptis moritur, 611.
Girardus Felix S. J. ejus lucubrationes & deceſſus, 192.
Godeau Antonius Vincienſis Epiſcopus quatuor Franciæ Epiſcopis ſubſcribere recuſantibus ſuffragatur, 257. moritur, ejus lucubrationes, 656.
Godin Joannes Benedictinus, ejus opera & obitus, 191.
Gomez Michael moritur relictis quibusdam ſcriptis, 657.
Gomez Thomas Ciſtercienſis quænam ediderit, moritur, 384.
Gondrinus Henricus Senonenſis Archiepiſcopus de conciliandis quatuor Epiſcopis contumacibus cum Nuntio agit, 298. Jeſuitas a munere docendi arcet, 386. tumultus exinde orti, 387. Senonenſes Jeſuitas coercet, 389.
Græca Eccleſia a Calvini erroribus abhorret, 615.

Grammontius Franciæ Legatus rebellibus Hungaris opem pollicetur, 459.
Grandamicus Jacobus S. J. editis quibusdam libris decedit, 658.
Guiard Bernardus Ord. FF. Præd. obit, ejus lucubrationes, 726.
Guilielmus Haſſiæ Landgravius moritur, 69. antea in Caſſalenſi colloquio Lutheranos Calviniſtis conciliare nititur, 731.
Guimenius ejus liber a Facultate Pariſienſi damnatur, 89.
Guſtavus Bernardus Marchio Bado-Durlacenſis & Abbas Fuldenſis a Clem. X. Romana Purpura decoratur, 544. 620.

H.

Habert Iſac Epiſcopus Vabrenſis moritur, ejus opera, 383.
Harlæus Franciſcus Pariſienſis Archiepiſcopus Carteſii opiniones e Sorbona eliminari jubet, 573. ejus judicium de Codicibus Gerſenianis. 584.
Harrach Erneſtus Pragenſis Archiepiſcopus Cardinalis, ejus mors & elogium, 284.
Haveman Michael editis quibusdam libris decedit, 660.
Heerwarth Henricus, ejus opera & obitus, 743.
Henricus Lotharingiæ Dux, Harcurtii Comes moritur, ejus elogium, 219.
Hiſpania, graves ibidem tumultus ob Nitardi Jeſuitæ ſupremam auctoritatem oriuntur, 415.

Hoat Jacobus, ejus ſcripta & obitus, 140.
Hoffman Mathæus ejus deceſſus & libri editi, 292.
Hottingerus Joannes moritur, ejus lucubrationes, 291.
Hugonotæ vid. *Calviniſtæ.*
Hungaria a Turcis invaditur, 55. Hungari Turcas profligant, 113. ob pacem cum illis initam indignantur, 182. Hungarorum Procerum rebellio contra Leopoldum Cæſarem, 454. in comitiis de belli ratione deliberant, 461. prælio vincuntur, 469. 470. novam concitant rebellionem, 624. in Catholicos deſæviunt, 625. a Cæſareis profligantur, 626. violentias Poſſonii exercent, 642.

I.

Jacobillus Ludovicus, ejus opera & obitus, 138.
Janeway Jacobus, quænam ſcripſerit & quando obierit, 743.
Janinus Ludovicus S. J. editis quibusdam ſcriptis moritur, 657.
Janſeniſtæ Portu-Regienſes, cum illis Catholici colloquium habent, 25. cum Catholicis convenire ſimulant, 25. ſuam doctrinam quinque articulis exponunt, 27. eos Romam mittunt, 27. eis fidei formula ſubſcribenda proponitur, 35. ad Papam ſimulata ſubmiſſione ſcribunt, 37. Pontifici non ſatisfaciunt, 40. mentem ſuam circa quæſtionem facti declarant, 44. eorum

eorum declaratio rejicitur, 46. Papam & Episcopos injuriis lacessunt, 52. Papæ verba inique detorquent, 53. eorum fraus, qua pacem Clementis IX. eblanditi sunt, 300. 329. insana eorum tripudia, 331. Calviniſtis accedere redarguuntur, 604. se vindicant, 604.

Jesuitæ a Sinensibus vexantur, 195. & ab Hollandis, 197. se in munus docendi Provinæ intrudere moliuntur, 386. propterea Rectori sacris interdicitur, 389. se pro examine sistere recusant, 389. veniam ab Archiepiscopo precantur, 393. etiam cum Apamiensi Episcopo propterea litem habent, 394. propterea excommunicantur, 400.

Ignatius Joseph a Jesu Maria Carmelita Excalceatus, ejus opera, moritur, 193.

Joannes Austriacus Hispani exercitus Dux Lusitanis Eboram urbem eripit, 361. profligatur, 362. contra Nitardi Jesuitæ potentiam reclamat, 415. carceris supplicium effugit, 416. Reginam ad dimittendum Jesuitam adigit, 416.

Joannes Petrus a Matre Dei Carmel. Discal. moritur, quænam ediderit, 445.

Judæi horrenda perpetrant crimina, 417. propterea ex tota Austria aliisque ditionibus expelluntur, 418.

Juge Christophorus S. J. ejus scripta & decessus, 552.

Jura-

Juramentum fidei Scotis a Parlamento imponitur, 410.

K.

Kempen Thomas, an sit Author libri *de imitatione Christi*, 574. Codices hanc in rem adducuntur, 575. de his Parisiensis Archiepiscopi judicium, 584.

Kendell Georgius, ejus opera & obitus, 72.

König Mauritius, editis quibusdam libris decedit, 660.

Koributus Michael in Poloniæ Regem eligitur, 366. supremum diem obit, 681.

L.

Labadie Joannes e Societate dimissus, ejus deliria, opera & mors, 689.

Labat Petrus Ord. FF. Præd. ejus mors & scripta, 553.

Labbeus Philippus S. J. libri ab eo scripti, & obitus, 291.

Lainez Josephus Episcopus Gaudicianus, moritur, ejus scripta, 289.

Lallemand Hieronymus S. J. ejus opera & obitus, 689.

Lallemant Petrus Canonicus Regularis, editis scriptis decedit, 688.

Laurentius a S. Theresia Carmel. Discal. quænam ediderit, & quando mortuus sit, 553.

Leander a SS. Sacramento, Theologica ejus scripta & decessus, 443.

Le Blanc Thomas S. J. moritur, quænam ediderit, 444.

Leigh Eduardus, ejus obitus & lucubrationes, 614.
Leo a S. Joanne Carmelita, relictis quibusdam ſcriptis moritur, 613.
Leonardelli Thomas Ord. FF. Præd. ejus opera & mors, 384.
Leopoldus I. Imperator incaſſum pro Turcico bello ſuppetias ab Imperio Ratisbonæ petit, 54. pacem cum Turcis init, 178. ejus articuli, 179. inde exacerbantur Hungari, 182. 209. Margaretham Thereſiam Hiſpani Regis Filiam ducit, 210. ſuum filium primogenitum amittit, 359. grave incendium patitur, 360. Hungari Proceres adverſus eum conſpirant, 454. eorum inſidias eluctatur, 456. rebellibus veniam offert, 460. interceptas rebellium literas ad comitia Ratisbonenſia mittit, 465. Principum opem contra rebelles implorat, 467. apud Sultanum de ſubſidiis rebellioni datis queritur, 468. in reos judicii acta inſtrui jubet, 471. etiam Proteſtantes ad hoc judicium aſſumit, 472. ad ſedandos tumultus comitia agit, ſed a Calviniſtis prohibetur, 472. mortis ſententiam in reos latam etiam ab exteris examinari jubet, 506. ad Papam conjuratorum literas mittit, 507. ſententiæ mortis ſubſcribere recuſat, 508. Pontifici moleſtiam inferre abhorret, 544. Hungariæ regimen immutat, 624. nova rebellione premitur, 625. Catholicis

templa ab Hæreticis erepta reſtitui jubet, 604. tumultus inde oritur, 642. contra Gallos ancipiti Marte pugnat, 719.
Lidella Claudius S. J. relictis quibusdam ſcriptis moritur, 611.
Litta Alphonſus ab Alexandro VII. Purpuratorum Collegio adſcribitur, 131.
Lokovitius Wenceslaus Princeps primus Cæſaris Miniſter gratia Principis excidit, 719. Aula & urbe exulare jubetur, 720.
Longevillanus Dux Henricus, moritur, ejus elogium, 70.
Lualdus Michael Canonicus, editis quibusdam lucubrationibus decedit, 688.
Lubomirskius Poloniæ Regi moleſtus, in exilium mittitur, 364. a Nobilibus defenditur, 365. in gratiam recipitur, 366.
Ludovicus a S. Thereſia Carmelita Excalceatus, relictis quibusdam ſcriptis moritur, 612.
Ludovicus Bertrandus B. a Clemente X. Papa Sanctorum Albo inſeritur, 607.
Ludovicus XIV. Franciæ Rex ſex Facultatis articulos de poteſtate Pontificis approbat, 22. Janſeniſtas reducere nititur, 25. 73. formulæ ab omnibus pure & ſimpliciter ſubſcribi præcipit, 75. Pontificis querelas diſcuti jubet, 101. juramenti formulam a Papa præſcribi petit, 142. Papæ decretum executioni dari mandat, 145. illud ad acta Parlamenti referri jubet, 149. obſiſtit quatuor Epiſcopis

scopis subscribere recusantibus, 155. contra Hugonotas edicta promulgat, 171. Turrim speculatoriam erigit, 215. decretum contra blasphemos edit, 216. Monasteria sine Regis venia erigi prohibet, 216. Congregationem Virginum de charitate confirmat, 217. ob Episcoporum reclamantium contumaciam indignatur, 261. in Hispanos bellum movet, 270. Religiosorum monasteria imminuere satagit, 271. reformat, 272. Papæ Bullam, qua versionem N. T. & Ritualis Romani prohibuit, non acceptat, 196. quatuor Episcoporum literas ad ceteros Franciæ Episcopos supprimit, 298. a suis Ministris deceptus Episcopos sincere Pontifici subjectos credit, 305. gratulatorias literas a Papa accipit, 312. ejus lætitia ob redditam Ecclesiæ pacem, 336. infamem Corsorum pyramidem everti consentit, 337. varia edicta contra Hugonotas edit, 401. Messinenses rebelles adjuvat, 533. eos deserit, 535. controversiam inter Tornacensem Episcopum & Regulares discuti jubet, 571. ejus victoriæ contra Batavos, 647. religionem Catholicam revocat, 648. regalia extendit, 660. infausto Marte in Belgio dimicat, 661. contra fœderatos apud Papam queritur, 674. contra Cæsareos ancipiti Marte pugnat, 719.
Ludovicus Jacoba S. Carolo Carmelita, ejus decessus & opera, 553.

M.

Macer Dominicus, ejus ſcripta & obitus, 657.
Magalanus Petrus Ord. FF. Prædicatorum relictis quibusdam ſcriptis moritur, 657.
Magdalena de Pazzis Beata a Clemente IX. Sanctorum faſtis inſcribitur, 429.
Marcellius Henricus S. J. moritur, ejus lucubrationes, 193.
Mareſius Ludovicus pro cenſura Facultatis Pariſinæ perorat, 226.
Mareſius Samuel, ejus variatio in doctrina, 690. relictis quibusdam ſcriptis moritur, 691.
Margaretha Jolanta Sabaudiæ Ducis Filia moritur, 70.
Margaretha Thereſia Hiſpani Regis Filia Leopoldo Cæſari nubit, 209. Judæos ex Auſtria expelli obtinet 417. moritur, 680.
Maria B. V. controverſia circa indiſcretos ejusdem Cultores, 694.
Maria Anna Auſtriaca Ludovici XIII. Conjux moritur, ejus elogium, 217. Filium ſuum ad reprimendos Hugonotas incitat, 218.
Marinis Dominicus Ord. FF. Præd. ejus deceſſus, & lucubrationes, 445.
Maurilius a S. Michaele Carmelita, moritur, quænam ediderit, 445.
Maurus Jacobus Benedictinus, ejus opera & obitus, 138.
Maximilianus Henricus Archiepiſcopus & Elector Colonienſis Magiſtratum coercet, 528. lis componitur, 530.

Medices Carolus Cardinalis, ejus vita & elogium, 222.
Medices Joan. Carolus Cardinalis moritur, 64.
Medices Leopoldus a Clemente IX. Romana Purpura honoratur, 286.
Mercorius Julius Ord. FF. Præd. moritur, quænam ediderit, 445.
Merinero Joannes Franciscanus, ejus obitus & opera, 71.
Messanenses contra Hispanos rebellant, 531. Gallos in opem evocant, 534. ab ipsis deseruntur, 535. rei plectuntur, 536.
Moja Guilielmus Jesuita sub nomine Amadi Guimenii librum edit a Facultate Parisiensi damnatum, 89. propositiones inde excerptæ, 95.
Monasterienses Canonici circa Coadjutoris electionem dissident, 262.
Moncada Aloysius ab Alexandro VII. Romana Purpura honoratur, 244.
Monita ad indiscretos B. V. Cultores, 694. a S. Congregatione proscribuntur, 695. ab aliis vindicantur, 696.
Montecuculus Cæsaris Archistrategus, Turcas profligat, 55. eosdem ad S. Gottardum ad internecionem delet, 116.
Montensis versio novi Testamenti prohibetur, 266.
Morales Joannes Baptista Ord. FF. Præd. Confutii ritibus resistit, 139. moritur, ejus scripta, 139.
Morinus Simeon hæreticus, ejus errores, 52. Parisiis ad rogum damnatur, 63.

Morus Alexan. ejus ſcripta & deceſſus, 554.
Moſcoviæ Legatus adverſus Turcas opem pollicetur, 676.
Müllerus Joannes, editis quibusdam lucubrationibus decedit, 691.
Muſæus Petrus in Caſſellenſi colloquio diſputat, 731. Calviniſtis nimium favet, 732. a ſuis carpitur & vexatur, 739. ad Calixti caſtra profugit, 741.

N.

Nadaſti Franciſcus Comes ob denegatam Palatini dignitatem in Cæſarem commovetur, 456. a Serinio in conjuratorum ſocietatem pellicitur, 456. Cæſaris vitæ inſidiatur, 456. copias & pecunias colligit, 460. Cæſaris literas intercipit, 460. ejus literæ intercipiuntur, 470. Pottendorffi captus Viennam abducitur, 470. interrogatus omnia negat, 498. ſuis literis convictus fatetur, 498. per ſuos filios Cæſaris clementiam implorat, 499. mortis ſententiam in eum pronuntiatur, 507. Papa pro eo intercedit, 507. in ſententia ejus crimina recenſentur, 509. ad capitis pœnam & dexteræ amputationem damnatur, 516. Nobilitatis gradu dejicitur, 517. mortis ſententiam generoſe excipit, 518. mortis pœnam in perpetuos carceres commutari a Cæſare petit, 519. legatum ad cauſſas pias facit, 520. prolium ſuarum fatum deplorat, 521. conſcientiam ſuam expiat, 521. capite plectitur Viennæ, 521.

Navarette Dominicus Ord. FF. Præd. Sinenſis Miſſionarius rituum Sinenſium damnationem procurat, 702.
Naudæus Gabriel Prior Actigeanus Codices Gerſenianos pro depravatis habet, 577. perfidiæ accuſatur a Benedictinis, 583. ejus integritas vindicatur, 584.
Neifeld Georgius, editis quibusdam ſcriptis decedit, 690.
Nemius Caſpar Epiſcopus Cameracenſis, ejus Synodus, 137.
Nerlius Franciſcus a Clemente IX. Papa Cardinalium Collegio annumeratur, 433. moritur, ejus elogium, 543.
Nerlius Fridericus a Clemente X. Romana Purpura decoratur, 683.
Nicolaus Joannes Ord. FF. Præd. relictis quibusdam libris decedit, 688.
Nicolle ſeſe ſubſcriptioni ſimplici opponit, 78.
Nidardus Everhardus a Papa Edeſſenſis Archiepiſcopus renuntiatur, 606.
Ninnius Jacobus Philippus ab Alexandro VII. Purpuratis accenſetur, 131.
Nitardus Everhardus Jeſuita Hiſpaniarum Reginæ a Confeſſionibus, 414. omnia pro ſuo arbitrio moderatur, 415. inde Procerum indignationes, 415. a Regina dimittitur, 416. Cardinalis renuntiatur, 623.

O.

Olearius Tilemon relictis quibusdam lucubrationibus moritur, 613.
Ordo Nobilium Matronarum Viennæ inſtituitur, 359.

Orſinus Vincentius Ord. FF. Præd. a Clemente X. Cardinalis nominatur, 621. invitus Pontificis mandato hanc dignitatem acceptat, 622.

Ottomanus Dominicus Ord. FF. Præd. ejus fata, 170. Pariſiis benigne excipitur, 171.

Ottonellus Joannes moritur, quænam ediderit, 552.

P.

Pallavicinus Lazarus a Clemente IX. Purpuratorum Collegio adſcribitur, 433.

Pallavicinus Sfortia Cardinalis, ejus vita & obitus, 289. ejusdem opera, 281.

Pallotta Joannes Baptiſta Cardinalis, moritur, ejus elogium, 373.

Pariſienſe Parlamentum, quasdam theſes de Romano Pontifice reprobat, 7. deſuper queritur Facultas Theologica Pariſienſis ob violatum ejus jus, 10. ſe deſuper declarat Parlamentum, 17. Regis edictum de ſubſcribenda formula acceptare jubetur, 74. Regem contra Papam incitat, 101. ejus cenſura per Papæ decretum damnatur, 103. illud impugnat, 105. notas in Papæ Bullam factas damnat, 109. Papæ decretum de ſubſcribenda formula ad acta referre, a Rege jubetur, 149. Arnaldi librum contra Jeſuitarum doctrinas comburi jubet, 540. Papæ Conſtitutionem de Regularium privilegiis promulgari inhibet, 541.

Pari-

Pavillonius Aletensis Episcopus juramento circa quæstionem facti subscribere recusat, 151. reconciliationis media pro suspectis habet, 299.
Pax Clementis IX. qualiter fuerit extorta, 301. & seqq Colonienſis Pax, 661.
Perefixius Harduinus Parisiensis Archiepiscopus, in eum compromittunt Jansenistæ, 35. subscriptionem formulæ interpretatur, circa quæstionem facti duntaxat humanam fidem deposcens, 77. 151. Portu-Regienses Moniales reducere nititur, 110. Refractarios excommunicat, & e suo monasterio ejicit, 111. easEcclesiæ reconciliat, 333. moritur, 573.
Petrus a S. Andrea Carmelita Excalceatus, ejus opera & decessus, 290.
Petrus de Alcantara B. a Clemente IX. Sanctorum Albo inscribitur, 429.
Philippus a SS. Trinitate Carmelitarum Excalceatorum generalis, relictis pluribus scriptis moritur, 611.
Philippus Benitius B. a Clemente X. Sanctorum Albo inseritur, 607.
Philippus IV, Hispaniarum Rex moritur, 185. ejus indoles, 186.
Philomarinus Ascanius Cardinalis, ejus vita & mors, 225.
Piccolominæus Cælius ab Alexandro VII. Papa Purpuratornm Collegio accensetur, 131.
Pictavienſis Universitas usum probabilitatis proscribit, 163.

Piergilius Joannes Baptiſta, ejus ſcripta & obitus, 191.
Piromellus Paulus Ord. FF. Præd, moritur, & quædam opera poſteris relinquit, 290.
Pius V. Pontifex a Clemente X. Papa Beatorum Albo inſeritur, 649.
Portu-Regienſes, vide *Janſeniſtæ*. Moniales formulæ ſubſcribere recuſant, 119. e ſuo monaſterio ejiciuntur, 111. iterum Eccleſiæ reconciliantur, 333.
Powel Vavaſorius, ejus lucubrationes & deceſſus, 554.
Prado Martinez Joannes Ord. FF. Præd. ejus mors & ſcripta, 384.
Prædicantes ſtatutis Brandeburgici Electoris reſiſtunt, 4. in Hungaria populum ad ſeditionem contra Cæſarem incitant. 457. fidem Catholicam æternæ ſaluti non obſtare fatentur, 602. Hungari rebellionis participes, 626. de perfidia convincuntur, 627. per rebellium literas deteguntur, 629. in jus vocantur, 633. crimina fatentur, 636. exilio plectuntur. 639. 640. neſciunt, quinam ſint ſuæ ſectæ articuli fundamentales, 738.
Przipcovius Samuel ejus ſcripta & obitus, 535.
Probabilitatis uſus proſcribitur, 163.
Propoſitiones laxiores ab Al. VII. damnatæ 156
Proteſtantes Hungari rebellionem contra Cæſarem concitant, 457. 626. tumultuantur Poſſonii adverſus Catholicos, 642.
Purgatorium, propoſitiones quædam contra illud notantur, 168.

Q.

Quatremarius Robertus librum de imitatione Joanni Gerſenio vindicare nititur, 583. moritur relictis quibusdam ſcriptis, 610.
Quarteranus Joſephus, ejus mors & opera, 383.
Quesnellus Paſchaſius, edit ſuas reflexiones morales, 588. a variis Epiſcopis approbantur, 590. contra S. Officii cenſuram tumultuatur, 696.
Quiſtorpius Joan. moritur, quænam ediderit, 447.

R.

Ragerus Michael, quænam ſcripſerit, & quando obierit, 743.
Ragon Joan. Baptiſta S. J. ejus ſcripta & deceſſus, 552.
Ragotſia Sophia Tranſylvaniæ Princeps ad Catholicam fidem revertitur, 236. eandem in ſuas ditiones invehit, 237. Filii ſui rebellionem execratur, 457. 461 469.
Ragotſius Franciſcus ejus Filius a Veſſelenio Palatino in conjurationis ſocietatem pertrahitur, 454. Calviniſtis Templa reſtituere tergiverſatur, 454. Prædicantibus ſalaria conſtituit, 457. incaſſum arces pro conjuratis ſibi vendicare nititur, 457. conjuratorum Bellidux eligitur, 461. Sternbergium & Colonitſium Comites in vincula conjicit, 461. a Tockayana arce repellitur, 461. captos Comites reddere cogitur, 469. prælio devictus in Cæſaris gratiam redit, 469.
Ramaldus Theophilus S. J. ejus opera & obitus, 71. Author infamis cenſuræ in Symbolum Apoſtolicum, 72.
Raphael a S. Joſeph Carmelita Excalceatus moritur, 193. ejus liber de S. Scapulari, 193.
Rappias Jacobus moritur, ejus lucubrationes, 292.
Raſponus Cæſar Cardinalium Collegio ab Alexandro VII. Papa adſcribitur, 131.
Readleg Joannes moritur, quænam ediderit, 292.
Regalia, eorum jus Ludovicus XIV. Franciæ Rex extendit, 660.
Rehefeld Bonaventura, editis quibusdam ſcriptis moritur, 690.
Reynell Eduardus, ejus opera & obitus, 72.

Ripalda Martinus Jesuita, propositionem damnatam de probabilitate innovat, 692.
Rituale Romanum in linguam vulgarem versum prohibetur, 292.
Roccabertus Joannes Ord. FF. Præd. moritur, quænam ediderit, 552.
Rondinius Paulus Æmilius Cardinalis, ejus obitus & elogium, 377.
Rosa Limana a Clemente IX. Beatis adscribitur, 377. & a Clemente X. inter Sanctas refertur, 608.
Rospiliosus Felix a Clemente X. Cardinalium Collegio adscribitur, 683.
Rospiliosus Jacobus a Clemente IX. Romana Purpura honoratur, 286.
Rospiliosus Julius Cardinalis, vid. *Clemens IX.*
Rospiliosus Julius Clementis IX. Nepos Pontificias naves in subsidium Cretensis urbis adducit, 422. 424.
Rotalius Comes a Cæsare ad sedandos Hungarorum tumultus ablegatur, 455. a rebellibus repellitur, 461.
Roxas Petrus, ejus opera & obitus, 191.

S.

Sabellus Paulus ab Alexandro VII. Purpuratorum Collegio adscribitur, 131.
Sacchetus Julius Cardinalis, ejus obitus & elogium, 126.
Salesius S. Franciscus ab Alexandro VII. Sanctis adscribitur, 231.
Salgado Franciscus, moritur, ejus libri Romæ proscribuntur, 137.
Sandoval Balthasar Cardinalis, ejus elogium & obitus, 187.
Santacrucius Marcellus Cardinalis moritur, ejusdem laudes, 712.
Santamoreus ejus Diarium Jansenistarum, jussu Franciæ Regis proscribitur, 73. unacum Manuali Aletophili, 74.
Schall Adamus S. J. a Sinensibus in vincula conjicitur, 197.
Scheidius Balthasar ejus scripta & obitus, 555.

Schmid Caſpar relictis quibusdam lucubrationibus moritur, 614.
Schmaidei Daniel editis quibusdam libris obit. 659.
Schönborn Joannes Philippus Moguntinus Elector Erfordienſes armata vi ad officium redigit, 118. moritur. 681. ejus ologium. *Ibid.*
Schwatenius Enochius, relictis quibusdam ſcriptis moritur, 742.
Scotiæ Parlamentum ſingulis juramentum Catholicæ religioni injurium imponit, 408. illud non omnibus probatur, 412.
Seguier Guilielmus Ord. FF. Præd. relictis quibusdam ſcriptis moritur, 611.
Senault Joannes ejus ſcripta & obitus, 551.
Serinius Comes Nicolaus Turcas profligat, 113.
Serinius Petrus Comes a Veſſelenio Hungariæ Palatino in conjurationis ſocietatem pertrahitur. 454. a Cæſare ad ſedandos tumultus ob Palatini electionem exortos ablegatur, 455. pro conjuratis firmum aſylum quærit, 457. Turcarum opem implorat, 459. de Græcio Turcis tradendo agit, 462. de colluſione cum Turcis ſuſpectus habetur, 464. ejus literæ intercipiuntur, 464. primo prælio cæditur & fugere compellitur, 469. in fuga proditus capitur, 469. Neoſtadium defertur, 471. ſuam cauſſam defendit, 473. convictus omnia fatetur, 497. pro eo Papa intercedit, 507. ejus crimina recenſeutur, 511. generoſe mortis ſententiam excipit, 522. literis Cæſaris clementiam implorat, 523. infeliciter iteratum ictum excipit, 527.
S. Severino Comes Aloyſius, ejus ſcripta & deceſſus, 444.
Sevi Sabbathai Judæus, falſus Meſſias, 199. ejus fata, 200.
Sfortia vid. *Pallavicinus.*
Sigismundus Franciſcus Epiſcopus & Cardinali; Auſtriæ Archidux moritur, 185.
Sinenſes, controverſiæ ob eorum ritus, 139. Catholicos divexant, 194. Sinarum Imperator Catholicæ Religionis libertatem indulget, 678. novo decreto hi ritus prohibentur. 702. *Se-*

Sobiescki Casimirus ejus victoriæ contra Turcas, 682. eligitur in Poloniæ Regem, 682.
Spankovius Cæsareus Bellidux rebelles Hungaros profligat, 469.
Spinosa Benedictus Atheus, impia ejus dogmata, 537. ejus opera proscribuntur, 539.
Spinula Julius ab Alexandro VII. Romana Purpura decoratur, 243.
Sporkius Cæsareus Tribunus Ragotsium cædit, 469.
Steger Thomas, editis quibusdam libris moritur, 743.
Stephanus Jeremias, ejus obitus & opera, 140.
Strozius Petrus, ejus victoriæ contra Turcas, 119. gloriosa ejus mors, 116.
Suarez Franciscus S. J. Patronus Confessionis epistolaris, 727.
Succhius Marescallus Turcas profligat, 114. 116. ex acie se proripit, 720. propterea Cæsaris indignationem incurrit, 721.
Sueur Petrus Benedictin. ejus scripta, moritur, 290.
Szelepsenyus Georgius Strigonienſis Archiepiscopus in Hungariæ Palatinum a Cæsare nominatur, 455.

T.

Tamagna Ord. de Mercede, ejus obit. & opera, 71.
Tättenbachius Erasmus Styriæ Comes in conjurationis Hungaricæ societatem pellicitur, 460. de Græcio Turcis & rebellibus tradendo consilia dedit, 462. a suo famulo proditur, 463. comprehenditur, 463. crimen suum fatetur, 497. ejus crimina in sententia recensentur, 515. damnatur ad capitis pœnam & manus dexteræ amputationem, 517. a nobilitatis gradu dejicitur, 557. mortis sententiam ignave excipit, 527. Græcii capite plectitur, 528.
Thun de Guidobaldus Comes Salisburgenſis Archiepiscopus eligitur Episcopus Ratisbonenſis, 220. ab Alexandro VII. Purpuratorum Collegio adscribitur, 244. moritur, ejus elogium, 377.
Tökelius Emericus seditionem concitat contra Cæsarem, 626. profligatur, 627.
Törring Comes Laurentius Ratisbonenſis Episcopus moritur, 220.

Trau-

Transylvani Calviniſtæ Catholicos male habent, 236.
Tullonius Joan. S. J. quænam ſcripſerit, moritur, 384.
Turcæ Hungariam invadunt, 55. in Moraviam & Sileſiam penetrant, 56. a Cæſareis & Hungaris cæduntur, 113. apud S. Gottardum ad internecionem delentur, 116. pacem a Cæſare impetrant, 178. navali prælio a Venetis vincuntur, 213. Candiam arctius cingunt, 277. ingentem cladem a Turcis accipiunt, 355. totam Cretenſem Inſulam ſibi cedi poſtulant, 359. Cretam urbem expugnare tentant, 421. Gallos cædunt, 423. toto impetu urbem aggrediuntur, 426. urbem deditione capiunt, 428. ingens eorum clades, 428. eorum Imperator ſe rebellionem Hungaricam non fovere affirmat, 468. Leopoldo Cæſari rebellium literas ſubmittit, 469.
Turrenius Henricus Franciæ Mareſcallus ad fidem Catholicam revertitur, 372. operam præſtat Boſſuetius, 556. 557. a Cæſareis propellitur, 661. ancipiti Marte pugnat, 719.

U.

Valentianus Greg. Capuccin. ejus opera & obitus, 70.
Valle Raymundus Ord. FF. Præd. moritur, quænam ediderit, 445.
Valleclauſa Petrus, Jeſuita, infamis ejus liber, refellitur, 192.
Vecchiarellus Odoardus Cardinalis ejus obitus & opera, 284.
Velasquez Joan. S. J. ejus mors & ſcripta, 444.
Vendome Ludovicus ab Alexandro VII. Romana Purpura decoratur, 244. Luſitani Regis matrimonium nullum declarat, 363. moritur, ejus elogium, 431.
Veneti claſſem Turcicam diſſipant, 213. iterata clade Turcas ab obſidione Cretenſi præpediunt, 276. Turcas profligant, 355. a Gallis deſeruntur, 425. ſtrenue ſe defendunt, 426. incaſſum opem aliorum implorant, 427. de deditione urbis agere compelluntur, 427. deditionis pacta, 428.
Vernantii Jacobi liber de auctoritate Pontificis a Pariſienſi Senatu proſcribitur, 79. ſeſe defendit, 99.

Veſſe-

Veſſelenia Palatini Vidua rebelles fovet, 470 a Lotharingio devicta Viennam capta abducitur, 470.
Veſſelenius Franciſcus Hungariæ Palatinus ob pacem initam contra Cæſarem irritatur, 454.
Hungariæ Proceres ad rebellionem concitat, 454. moritur, 455.
Ughellus Ferdinandus Ciſtercienſis, ejus ſcripta & obitus, 551.
Vialartus Felix Catalaunenſis Epiſcopus de mediis contumaces quatuor Epiſcopos reducendi agit, 299. literas de ſincera eorum ſubmiſſione teſtes ad Papam mittit, 322.
Vicecomes Vitalianus Cardinalis, ejus obitus & elogium, 608.
Victoriis de Carolus ab Alexandro VII. creatur Cardinalis, 243.
Vilani Franciſcus Gandavenſis Epiſcopus, ejus Synodus, 136. 190.
Viole Daniel Benedictinus moritur relictis quibusdam ſcriptis, 611.
Urſinus Joannes ejus opera & obitus, 292.

W.

Wagnerek Henricus S. J. ejus opera & obitus, 138.
Wellerus Jacob. ejus deceſſus & lucubrationes, 140.
Wenceslaus Gneſnenſis Archiepiſcopus moritur, 682.
Widmarius Andreas moritur, ejus ſcripta, 386.
Wigand Andreas Apoſtata, perit, ejus ſcripta, 385.

Z.

Zennerus Albertus Ord. FF. Præd. ejus mors & ſcripta, 552.

ERRATA *ſic corrige:*

Pag. 25.	Catholicos	*adde*	&
181.	confinis		confiniis
251.	Idicio		Judicio
320.	lilis		Illis.
389.	Jeſuitis		Jeſuitas
416.	vobis		votis
418.	ſollicitante	*deleantur ſubſequentia usque ad Verbum:*	Judæorum
471.	eripuerat		eripuerant
532.	approbandam		approbandum.

FLEURY
HISTORIA
ECCLESIASTICA.
TOM. LXIII.

Th 63
5178